ΔΙΑΣΚΕΥΗ ΟΝΟΜΑΣΤΙΚΗ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ἈΝΘΡΩΠΙΝΩι ΣΩΜΑΤΙ ΜΕΡΩ͂Ν.

HOC EST,

DILIGENS EXQVISITIO NOMINVM, QVIBVS partes corporis humani appellari ſolent.

ΠΡΟΣΤΕΘΕΙΣΩ͂Ν ΚΑῚ ΤΩ͂Ν ΤΗ͂Σ ΧΡΕΊΑΣ ἙΚΆΣΤΩΝ ὀνομασιῶν, καὶ τῶν ἑπομένων τινῶν αὐτοῖς.

ADDITIS ET FVNCTIONVM NOMENCLATVRIS, & aliјs his accedentibus:

ΠΑΡΑΛΛΉΛΩΣ ΣΧΕΔῸΝ ΚΕΙΜΈΝΩΝ ΤΩ͂Ν ΤΕ ἑλληνικῶν καὶ τῶν ῥωμαϊκῶν λέξεων.

POSITIS FERE' CONTRA SE GRAECIS ac Latinis uocabulis.

Cum priuilegio peculiari ad quinquennium, cuius exemplum ad libri calcem reperies.

EDEBANTVR BASILEAE, PER Ioannem Heruagium, Anno Chriſti M.D.LI.

PROOEMIVM AD NOBILEM ORdinis Equestris in Misnia adolescentem Bolgangum Theoderici F. Vuerterensem.

GLORIATVR apud Thucydidē Pericles, eum se esse, qui alteri nulli cedat, cùm in necessarijs rebus prudenter excogitandis, tum eisdem disertè pronunciandis: & addit sententiam luculentam, Quòd sapiēs destitutus copia disertæ orationis, uecordi & incogitanti similis sit. Quid enim interest inter talem ciuem, et externum atque barbarum? uel qua re hic potius à muto differt? Quo fit, ut hominem doctum ac eloquentem plurimi in sua ciuitate fieri oporteat, cum sit interpres quidam commodorum publicorum, & utilitatis communis explicator. Ac fuisse magnos quosdā uiros, & instructos cognitione rerum difficilium, & scientia artium præstātes, non nego, qui facultate orationis deficerentur, eius qua & separando distinguere, & complectendo definire, & argumentando demonstrare, & copia uerborum augere ornareq́; inuenta possent: eum uerò, qui excellente quadam & singulari facundia præditus, & dicendo alijs superior esset, stultum & imperitum & rudem, neq; fuisse unquam compertum est, neq; esse posse existimandum. Ex quo sequitur, primam quidem esse oportere curam sapientiæ & cognitionis, quibus mens proprijs & ueris bonis atq; diuitijs compleatur: sed ita, ut nisi accedat ea uis ac potestas, qua recondita illa proferantur, & communicentur cum alijs, opes illæ à thesauro defosso sub terra, non multum differre uideantur. Quid enim refert, nequeas an nolis promere? Quapropter omnes qui uirtuti & ueræ laudi operam dandam esse statuissent, non tam in eo, ut sapientiam sibi compararent, quàm ut eloquentiæ compotes fierent, elaborandū esse duxerunt. Non eos modò dico, qui dignitati studerent, & in honorum curriculo defatigarentur, à quibus hanc curam ipsum Reip. capessendæ propositum exegit: sed eos quoque, qui in ocio uiuere, uel negotijs etiam quietis bonarum artium occupari uellent. Facilè enim perspici potest, inutilem esse cognitionem & scientiam, quam uerbis declarare nequeas: neque expectandum, ut alij te admirentur atque laudent, qui uel nesciant omnino quid boni in te insit, uel certè de tuis bonis nullum sperent commodum. Doctrinę autem omnis splendor & fructus, profitendo atque communicando innotescit, & conspicitur. Itaque ad laudem sapientiæ ac doctrinæ in omnem partem necessariam esse eloquentiam, statuendum est. Vt autem unamquamque regionem popularibus frugibus, sic nostri temporis eloquentia nos uti, contentosq́; esse rectum est. Nam ubicunque locorum ac gentium uita degatur, sermo doctorum Latinæ & Græcæ linguæ erit: idemq́; modò non tam dicendo, quàm scribendo usurpatur, ut quicquid de eloquētia nunc

disputatur, id totum libris ac cartis implicari appareat. Libros autẽ qui audent componere, non instructi cognitione literarum, & utriusque linguæ scientia, ij non modò minus euidenter ac planè edisserunt, sed cùm oratione incerta obscurant, tum audacia nouandi uerba, corrumpunt et deprauant res ipsas, quas uolũt exponere. Fieri enim aliter certè nequit, quàm ut in uocabulorum & nominum usu peruerso & malo, de rebus etiam sententia ac iudicium labefiat atque uacillet. Hoc duplex ferè malum est, cum aut non intelligitur prorsus uocabulum, & fingitur significatio: ut in omnibus artibus accidit, ignoratione linguæ Græcæ, qua illæ descriptæ & traditæ essent. aut non percipitur uera significatio uocabuli, & usus proprius huius aliena accõmodatione detorquetur. Hæc iam est audacia intolerabilis, de qua & impietatis, & superstitionum, & in communi uita nocentissimorum errorum causæ atque initia extiterunt. Hæc multos deos introduxit, hæc disciplinam dissoluit, tyrannides stabiliuit, flagitium & dedecus commendauit, uirtuti & laudi infamiam addidit. de quo in præsentia plura dicẽda non sunt. Cum autem omnis controuersia, ut ait Cicero, aut de re, aut de nomine esse soleat, rerũ quidem simul ac nominum ambiguitas uerbis explicari potest, si intelligatur horum significatio: sin minus, controuersia non tollitur, sed augetur. Ad omnem enim interpretationẽ dubiam, alia interpretatio requiritur. quod incommodum maius est profectò, quàm plerique arbitrantur. Et superioribus annis hoc damnum animaduersum ab hominibus ingeniosis & doctis, indicatum alijs quoque fuit: inter quos & Erasmus Roterodamus contra barbaros quædam conscripsit, & edidit. Qui tamen ineptijs quorundam iritatus, & offensus libertate, uertit postea stilum. Et non ille quidem mutauit sententiam, sed nescio quo pacto de eadem re aliter locutus, non potuit non inuenire, qui ipsi aduersarentur, alij quidem uerecundè, alij uerò uehementer & asperè. Sed & de his in præsentia dicendum non est. Quòd si quęritur, quid barbaries sit, nihil potest dici aliud, quàm externi & ignoti sermonis atque moris hanc esse odiosam & contrariam ueræ rationi usurpationem. Est igitur & in naturæ ipsius quasi communi omnium mortalium ciuitate barbaries, & est in unaquaq; gente, & singulis populis. Naturæ barbaries intelligitur uiolatio aut neglectio eius, quod generi humano quasi ius quoddam illa sanciuit, cogitandi prudẽter, & eloquẽdi disertè, cum honestate & decoro. Est enim hæc hominum forma ac species, qua alijs animantibus præstamus, & ab illis distinguimur: unde quo longius receditur, eo ab humani generis excellentia maior fit ruina. Cum autem hoc omnibus in animantibus conspicuum sit, quòd illæ suos pullos assuefaciãt ad id, quo se excellere alijs sentiunt: aquilæ suos fœtus docent aspicere, equi procurrere, anates natare: ut quales ipsę sunt, talem sobolem etiam habeant & relinquant: in hoc scilicet non dare homines operam, turpe fuerit, ut suum genus ad uirtutem propriam educent, quæ certè est mentis ac rationis, & consentanei prudentisq; sermonis. Sed ueniamus ad arctiorem necessitudinẽ, & coniun-

ctionem

ctionem interiorem, gentis ac ciuitatis non quidē nunc cuiusuis, sed eruditæ doctrina literarum, & bonarum artium: in qua profectò, quemadmodum sapientiam appeti, & ingenium excoli necesse est, ita sermonem politum atque proprium frequentari oportet, ut oratio sit grauis, & illustris, & constans: non allucinantia & futilia colloquia, uel etiam fortuiti soni, tanquam anserum aut ranunculorum, quos & garrire secum, & à quibus percipi aliquid deprehensum est. Habent & Cyclopes ciuitatem suam, sed mirabilem illam, in qua congrediētes ἀκούει δ' οὐδεὶς οὐδὲν οὐδενός, ut ait Euripides. Immo hæc commercia similia sunt surdorum disceptationibus, de quibus elegans extat Epigramma grecum, quod aliquando nos ita sumus interpretati,

Surdastro litem surdaster mouerat alter,
His que aderat iudex, surdus utroque magis.
Infit hic, Aediculæ mihi quintum pensio mensem
Debetur: Traxi noctu, ait ille, molam.
Aspicit hos iudex, &, Quid contenditis? inquit,
Est genitrix uobis, præstet uterque cibum.

Neque erat difficile, similes actiones superiorum, & nostræ quoque ætatis proferre: uerùm cum talia permulta literis mandata, non modò extent, sed quorundam infelici studio comprobentur: & ut uerum fatear, quòd ne meminisse quidem illorum libeat, hoc labore supersedendū duxi. prospicere sanè fuerit melius, tanquam in sacrificijs, quàm respicere. Multas occasiones habemus præclarè administrandi rem in hac ciuitate eruditionis & doctrinæ: his utamur, & huc conuertamus studia uoluntatesque nostras. Et ea extant scripta ueterum, de quibus humanæ sapientiæ, orationisque ueritas perdisci possit: & ad hæc, uia demonstrata ac aperta est. Quo magis mirandum, his etiam temporibus inuentos esse, & inueniri, qui quasi seditionem quandam mouere, & coitionem facere non uereantur, aduersus utriusque linguę studia. Non iam de alienis, qui illa uel despicere, uel odisse solent, quòd hinc non recta offeratur ὁ πλοῦτος, πρὸς δ' ὅτι μὲν φέρει μάθημα, ἢ καὶ αὐτὸ τὸ ἐπιτήδευμα ἰδίᾳ πᾶς μανθάνειν τι καὶ ἀσκεῖν ἐντιμότατος δεῖ, τῶν δ' ἄλλων καταγελᾷ, ut ait Plato: sed de ijs loquor, qui se philosophos & studiosos litterarū perhiberi uolunt: quorum alij uarietatem quandam & dissimilitudinem introducentes, & nescio quam copiam ostentantes, opinionum uanitate animos, & futilitate operum officinas comp ent: alios inertia reddit facundos. Quærere enim, quomodo neglectionem ueræ rationis probent, quàm laborem in hac sequenda perpeti malunt. Hi iam non magis ad ueterū monumenta sibi respiciendum esse existimant, ad quorum tanquam normam & amussim, suam orationem extruant & componant: sed eam licentiam sumunt, ut cōmmiscantur, & fingant ex sese omnia, educentes tanquam araneæ telas, quicquid non tam in mentem, quàm buccam, ut dicitur, uenerit. Non hi quid, aut qua de re dicant, non quid propriè & significāter efferatur, non quę uer-

ba bona & nota sint, curant: sed siue concepta intra sese, seu aliorum scripta interpretentur, ita in his uersantur, ut mancipia, quibus pensum datum absoluere necesse est: quæ quo sunt magis improba, eo operam dare solent minus bonam: ideoq; & illi scriptores à doctis plerunq;, & hi à dominis uapulant. Atq; uisum fuit, hoc loco nonnihil de hac prauitate disputare, quòd cernerem arripi à multis istud socordię patrocinium, & propemodũ pueriles etiam ludos cõtaminari eleuatione studij utriusq; linguæ, id quod appellationibus quorundam non admodum honestis infamari scimus. Iactitant autem isti, ne autoritate nulla uideantur niti, Platonica quædã in primis, sed & Galeni medici Pergameni dicta: quæ inculcantes, negant se uerba curare. quos, si uidetur, paululum etiam adiuuemus. Sic enim ille uir sapientissimus, idemq; eloquentissimus ait in Sophista, ἀμελῶμεν ὀνόματος. Et in Politico, κἂν διαφυλάξῃς τὸ μὴ σπουδάζειν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι, πλουσιώτερος εἰς τὸ γῆρας ἀναφανήσῃ φρονήσεως. Galeni autem si de hoc ipso omnes sententias ascribere uelim, multas iam paginas illæ occupaturæ sint. Sed est omnium ferè hoc caput, infelicem & miseram, καὶ ἐπίτριπτον καὶ καταγέλαστον esse istam exquisitionem & aucupationem, ἀκριβολογίαν τε καὶ μικρολογίαν καὶ λεπτολογίαν uocabulorũ, quam nulla ars aut disciplina desideret πρὸς τὸ ἑαυτῆς τέλος, neque ueteres sapientes usurparint, ὡς μόνου στοχαζόμενοι τοῦ παρακολουθεῖν τοῖς λεγομένοις τοὺς ἀκούοντας. Quin idem hic scriptor, ut planè sciretur quæ esset sententia ipsius, ait se librum edidisse contra reprehensores uitiosi sermonis, qui sunt σολοικισμοί. De quo, etsi in neutram partem certi aliquid statuere possum, cum ille liber ad nos non peruenerit, licet de alijs tamen indicationibus coniecturam de hoc etiam ipso facere. Neq; mihi quidem talis libri consiliũ placet, quod sanè Galenũ nonnulla de causa suscepisse existimo. Mirificè enim occultas imposturas habet ea sententia, quæ semel arrepta defenditur cum pertinacia, adeò ut in hac ipsa ueritas quoq; inflectatur contentione asseuerandi. Ac inter doctos & eruditos quidem uitium orationis nihil fortasse læserit ea quę dicũtur, prę sertim, ut ait idem Galenus, εἴ τις καθ' ὅτου πράγματος φθέγγοιτο τοὔνομα, διηγήσαιτο σαφῶς: quoniam illud iam non latet, neq; fallit. Itaq; in oratione elegante & splendida, species quædam uitiorum inter uirtutes & pulcritudinis figuras referuntur. Arripiant eadẽ aut pueri, aut inerudití & semidocti, alia lõgè res iam fuerit. Et id accidet, quod si uidit & sensit medicus ille, in Anticyras mittẽdus esse uideatur. Sed nequaquã profectò sensit hoc ille, non oportere castigari pueros, si & abhorrentia uerba inculcent, & hæc nulla ratione componant, ita nihil ut uel aptum uel congruum sit: hi enim certè sunt nominati à Grammaticis σολοικισμοί. Idem de indoctis intelligi debet. Nihil enim refert, secundum Aristotelem, ætate an ingenio aliquis puer sit. Picus Mirandulanus, tanquam aruum fœcundum, aut pecus generosum luxurians atq; lasciuiens, scripta barbarorum in Latino sermone ita defendere conatus fuit, quasi singularem existimationem his conciliare cuperet. Idem ille, qui Astrologos adeò uehementer fuit insectatus, ut

tus,ut uniuersum studium hoc euertere uoluisse uideatur. In utroq; habuit aduersarios. Exarsit igitur certamen,& scissa studia fuerũt. Vtinam uerò & de his,& omnibus bonis ac laudabilib. rebus, cognitioni & usurpationi potius opera daretur, quàm altercationibus & rixis: in his enim occultissimas latebras socordia ignorantię inuenit. Vt in hac parte, non enim libet alia nunc quidem attingere: Quid refert, inquit aliquis, qua oratione utar? non enim uerba, quæ rerum notæ sunt, sed res ipsas spectandas esse censeo. Quin etiam ij ferè, qui se rerum cognitioni tradiderunt, plerunq; fieri perhibentur in scribendo impoliti & barbari: qui autem ornatè copioseq; dicere uolunt, horũ plurimos reperias rerum penuria laborare. Hæc dum ita dicuntur, atq; hic, ille, istis capitur, interea neq; uerba discuntur, neq; res peruestigantur. Illorum autem, qui, nescio quo consilio, orationem bonam à rebus bonis separant, equidem, ut & alio loco cõfessus fui, rationes non perspicio, si tamen sunt rationes illorum ullæ. Primùm enim, obsecro, quæ erunt illæ notæ, à quibus id quod uolumus innotescere, etiam obscuratur? Neq; enim ita de bona oratione loquor, ut eum qui suæ gentis sermone utatur, reprehendam: aut negem sapiẽtiæ cogitationes non posse uel existere, uerbi causa, in Scythis, uel etiam horum lingua exponi. Ego, inquiebat Anacharsis, Soloni barbarus sum, ille mihi. Sed quis obsecro de his etiam contendit? Loquatur Sarracenicè, Persicè, Indicè, Tuscè, Teutonicè sanè aliquis, et benè ac propriè utatur cuiusq; gentis sermone, nimirum hic in illa gente disertus & habebitur, & erit. Confundat idem atq; misceat linguas diuersas, & aliena uerba inculcet, deridebitur & cõtemnetur. In scolis aliquando uiguit disputationum genus quoddam, mirabilis tam sapientię quàm elocutionis. Visi sunt ij homines intelligere sese inter se. Potuit hoc fieri lõgo usu, & diuturna consuetudine, qua illa qualiacunq;, noua certè, & quædam absurda atq; ridicula, cùm conformata, tum etiam approbata fuisse scimus. Hi uoluerunt Aristotelica & Platonica disserere. Potuerunt'ne igitur ad res peruenire, cum non cognoscerent notas illarum uerba? Non, ut opinor, magis, neq; felicius, quàm si legere libros conarentur imperiti litterarum, quibus hi perscripti essent. Sunt enim & hæ notæ: sed ijs quibus ignotæ sunt, notæ scilicet esse non possunt. Prodeat ex his scolis iam aliquis, & attollat supercilium, atq; frontem perfricet, & ausit contra Ciceronem disputare. Quis'nam igitur hic cordatis omnibus uidebitur? Nihil mihi, inquiat ille, cum tua eloquentia, M. Tulli: non enim uerba curo, sed quæro res. Quas res igitur uir doctè & ingeniosè quæris? Si tuas, habeas tibi: sin meas, quo indicio potuisti, nisi orationis meæ, has cognoscere? Hanc cum respuis, & nihil te uerba curare iactitas, quid refelles? utrum ea quæ tenes, an quæ te fugiunt? Si hæc, non disputator iam, sed nugator eris: sin illa, ostende prius tenere te. Nulla autem certè est ansa, qua apprehendi posit uera & certa sententia, & animi conceptio, & cogitationis inuentum, nisi orationis: quam qui non cõprehendit, huic cætera etiam elabantur necesse est. Id uerò bellum est, eos qui ornatè & copiosè

piosè dicere studeant, rerum solere esse imperitos, & rerũ studiosos plerunqꝫ barbaros. Nescio utrum de eruditione & doctrina hi loquantur, an de circulatoribus & præstigiatoribus aliquibus. Hi enim, dum nescio quas res suas proferunt, de industria affectant sermonem quoqꝫ mirificum & inconsentaneum, ut magis ridiculi esse uideantur. Eum uerò, qui opt. rerum autores diligẽter & attentè legit, & omnibus uiribus ingenij annititur, ut intelligat scripta ipsorum, & assiduo studio hoc consequitur, simili etiam ipse ut oratione uti possit: hunc igitur imperitum esse rerum earum, de quibus differentes tam familiares sibi fecit, ut sermonem illorum non modò perspiceret, sed imitaretur quoqꝫ, an est eiusmodi, ut prudenti in mentem uenire, aut à prudente perhiberi debere uideatur? Rerum quidem studiosos plerunqꝫ esse barbaros, dicitur uersutè: quarum enim rerum, non additur. Et est nimis multis in rebus barbaria, non turpis modò, sed perniciosa etiam. Hoc igitur cum & obscurum sit, neqꝫ ad id de quo agimus, magnopere pertineat, relinquamus, & prosequamur deinceps cætera. Vt igitur ad ea quæ retulimus, attexamus quæ supersunt, quid quæso dicemus, aut respondebimus ad ea, quæ de illis tantis autoribus adducunt uituperatores studij linguarum? Nihil aliud, nisi quod ipsi monuerint atqꝫ subiecerint. Sic enim Plato Phædone, εὖ γὰρ ἴσθι, ἦ δ' ὅς, ὦ ἄριστε Κρίτων, τὸ μὴ καλῶς λέγειν, οὐ μόνον εἰς αὐτὸ τοῦτο πλημμελὲς, ἀλλὰ καὶ κακόν τι ἐμποιεῖ ταῖς ψυχαῖς. Galenus quidem certè, ne quid dissimulem, in his contentionibus nimis mihi multus esse, &, quod prouerbio uetatur, præter casam fugere interdum uidetur. Nam, ne in eum seuerius inquiramus, non'ne satius erat, hortari illum potius omnes, ut perspicuè ac propriè loqui studerent, quàm altercando cum ineptis quibusdam hominibus, uel nonnihil etiam de ueritate quasi deterrere, uel præbere saltem occasionem indiligentiæ & remissioni industriæ & studij liberalis? Cum autem intelligi eum qui uerba facit, & ipse uelit, & omnes oportere statuant, si in audiendo aut legendo operæprecium fieri debeat: quanto erat melius, anniti ac perficere, ut statim diserta aliquis oratione uteretur, quàm interpretationem indisertæ quærendi necessitatem offerre: id quod ille semper fieri postulat, ut tanquam à geometricis definitionibus procedens disputatio, plana sit, atqꝫ explicata. Verùm Galenus tamen nunquam ferè sermonis & uerborum præposterum illud studium, & hanc obscuram diligentiam hominum plerunqꝫ malè institutorum reprehendit, quin non modò commendet, sed etiam præcipiat atque doceat, cùm præclaram, tum planè necessariam curam atque obseruationem usitati & noti sermonis. Quoties enim ille clamat, uerba usurpanda esse ea, quæ à Græcæ linguæ cõsuetudine non abhorreant? & sermone utendum populari ac gentili, non alieno & externo? Atque profitetur, se perpetuò uerba esse interpretaturũ ἐκ τῆς ἑλλήνων συνηθείας. Nunquid idem affirmat, τοὺς ἀήθεις τῆς ἑλλάδος φωνῆς ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἐσφάλθαι, & propterea Dioscoridẽ ἀγνοοῦντα τὰ σημαινόμενα τῶν ἑλληνικῶν ὀνομάτων, quædam dubiè & ambiguè & obscurè exposuisse? Quid? an non hæc una sen-

una ſententia illius facilè condemnat omnes,qui autoritate ipſius contra
linguarum ſtudia abutuntur,qua pronunciat, nullam eſſe cautionem fir
miorem, ne quis in diſputando fallaciter circumueniatur, quàm exquiſi-
tum & accuratum uſum uerborum. Non'ne autem idem ſæpenumerò
ſeſe huc illuc uerſat,in ijs locis ſcriptorum Hippocratis, quæ uel de com-
mentarijs imperfecta, uel à librarijs deprauata, ſic fuerunt edita, ut non
cohærerent,ſed uitiati ſermonis formam haberent: quemadmodum in li
bro, quo inſtruitur Medicina, de his ipſis Galenus copioſè diſputauit.
Ex his manifeſtum fit, quid & ſapientiſsimus atque eloquentiſsimus uir
Plato,& ualde doctus neque infacundus Galenus, notandum & culpan
dum eſſe putauerint:idem profectò quod & nos reprehendimus,ut illo-
rum dicta noſtram diſputationem in primis explicent atq; confirment.
Accuſant enim & refutant illi eos,qui relictis bonis & notis & proprijs
uerbis, quorum ſignificationem & uim, cùm de optimis autoribus, & li-
bris ueterum,tum de incorrupta conſuetudine & uero uſu exquirere de
berent: his igitur iſti relictis, quod de obſcuris commentarijs, aut ex ſeſe
ea promerent atque gignerent, quæ uel non demonſtrarent rem illam
qua de re ſermo haberetur, uel etiam eandē obſcurarent & dubiam red-
derent,uel inanem ſaltem oſtentationem & aucupium leuiſsimæ glorio-
læ conſectarentur, tam à Platone quàm Galeno iuſtiſsima de cauſa gra-
uiter obiurgātur,& à tractatione ſapientiæ repelluntur. Quale fuit illud
uetus Prodici ſodalitium, & poſtea aliorum, qui quaſi Prodicij eſſe uel-
lent,quorum omnis labor in uocabulis uel fingendis,uel nouo & inaudi
to modo interpretandis,conſumeretur.Quod nos uſqueadeò reprehen
dendum eſſe exiſtimamus, ut certam & notam orationē, quanquam in-
cultiorem,& minus perpolitam,præponendam tamen eſſe cenſeamus al
teri cuicunque, quæ inuſitata ſit, & remota ab intelligentia audientium:
quibus non modò ea quæ aliqui tum primùm comminiſcentes profe-
runt,ſed ea etiam quæ fortaſſe priſcis temporibus familiaria, ipſi antè au
diuerint nunquam, noua & ambigua uideantur, neceſſe eſt. Hoc igitur
neque liberale, & explicationi rerum neceſſariarum contrarium eſt, im-
plicare expoſitionem quamcunque uerbis inuſitatis, & mirificis enarra-
tionibus: & non hoc agere,ut quæ commemorantur,planè & perſpicuè
intelligi,& rectè percipi poſsint: ſed ut dictio propter externam & inſo-
litam formam,tanquam figuræ Indicarum auium,aut Africanorum ani-
malium,admirabilis omnibus & rara uideatur. Hoc ſenſu autores illos
ſapientiæ,eloquentiæ,doctrinæ,bonarum artium,talia ſcripſiſſe,certum
eſt & euidens uolentibus perſpicere.Cum ijs autem,qui malunt pertina
citer rixari, quàm placidè cognoſcere, neque nos diſputationem ſuſci-
piendam putamus, neque in præſentia agimus, neque ulla de re conten-
dendum eſſe arbitramur. Nam ſecundum prouerbium Græcorum, οὐ λεί-
πει ποτὶ οἶνος φιλοίνῳ, μήτε φιλονείκῳ μάχη. Retineant illi ſua ſibi,& fo-
ueant,atque complectantur: nulla eſt enim tam bona & firma argumen-
tatio,quæ eripere ualeat errorem contumaciæ.Sed ijs qui amant & quæ-

 runt ue-

runt ueritatem, ea quæ retulimus, manifesta sunt. Cum autē de usu quodam publico, sermo tanquā moneta approbetur, qui nobis eius de quo loquimur sermonis, id est proprij & diserti, usus relinquatur, deinceps uidendum est. Hic igitur erit doctorum & sapientum ueterum, quibus in utraq; lingua curæ fuit, ut prudenter cogitata, disertè eloquerentur. De quibus mediocris diligentia studij & industriæ, facile poterit iudicium facere: & nostrum aliquando editum est, cuius ne nunc quidem me pœnitet, etsi fortasse illa copiosius debuerūt, & speciosius potuerunt tractari. Quicunque igitur lectionem & imitationem scriptorum ueterum his temporibus, quibus nusquam uel Græcæ uel Latinæ linguæ uernaculus usus est, negligent, & sibi nouum parient loquendi genus, ij & iustissimis illis reprehensionibus obnoxij sunt futuri, & semina spargent magnorum ac perniciosorum errorum, tam in diuinarum quàm humanarum rerum negotijs. Hi iam non de rebus, sed de uerbis quærent atq; laborabunt. Nam quicunque bona & propria uerba uestigant & colligunt, ij quoq; res egregias & præclaras uenantur ac deprehendunt. Verbis enim significantibus, & pura oratione, res dignæ liberali cognitione exprimuntur & designantur. Vt autem sine re, nulla uis uerbi est, quemadmodum Cicero ait: ita res si tacentibus nobis intelligi possent, uerbis omnino nihil opus esset, neque uteremur. In illa quidem peruersitate ac uanitate exagitanda, penè nimius est, ut diximus, Galenus, quam ætate sua inualescere & corroborari scilicet animaduerteret, ut nota usitataq;, & inter hæc propria ac bona uerba, obsoletis, dubijs, malis, commentitijs uocabulis mutarentur, & ueterum simplex explicatio optimarum & pulcerrimarum rerum, in superuacaneam illam nouitatis exquisitionem conuerteretur: de quo & portenta quædam orationis nasci, & res non explanari, sed inuolui, & falsa ac incerta altera ambiguitate & deprauatione accumulari uiderentur: cum quidem & in has exilitates ingenium comminueretur, & falsa persuasione doctrinæ induerentur animi, & studia sapientiæ corrumperentur, & optimarum artium atque rerum cognitio & excercitatio interea negligeretur ac interiret. Quod igitur nostrum sit iudicium, & congruere hoc cum ueterum sapientum rationibus, demonstratum esse credimus: idq; sequens ac custodiens, & sæpe hortatus sum adolescentiam, ut in primis operam dare utriusque linguæ cognitioni, & ætatem illam peculiari huic ac suo studio impendere, & commoditatibus quę nunc offerrentur, uti uellent: & dum uersor in scriptis ueterum autorum, horumq; libros lego, annotaui pręcipuorum uerborum in his usum: quo comperto, olim ex amicis quidam nostris censuerunt, ea quæ collegissem, à me edi & publicari oportere. Inter hos instare mihi assiduò, & urgere me uehementer, sapientia & doctrina excellens uir, SIMO GRYNAEVS. Erant autē illæ nostræ annotationes, neq; plenę ac copiosæ, neq; distinctæ ac compositę, sed fortuita perscriptione congestæ & coaceruatæ: ut si ad editionem apparari deberent, nouum laborem opus illud desideraturum esset. Cum tamen finem non facerent

illi hor-

illi hortatores & instigatores nostri, tandem cœpi de Commentarijs an notationum nostrarum decerpere ea quæ in hoc libro exposita sunt, collata in partium corporis humani quasi historiolam quandam, incoatam quondam monitu summi amici nostri, uiri optimi & doctißimi, & medicinæ artis profeßione celeberrimi, Georgij Sturcij, cum in manibus haberemus Galeotti cuiusdam scriptum, & melius aliquid requireremus. Itaque huius argumenti consilium totum debetur autoritati & respectui Georgij Sturcij, cum quo in adolescentia & uixi coniunctißimè, & honores scolasticos gesi: & ab illo beneficijs affectus, eum me præstiti, ut ipse haud scio, an cariorem me ex amicis plurimis habuerit neminem. Hunc amorem ad extremum diem uitæ suæ ille quidem erga nos cõseruauit: & ego perfeci, ut digni hoc omnibus fuisse uideamur. Ac nunc Sturcius, pietatis & bonarum artium culturæ natus, princeps sapientiæ, uirtutis, & doctrinæ, suo quidem fato feliciter defunctus, reliquit terras: in quibus quid eum, prfertim senescentem, ac ualetudine infirma prditum, amplius iam delectare posset, nihil erat. Ad nostrum uerò officium pertinet, & tueri memoriam sanctißimæ amicitiæ, & famam mortui, si poßimus, celebratione nostra augere: in quo, ut spero, neque fides, neque studium, neque etiam industria quædam nostra ullo loco aut tempore desiderabitur. Sed ad huius opusculi elaborationem quod attinet, poterat hoc quidem multo speciosius fieri, ut non tantum uerborum indicationem, sed rerum etiam commemorationem, cùm uberem, tum, ut ita dicam, enucleatam complecteretur, si uel propius à Sturcio abesse, uel etiam cum illo uersari mihi, uel ita absenti quoqꝫ plus ocij concederetur, tam ad eos libros, quibus diſputationes hæ continentur, euoluendos, quàm ad percontandum de ignotis mihi, eos qui non modò scientia doctrinæ, sed peritia etiam usus instructi essent. Quod quidem corporis humani partibus, seu membris, uerborum interpretatio hæc nostra accommodaretur, non fugiebat nos, totam expositionem cùm luculentiorem, tum uenustiorem futuram esse, si in singulis ordine quodam ea persequeremur, quæ in his insunt, & considerantur ab omnibus quibus ueritas cordi est. Ea sunt quatuor: ipsa rei de qua quæritur, natura, quæ οὐσία appellatur, δύναμις, ἐνέργεια, χρεία. Latinè poßumus, ut opinor, uim ac potestatem, effectionem & actionem, opus atque officium nominare. Fuisset hæc tractatio & argumento copiosa, & ordine pulcra, & genere utilis: sed instituto primùm opere confusius, cum & sæpe ac multum descriptio interpellaretur, & ut abrupta contexeremus, neque ingenium atque cogitatio, neque ocij quies suppeditaret: contráqꝫ potius cùm negotia priuata, tum ualetudo, tum etiam Reipub. perturbatio obstaret conatibus meis: ita delati ad Iulij Pollucis expositionem, & uestigia huius secuti, de nostris Commentarijs quæ cõuenire credebamus, ea adiunximus, & uelut ἔρανον hunc contulimus de nostris annotatiunculis, ut quiddam paulo magis lautè & opiparè, quàm Iulianç quasi epulæ essent, instrueretur. Non autem studuimus omnia, uel saltem plurima

 congerere,

congerere, ut quæque in aliquem locum incidebant, contenti præcipua uocabula, & horum formas demonstraſſe. Quam ipſam moderationem noſtram, & utilitatis & uoluptatis aliquid allaturam eſſe legentibus confidimus. Nam & quęrere plura, quod illis reſeruatum eſt, ſtudium induſtriamq; excercere, & inueniſſe aliqua, gaudio nō poterit carere. Quam quidem in partem hæc ab hoc uel illo accipiantur, & quæ iudicia fiant à diuerſis de iſto labore, nihil prorſus moramur: cum bono, aut ſaltem non malo ingenio præditis diſplicere illa non poſſe ſciamus. ὥς' εἴ τις χαίρει ψέγων, ut ait Socrates apud Platonem, enarrans Simonidis carmen, ἐμπλησθείη ἂν ἡμᾶς μεμφόμενος. Vt enim uetus uerbum eſt, ἡ φορτὶς ἀπεπλεύσεν. Quod ſi eſt uerum dictum Plautinum,

Vt qui ipſus ſe contemnit, in eo ſit indoles induſtriæ:

erit aliqua in hac etiam parte laus noſtra, uel certè nullum euentus periculum, qui non minus parua & humilia hæc eſſe ducimus, quàm alius quiſquam etiam iniquiſsimus nobis. Et parua tamen iſta atque humilia, magna commoda & fructum ſingularem allatura eſſe ſtudioſis utriuſq; linguæ, mihi perſuaſum eſt. Et poterunt hæc tanquam fundamenta eſſe, ſuper quibus aliorum obſeruatio & attentio & ſagacitas, maiora alia & magis ſpectabilia extruat ac collocet. Ad uulgares autem iſtos cenſores καὶ φιλομώμους, hoc mihi in animo eſt, quod Zenonem Stoicum dicere ſolitum accepimus, uſurpantem dictum Sophoclis: ille enim audiens à quodam improbari Antiſthenem, qui diceret ſibi pleraque in eo diſplicere: fertur interrogaſſe, an aliquid etiam probaret in Antiſthene? Cum alter neſcire ſe reſpondiſſet, neque ſibi de alijs quicquam eſſe compertum: Nunquid igitur pudet te, inquit Zeno, cum quæ Antiſthenes dixiſſe aut feciſſe uidetur non bene, ea conquiris atque meminiſti: & ne curas quidem cognoſcere, an boni etiam aliquid ab eo ſit profectum? Si enim deprehendentur aliqua errata noſtra, quòd in collatione cum ueris hæc notata eſſe neceſſe ſit, qui exagitare illa ipſa, & quaſi triumphare de his uoluerit, cum prætereat meliora, neque ijs teſtimonium meritæ laudis impertiat, is ſanè neque me ualde offenderit, & licebit hac miſera gloriola fruatur: ut obtrectando alijs, ipſe quoque planum faciat,

—ὅτ' ἐν τᾷ γε καὐτός τις φαίνεται ἦμεν.

ſecundum Theocriti Polyphemum. Huius cauſæ & operæ noſtræ te cognitorem ſumimus, & facimus iudicem Bolgange, quem & à natura ipſa, & Georgij Fabricij præceptis commotum atque impulſum, uiam uirtutis arduam ingreſſum eſſe, & per plurimas difficultates ad ſummum perueniſſe ſcimus: qua tu nunc placido greſſu procedis, & frueris parta uigilijs & ſudoribus, & multiplici defatigatione, copia ſapientiæ, eloquentiæ, humanitatis, eruditionis, doctrinæ, quam & à puero rectè monſtrantibus obtemperans, & ætate firmiore omnibus locis bonarum artium quaſi lucra quædam ſequens & perſcrutans, præclaram & eximiam acquiſiuiſti. Cum autem conſuetudinem eruditorum atque ſapientum in Italia & Gallijs cupidè expetiuiſſes, & facilè eſſes adeptus, libenter

benter tamen hæsisti in familiaritate & usu Ioannis Sturmij, à quo ea habes præconia, quibus non modò tu, sed tota familia tua, nominis & famæ iam ornamentum consecuta est sempiternum. Id quod cùm uestri generis nobilitatem antiquam, illustriorem reddet, tum exemplum hoc alios ordinis uestri ad similem laudem adamandā incitaturum esse spes est. Etsi profectò, ne callidè agam, debilitatur multis modis hæc spes: cum iam etiam quidam illorum, qui ita accessissent ad hoc decus propè, ut planè contemplari possent, auerterint tamen se, & ad alia conuerterint, absurda & opinionum falsitate, non uera ratione commendata, alij uoluptatum illecebris capti, alij φιλοτιμίᾳ ἐπηρμένοι, δεινῷ κακῷ, secùndum Tragœdiam. In qua parte & nostræ quædam cùm acclamationes, tum cohortationes, quòd minus habuerint momenti apud unum aut alterum, etsi grauiter ac molestè fero: tamen uicissim me consolatur, easdem apud quosdam tantum effecisse, ut ad considerationem ueritatis, & culturam bonarum artium, & studia humanitatis, conuerterint cogitationes & uoluntatem illorum, ut & ipsi præ his occupationibus, rebus alijs minus pulcris & bonis uacare iam non possent: & capti specie ueræ laudis atque decoris, cum ipsi uulgo tritam honorum & excellentiæ uiam relinquerent, & arduum uirtutis iter ingrederentur, tum à se adiumenta quæcunque possent, eódem tendentibus alijs afferrent. Quos quidem sua fama & hoc tempore, &, ut spero, ad posteritatem quoque celebrari, quàm oratione mea in præsentia commendari malo. Tu uerò Bolgange, ut hactenus cum omnium bonorum admiratione & fauore fecisti, contentionem præclarissimi studij ne remittas, sed potius augeas atque incites, & in hoc diuino certamine, ἄρχων ἀρχείοισιν, id est, rectè sentientibus, & bene collocantibus operam studij sui,

τοὺς δὲ δι' ἓν φθινύθειν ἕνα καὶ δύο, τοῖς γ' ἐκείνων
νόσφιν βουλεύσωσ' αὐτοῖς δ' οὐκ ἴσασι τῷ αὐτοῖς.

Hæc sententia animi, & ista uoluntas, itémque ille lætitiam tibi pariet labos, ut inquit senex Plautinus. Iucunda enim certè in omnem euentum, nam quæ & tempora sint, & pericula impendeant, uides, iucunda tibi erit recordatio, te cum barbaria & immanitate & malis erroribus, nihil unquam neque factis neque dictis habuisse commune: sed id cogitasse atque perfecisse, ut & ueris rationibus confirmares iudicium, & uoluntatem ad optima atque honestissima dirigeres: non ut huius seculi uulgo placeres, sed cùm bonis ac doctis optimus doctissimúsque uidereris, tum ad posteritatem existimationem illustrem & magnificam tibi reponeres: te extitisse his temporibus ac locis, qui tot rebus atque hominibus retrahentibus, in cursu tamen uirtutis & sapientiæ perrexeris, & ab ijs undique opem consiliúmque tuum remoueris, quibus alij implicarentur plurimi, gloriam aut opulentiam expetentes, ἅ γ' αἰσχρὸν εἰπεῖν, καὶ σιωπῆσαι βαρὺ, secundum Aristophanem. Sed silentio illa tegamus, φάρμακον ἡσυχίης ἐγκρατὲς εὑράμενοι, ut est in epigrammate. Tibi quidem non possum non gratulari hanc inductionem animi, & in illa ipsa constantiam:

de qua si nihil fortè dignitatis uel emolumenti popularis tibi adiunctum fuerit, ipsa tamen animi magnitudo, & ueritas sententiæ, summis te honoribus, & maximis commodis afficiet atque locupletabit. Verè enim à ueteribus dictum est, Virtutem & sapientiam se ipsa niti, non opinione hominum, aut fortunæ præsidio fulciri & sustineri. Sed de his satis, præsertim ad te. Quod superest, te oro, ut iudicium de te, & affectionem erga te meam, & placere tibi patiaris, & in optimam partem interpretari uelis, & hanc compellationem non contrariam tibi esse sinas. Ego autem, id quod tu mereris, & me decet, cursum reliquum studiorum & uitæ tuæ, CHRISTO σωτῆρι commendare non cesso: precorque ut maximè secundis rebus reuersus ad tuos, florentem patriam præsens exornes: aut certè aduersis, consiliorum & actionum subsidio & patrocinio, laboranti adsis atque succurras: quorum alterum optare & sperare, alterius necessitatem recusare non debes. Sed desino. CHRISTVS te patriæ, & hanc incolumitati ac saluti ciuium benignè conseruet.

SIMO GRYNAEVS IOACHIMO CAmerario S. D.

CVpio te bene ualere. De libro mihi idem propemodum uisum est, quod tibi: etsi illum uix leuiter inspexi. Itaq; facies quod tibi uidebitur, modò ne amittas in his tempus. Vellem enim te amplissimo ocio, praestantissimas ad res meditandas, expoliendasq; abundare; tantum abest, ut detrahere ex eo quod conceditur, aliquid cupiam. De Lexico, cõsilij mei causa haec fuit, quia te audiueram annotatum aliquid habere. Fac ut abundes & circunfluas uirtbus ac ocio, ut aliquem nobis semper afferas singularis & ingenij & diligentiae fructum. Vale, & me ama. Pestis sub initium autumni leniter nos tentauit, nunc prorsus interquieuit diebus aliquot. Dominus nos ab impietatis peste conseruet. Iterum uale, cum familia tua.

RERVM AC VOCVM LATINARVM IN HISCE IOACHIMI

Vtriusq; linguae Commentarijs memorabilium Index locupletißimus, quem in libri fronte statim ponere, ut Graecum ad calcem, certo consilio adducti sumus. Prior autem numerus paginam, alter uersum significat.

coronæ

Delphi

E

futiles

inter

obsidium

pes

recipere

Socrates

t 4 suffitus,

uerticis

FINIS.

ΔΙΑΣΚΕΥΗ ΟΝΟΜΑΣΤΙΚΗ, PARTIUM CORPORIS HUMANI. τὰ ἔξω, id est, partes exteriores.

MEMBRA corporis humani, partes sunt illius, Græcè μέλη & μόρια appellantur, communibus uocabulis. Latinũ uerbum significat & ipsum partes, ut membra orationis cum dicimus. Et Cicero de Natur. deor. procemio: Omnes autem eius partes, atque omnia membra, &c. Est tamen de partibus corporis usu tritum, ut Maro IIII.

—Nec placidam membris dat cura quietem.

Et in III.

—Vidi, atro cum membra fluentia tabo
Manderet.—

A' Græcis fiunt hæc fermè, πολυμερὴς, διμερὴς, τριμερὴς, τετραμερὴς, &c. μονομερὴς, ἡμιμερὴς, πεντημιμερὴς, ἑφθημιμερὴς. & apud Arithmeticos, ἐπιμερὴς, & ἀμερὴς. Quorum Latinis deriuatis factisq́ue, fortasse quædã liceat interpretari propius, multimembris, bimembris, cuius etiam exemplum extat in Maronis VIII.

—Tu nubigenas inuicte bimembres,
Hylæumq́ue Pholumq́ue manu, tu Cressia mactas
Prodigia.——

Sic igitur & trimẽbris, & quadrimembris, nisi fallor, rectè fieri posit, & fortasse unimembris, & semimembris. Reliqua duo, cum numeris composita Græca, reddi Latinè non possunt: & excogitata fuere ab ijs, qui rationẽ carminum explicare studuerũt. In quibus animaduerterunt, solere in uersibus cæsa, quæ sunt Græcis κόμματα, ita poni, ut ad hæc pedes dimidientur. Quod cũ fieret post duos integros, πενθημιμερῆ cæsuram, seu τομὴν hanc uocarunt: cum post tres, ἑφθημιμερῆ. Prioris exemplum:

μῆνιν ἄειδε θεά.— &,
Arma uirumq́ue cano.— Alterius,
ὦ πάτερ ἡμέτερε κρονίδη.— &,
Mnesthea, Sergestumq́ue uocat.—

Sed illa superiora etiam bipertiti, tripertitiq́ue, uocabulis Latinis, itemq́ue quadripertiti reddita fuerunt. Aristoteli est in Problem. πῦρ λεπτομερὴς, id est, tenuium partium. ὕδωρ μεγαλομερὴς, id est, grandium partium. quibus uocabulis Græci medici crebrò usi fuerunt. Polybius de rebus Romanis & Carthaginẽsibus dixit, πολιτευμάτων ἀμφοτέρων μεγαλομέρειαν καὶ δύναμιν, magnitudinem & potentiam. Nota sunt & ὁμοιομερῆ quæ dicuntur, & Anaxagoræ ὁμοιομέρεια, homœomeria, de qua & Lucretius libro primo:

Nunc & Anaxagoræ scrutemur homœomerian,
Quam memorant Græci, nec nostra dicere lingua
Permittit patrij nobis sermonis egestas.

Dicitur & μερὶς portio, seu particula, ut hæreditatis & dapũ. Luc. ἡ τῶν κολακευόντων μερὶς εἰκότως ἂν νομισθείη. de historia compon. μορίον, cum præpositione fit ἐπιμόριον, quasi pars abundans, ut in numeris. συμμορία Atticum uerbũ, societatis munerum. A' partitione nomen factum, & Atticis μορίας aliqui tradidere, quarum oleũ publicè diuidi soleret. τριτημορὶς, tertia portio, id est una de tribus. Herodot. ὦ λεωὶ, ἐπιλαβοῦσα τῶν μασσαγετέων τριτημορὶς τοῦ στρατοῦ. & τριτημόριον, quod cum apud Philemonẽ ualere sena æra, id est, ἓξ χαλκοῦς, repertũ traditur, erit non tertia oboli pars, sed τεταρτημόρια tria, id est, in quatuor partes obolo diuiso, harum tres. τεταρτημόριον autem æra bina, & de futuli dixere homine, ut semissem uidẽtur Latini. Est & μορίον pars pudenda, quæ suo nomine dici putatur obscœnius. Verbũ μερίζω, partior est, & distinguo. Gregor. περὶ θεολογίας, τίς ταῦτα ἔμιξε καὶ ἐμέρισε; quis hæc miscuit atq́ue separauit, seu distinxit? Et D. Paulus, μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος, diuersa hæc sunt: id est, alia res est nupta, & alia uirgo. διαμερίζω, dispertior, uel dispertio: nã utraq́ue διαθέσει sunt usi. ἐπιμερίζω, impertio. καταμερίζω, dissipo. ἀπομερίζω, separo. & Græca alia similia. Item ἐν μέρει, quod significat, pro sua parte, & uicissim. Lucianus conuiuio, καὶ παίων καὶ παιόμενος ἐν μέρει. Herod. ὦ λεωὶ, πρώτοισι δὲ τούτοισι ἐπιχέ-

ρεσι ὁ Λυδὸς, μετὰ δὲ κατὰ μέρος ἑκάστοισι τῶν ἰώνων. Primùm adorit Ephesios Crœsus, mox singulos Ionas seorsim. Xenoph. ἀναβάσεως ζ. πολλὰ σὺν ὑμῖν πονήσαντα καὶ κινδυνεύσαντα, καὶ ἐν τῷ μέρει, καὶ παρὰ τὸ μέρος. ordinariè, & extraordinariè. Aristoteles etiam πολιτικῶν γ'. dixit, κατὰ μέρος ἐξιοῦσιν ἄρχειν, id est, ἐν μέρει. Latina figura sermonis est, pro parte uirili, quod & pro uirili dicitur [illegible]. τὸ μέρος Grȩci uocant, quod Latini, quantum in aliquo esset. ut τὸ σὸν μέρος, quantum in te. Demosth. aduersus Lacriti exceptionem, εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ἀφικόμην ἄν, τὸ τούτου μέρος. id est, quantū in hoc fuit. Intelligitur autem præpositio κατὰ. Iurisconsl. libro primo de Legat. & fideic. L. si hæred. facit partes uiriles, id est pares, & hæreditarias, quæ secundum id præstentur, quod cuique de hæreditate obuenit. Sunt & partes, factiones ac studia, ut ciuē bonarū artium & partium. Sunt & actionum scenicarū primæ, aut secundæ, aut tertiȩ partes, πρωταγωνισταὶ, δευτεραγωνισταὶ, & τριταγωνισταί.

Sed iam de corporis humani partibus uerba faciamus, quarum aliæ sunt ἐκτὸς, aliæ ἐντὸς, quod significat intus ac foris. De illis autem quæ foris apparent, priore loco differemus: quæ, ut ait Aristoteles, et sunt insigniores nominibus, et magis notæ propter usum. Totum autem, cuius hæ partes sunt, corpus dicitur, id est σῶμα, id uolumus nunc humanū esse. nam de homine sermo institutus est, qui sunt ἄνθρωποι, non ineleganti origine, ut traditur, quasi ἄνω θρώσκοντες τῇ ὄψει. uel ut Plato, ἄνθρωπος ὁ ἀναθρῶν ἃ ὄπωπεν, id est, cogitando resumens ea quæ uidit. Homo autem, quòd cadat de humo, minus bellum uidetur. Hi & θνητοὶ, & βροτοὶ, id est mortales, dicuntur. Animal diuinum, & rationis atque consilij particeps, quod præteritorum meminit, futura præuidet, & præsentia considerat. Ita cùm membrorum quasi coagmentatione, & totius corporis habitu, tum animi uiribus perfectum: ut ad cœlestium, non terrenorum appetitionē creatum esse uideatur. Sunt enim, ut ait Cicero, ex terra homines, non ut incolæ & habitatores, sed quasi spectatores superarū rerum, atq; cœlestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Quare etiam erectū hoc animal incedit,

ἀντωπὸν πρὸς ὄλυμπον ἀπεσβέψισι προσώποις.

Cum prona spectent animalia cætera terram, ut Ouidius ait. quamuis Galenus hoc non probet, cōtra quem alibi disputauimus, speciosissimam ueterum sententiam de hominis excellentia sine causa labefactantē. Nam certè solus homo directam habet aciem oculorum, quia statura est recta. Ita enim Aristot. περὶ ζώων γενέσεως γ'. διὰ γὰρ τὸ μόνον ὀρθὸν εἶναι τῶν ζώων, μόνον πρόσωθεν ὄπωπε. Ab homine est humanus, & hinc humanitas, pulcherrimum uocabulum linguæ Latinæ. Et studia humanitatis. Græcè ἀνθρώπινος, possessiua ut forma, ita & significatione tantum dicitur. φιλανθρωπία fortè humanitatem attingit. Studia humanitatis sunt παιδεία, & ὀρθὴ παιδεία: quibus eruditi πεπαιδευμένοι, inerudit ἀπαίδευτοι. φιλανθρωπίας officia humanitatis appellat Demosth. & liberalitatē. καὶ λύσεις αἰχμαλώτων καὶ τοιαύτας φιλανθρωπίας. Diminuūtur hæc ita: Homullus, homūculus, ἀνθρωπίσκος, ἀνθρωπάριον. Ἀνθρωποποιός, fabricator humanarum formarum. Ita φιλοψευδεῖ, statuarij distinguuntur, ut uidetur ἀνθρωποποιοί, qui homines effingerēt. & θεοποιοὶ, qui deos. ἀνθρωποειδὴς, forma humana. μισάνθρωπος, hominum osor, quo Timo quidam Phliasius è re fuit nomine uocatus. ἀνθρωποφυὴς, humanæ naturæ. Herodotus, ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεούς. ἀνθρωπουργὸς, hominum opifex. & res ἀνθρωπουργία. Nonius Varronem citat, ἀνθρωπουργία ἡ περὶ γενεθλίων. αὐτοανθρώπου nomine Lucianus usus est, φιλοψευδεῖ, loquens de statua, quȩ esset similis αὐτοανθρώπῳ. Hoc nomine de humano genere usus est Plato, ut indicaret ipsius humanæ naturæ ueram & certam rationem, quod ab Aristotele sine causa exagitatum fuit. βροτὸς, mortalis. ἄμβροτος, immortalis, in compositione. βροτολοιγὸς ἄρης, hominū pernicies & exitium, apud Homerum. Et Hesiodo, βρότος χροός. Et Homero, ἀσπὶς ἀμφιβρότη, id est ἀνδρομήκης. Empedocli autē, χθὼν ἀμφιβρότη corpus includens animam, ut retulit Plut. συμποσ. δ'. Et ἀπαρπαλαμασίμβροτος, Simonidi,

monidi, ut Plutarchus Agesilao, & μαχὴ φθισίμβροτος. Atque hoc est à Grammaticis traditum, referente Eustathio ιλ. β. quòd βροτὸς in cōpositionibus assumat literam μ, ut τερψίμβροτος, φαεσίμβροτος, delectans & illustrans mortales. ὠλεσίμβροτος, proprium. φθεισιμβρότος αἰχμὴ, interfectrix. πλησίμβροτος ἀγορὰ, referta populo. Excipi autē ἀμφιβρότην ἀσπίδα, & ἀβρότην νύκτα. ἀνθρωποκτονεῖν dixit in Hecuba Euripides, hominem iugulare. ἀνθρωπόμορφος, humana specie. Pollucis uocabula hæc sunt. ἄνθρωπος, homo. ἀνθρώπινον, humanum. ἀνθρωπίσκος, ἀνθρώπιον, homuncio. ἀνθρωπικὸν, humanum. ἀνθρωπίνως, humanè. Tamen uix humanè patitur. Demosth. κατ' Ἀριστοκράτους, ἀνθρωπίνως ἐπικουφίσαι τὰς συμφοράς. Thucydidi est ἀνθρωπείως, lib. 3. ἀνθρωπικῶς, more hominum. Luc. ζεύξιδι' καὶ τρίφα ἀνθρωπικῶς. ἀνθρωποειδῶς, humaniter, seu humanè. & ἀνθρωποπαθῶς, humanum in modum, seu habitum. Grammaticis placet, humanè esse ἀνθρωπίνως, humanitus φιλανθρώπως. Sed aliter etiam reperitur, ut Philipp. 1. Si quid mihi humanitus accidisset. ἀνθρωπεία τέχνη, iuxta Thucydidē, ars humana. ἀνθρωπίνη φύσις, humana natura, iuxta Platonem, ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀσθενεστέρα ἢ λαβεῖν τέχνην ὢν αὖ ἄπειρος, in Theęteto: Infirmior est natura humana, quàm ut artifex esse posit in imperitia. ἀνθρωπίζειν, Aristophanicum. Et in epistola Archytæ ad Dionysiū, ἀνθρωπίζειν, humanum præbere. Item ἀνθρωποφάγος, hominum deuorator. ἀνθρωπόλεθρος, homicida. ἀνθρωπάρεσκοι, D. Paulo, studentes hominibus placere. & ἀνθρωπαρεσκεία, hominum studium. ἀνθρωπογονία, hominum generatio: quo nomine inscriptū librum ab Arato editum fuisse traditur. Habet & ἀνθρωπεύεσθαι significationem humanitatis. Aristoteli autē ἱστορίας ζώων δ'. συνανθρωπεύεσθαι, cum hominibus uersari, notat: πλὴν εἴ τι τῶν τοῖς οἰκίοισι συνανθρωπεύεται. & ἄνθρωπος, homo, seruum notat. Galen. περὶ τοῦ τὸ γινώσκειν, μήθ' ὁρῶντες μήτε τὸν ἐμὸν ἄνθρωπον ἐν ῥώμῃ. Pro Quint. Hominem P. Quint. deprehendit in publico. Annotatur & Laconum lingua mulier, ἀνθρωπὼ uocata, communiter est ἡ ἄνθρωπος. φιλάνθρωπος, humanus. φιλανθρωπία, humanitas. φιλανθρώπως, humaniter. φιλανθρωπεύειν, præ se ferre humanitatis affectum, & humanitate cōplecti. Apud Diodorum, ἑαλωκότας μὲν ὄντας παρ' ἐλπίδα φιλανθρωπευθέντας, conseruatos illos fuisse dicit ab Antipatro, & benignè habitos. ἀπάνθρωπος, inhumanus. ἀπανθρωπία, inhumanitas. ἀπανθρώπως, inhumaniter. ἀπανθρωπεύεσθαι autem dici non debet. πολυάνθρωπος, populosus. πολυανθρωπία, hominum copia. ὀλιγανθρωπία, hominum paucitas. ἐξ ἀνθρώπων autem ἀπελθεῖν interitum notat, & uerbum similiter ἐξανθρωπίζεσθαι. ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι, excessisse ex humanis. Plut. autem de Socratis dæmonio, ἐξανθρωπῆσαι aliter posuit, θαυμάζοντα σκληρότητος ἀνδρὸς ἀτυφίᾳ καὶ ἀφελείᾳ μάλιστα διὰ φιλοσοφίαν ἐξανθρωπήσαντος, qui māsuetam reddidisset, & plenam humanitatis philosophiam. φιλανθρωπῆσαι autē ecclesiastici posuere de assumptione naturę humanæ, ut Gregorius ad Cledonium epistola priore, θεοῦ μὲν φιλανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος. & λόγος ὁ φιλανθρωπήσας, eidem. Athanasij autem est ἀνθρωποθυσία, mactatio humanarum uictimarum. Hoc animal, quod hominis habet appellationem, à prima origine sua flebiliter abiectum humi, per gradus ætatum ad excellentiam admirabilē extollitur. Propagatur autē huius, ut reliquorum animantium, genus, maris & fœminæ coniunctione, id est, συνδυασμῷ ἄρρενος καὶ θήλεος, quos sexus, id est φύσεις, uocamus, uiri & mulieris, ἀνέρος (quem & φῶτα uocarunt. unde illa in oraculo ἀμφιβολογία, ἢ ἐς πατρὶ πέμπετε φῶτα, id est, uel uirū, uel lumina) καὶ γυναικός. A' quibus diminuta sunt, ἀνδρίον Aristophani, & ἀνδρίσκος, & ἀνδράριον, homuncio. & γύναιον, muliercula. Græci uocabulo ἀνδρὸς simpliciter pro homine sunt interdum usi. ut Homerus:

οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.

Planè eadē est hominū natura & in arbore frondis.

Sed Xenophon in Hierone distinxit. Eos enim, qui honores & laudem expetant, longissimè abesse dicit à brutis, qui sint ἄνδρες, καὶ οὐκ ἔτι ἄνθρωποι μόνον νομιζόμενοι. Volunt quidam & φῶτα non tam uirum propriè, quàm communiter hominem significare. A' Græco nomine ἄῤῥενες, uerbū ἀῤῥενοῦσθαι, & ἀῤῥενωπὸς,

uultu uirili. ἀῤῥενωπὴν τινὰ εὐμορφίαν dixit Luc. σκύθη. Aristoteles autē περὶ ζώων γενέσεως β. γίνονται γυναῖκές τε ἀῤῥενωποί, & ἄνδρες θηλυκοί. Est autem ἀνδρία & τὸ ἄῤῥεν Platoni, de nescio quo fluxu contrario iniustitiæ. Et θῆλυ, ἀπὸ δὲ θηλῆς καὶ τοῦ τεθηλέναι. & γυνὴ, quasi γονὴ, in Cratylo. ἀπὸ δὲ θήλεος, θήλεια fœmina. & θηλύνεσθαι, effœminari. ἐκθηλύνειν, euirare. Hippoc. Aphoris. dixit, σάρκας ἐκθηλύνουσιν, id est ἀτονίαν, flaccidas carnes. θηλυμανὴς, amore mulierum insaniens. θηλυδρίας, effœminatus. θηλυδρίης τε καὶ μαλακώτερος ἀνὴρ, Polymnia. θηλύτεραι Homero, mulieres forma comparatiua, ut seniores Grammatici, quia hoc genus auidius & appetentius sit concubitus, ita uocatas mulieres aiunt. Significat autem uocabulum molliciem & teneritatē, ut θῆλυς ἐέρση, ros tener. θηλείας ἄγρος, fœminæ cædis, Electra. & θηλύφρων ἐξουσία, Aristophani, muliebris potētia. & θήλεια νοῦσος, ἐκλαοῖ. θηλυπρεπὴς, fœmineus, aut muliebris. ut σκευὴ θηλυπρεπὴς, ornatus muliebris. θηλύδριον, fœmella. & θηλυδριώδης, effœminatū. θηλυγενὴς significationem habet generis fœminei, id est θηλυκοῦ. θηλύνους, muliebri animo. τὸ δὲ θῆλυ, secundum Aristot. lib. α. περὶ ζώων γενέσεως, ὥσπερ ἐστὶν ἄῤῥεν πεπηρωμένον, fœmina quasi mas est, non integer. A' uiro, uirtus, propriè ἀνδρία, & in Supplicib. εὐανδρία.

Disce puer uirtutem ex me, uerumq; laborem.

Sed & ἀρετὴ uirtutis nomine dicitur. τὸ ἀνδρῶδες, uirilitas. & ἀνδρώδης, uirilis. & ἀνδρωδῶς, fortiter. & ἀνδρικῶς, Aristophani. ἀνδρίζεσθαι, confirmari ætate, & uiriliter se gerere, id est fortem esse, Platoni Theæteto. & uirilitatē ostendere: ut ἀνδριζόμεναι, mulieres uiragines. & φίλανδρος, amans uiri. & quam ἀνδροβάσειαν comœdia, & Latini uirosam dixere. nupta est ἠνδρωμένη, à uerbo ἀνδροῦσθαι. ἐξανδρούμενος autem Phœnissis de uirili ætate, πυρσαῖς γένυσιν ἐξανδρούμενος. & ὁρχηστοί, πολλοὶ ἀνδρωθέντες δ' ἄλγεα πείσονται, id est, uiri iam facti. & ὕπανδρος Paulo in epistola ad Roman. & Athenæo lib. 8. ἀνδρόμεος poeticū, ut ἀνδρόμεα κρέα, ὄλβος. i. carnes humanas. ἀνδρακὰς, κατ' ἄνδρα, uiritim. Suidas ἀνδραγχον carnificem interpretatur, qui strāgulet homines. & ἀνδράγρια, spolia de uiris capta. & ἀνδραγαθίζεσθαι, ἀνδραγαθίζεσθαι. Apud eundē ἀνδραγαθεῖν uerbū, ut apparet, fortiter rem gerere. Item propria nomina, ἀλέξανδρος, quod Ouidius interpretatur:

Penè puer cæsis abducta armenta recepi
Hostibus, & causam nominis inde tuli.

Et ἀλεξάνδρα fœmininum, ac nomen fabulæ Lycophronis mirabilis. Itē κάσσανδρος & κασσάνδρα, à uenustate, ut uidetur: tale enim κασσὸν quiddam ueteribus notauit. unde & κασσιέπειαν interpretantur τὴν καλλιέπειαν. τέρπανδρος, citharœdi prisci: & περίανδρος, Corinthij regis nomina. Item ἀνδρόμαχος, & ἀνδρομάχη, & alia: formā enim tantum demonstrare libuit. & ἀνδρόνικος, & νικάνωρ. & ἀνδρεὺς, ut ἀτρεὺς. & ἀνδρέας, ut αἰνέας. ἀνδρωνυμικὰ dixere Grammatici nomina uirorū, ut ποσειδώνιος, δημήτριος. ποιμάνωρ apud Aeschylum, ut Eustat. ait ἰλ. β'. est Homericus ποιμένα λαῶν. κυδιάνειρα, concionis epithetum Homericum, quæ laudem uiris concilict, & splendorem, qui latebrarum esse non potest. Itemq; pugnæ ἰλ. μ'. Eiusdem formæ & στάσις ἀντιάνειρα. Pind. ὀλυμ. ιβ'. & ἀμαζόνες ἀντιάνειραι, ἰλ. γ'. uel non inferiores, uel infestæ uiris. Nam Aeschylus Prometheo appellat ἀμαζόνων στρατὸν στυγάνορα, id est osorem uirilis sexus. Δηϊάνειρα, nomen filiæ Oenei, ἐκ παραμαντεύσεως. nam illa hostilem cladem uiro intulit Eiusdem formę & καλλιάνειρα. ἄνδρος & ἀνδρία, insulæ & oppidi nomina. Viri etiā κατ' ἐξοχὴν magistratum, & publicum munus notant. ut, Quid faciā nunc, si tres uiri me in carcerem cōpegerint? &, Ad tris uiros iam ego deferam nomē tuum, quia cultrum habes. & similia. Græci ἐλλειπτικῶς plerunque tantum numero sunt usi: ut οἱ ἕνδεκα, in Phædone, iudices rerum capitalium. & οἱ τριάκοντα, & τετρακόσιοι, & οἱ τριακόσιοι. Sed in tali manifestè significatione Homerus usus est, ἰλ. β'.

Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας ἀγάμεμνον.

ἀνδρόμορφον, uiri species. ἀνδρομέδα, proprium filiæ Cephei. & ἀνδρομέδαν βριφόλαν Pindarus νεμέων δ'. dixit, ab imperio uirili. Explicatores tamen legēre ἀνδροδάμαν, interpretāturq; & de uidua, quæ superauerit uirum priorem: & de facinore illius erga Amphiaraū, quem pstoea prodi-

prodiderit. Memoratur & ἀνδροδάμας, gemmæ nomen. ἀνδράποδον, mancipiũ: quia sint quasi pedes dominorum seruitia. Alij uerius ἀπὸ τοῦ τοὺς ἄνδρας ἀποδίδοσθαι, quòd uenierint. unde & ἀνδραποδωδῶς Platoni, seruiliter. et ἀνδραποδίζεσθαι, πολιτ. δ'. & ἐξανδραποδίσασθαι, ἑλληνικοῖ. & ἀνδραποδιστὴς, quem plagiarium possumus Latinè dicere, qui libero homini seruitutem conciliat. & ἀνδραποδισμός, captiuitatis seruitus. & ἐξανδραποδίζεσθαι, capta urbe liberos sub corona uendere. Ponitur & passiuè, κατὰ νομάρας, παῖδες δὲ καὶ γυναῖκες ἐξηνδραποδίσθησαν. Et actiuè, Thucyd. lib. 3. γυναῖκας δὲ ἠνδραπόδισαν, in seruitutem abduxerunt. ἀνδρεὼν Herodoto Thalia, qui & ἀνδρῶν, & ἀνδρωνίτις, græca cõsuetudine, ædium loca quæ uiri incolũt. ἀνδρεία, uirilis ætatis cœtus. ἀνδρείκελον, in quo uiri similitudo apparet. & χρῶμα ἀνδρείκελον, quo humani uel uirilis corporis color exprimitur à pictoribus. ἀνδρεῖος, fortis, & uirilis. ut Alcibiade priore, ἐστὶν ἄρα τὰ μὲν γυναικεῖα, τὰ δὲ ἀνδρεῖα μαθήματα. ἀνδρηλατεῖν, in exilium uiros pellere. πολιτ. η. ἀνδρία, fortitudo. ἀνδριάς, statua. ἀνδρικῶς, fortiter. Aristot. equitib. πάνυ ἀνδρικῶς. ἀνδροπρεπὴς autẽ μορφὴ, forma digna uiro. Et Platoni sunt μέλανες ἀνδρικοί. & χορὸς ἀνδρικὸς, id est τῶν ἀνδρῶν, ἑλληνικῶν ς'. & ἀνδρικώτατοι eidem, minimè timidi. ἀνδροβόροι, qui homines deuorant. ἀνδρόδομος, οἶκος τρίκλινος, id est triclinium. ἀνδραποδοκάπηλος, mango, seu uenalitius, quem & uenalitiarium postea dixere. ἀνδροκόβαλος, uereratur. ἀνδρόκμητος τύμβος, ιλ. λ'. bustum à uiris excitatum, uel uiro elaboratum. ἀνδροκτασίαι Homero, cędes. ἀνδροληψία & ἀνδρολήψιον, uirorum abductio: ab ea ciuitate enim, quæ reum homicidij nollet tradere postulantibus propinquis, tres ueluti loco illius secundum leges capere licebat, & abducere. Clarigationis aliqui uerbo interpretati fuere. In oratione de Procemio Trierarchi ponitur ἀνδροληψία generaliore in significatione, prehensionis & abductionis hominum, ut σῦλαι de rerũ ademptione. ἀνδρόπαις, puer ad uirilitatem tendens. ἄνανδρος, ignauus & futilis. Demost. κατὰ τιμοκράτους, ἄνανδροι καὶ δεῖλοι. Apud Platonem ἀνανδρία, ignauia, πολιτ. β. & κακανδρία, Soph. Aiace. Itẽ ἄνανδρος, & mulier uidua, Eurip. Cyclope, ἀλόχους τ' ἀνάνδρους, γραῦς τ' ἄπαιδας. πολυάνδρειον, bustum cuiusdam turbæ mortuorũ, ut in bello excitabantur. In 6. Thucyd. ὄχλοις ξυμμίκτοις πολυανδροῦσιν αἱ πόλεις, refertæ sunt promiscuis hominum turbis. ἀνδραχθὴς, ponderosum, id est, quod onus possit portari à uiro, uel quod uirile robur desideret, ut Atheneus ex Eudoxo annotauit, γόγγρους πολλοὺς ἀνδραχθεῖς ἐν σικυῶνι ἁλίσκεσθαι. ἄνδρεια uocarunt ueteres Lacedæmonij & Cretẽses, publicas epulas, quibus postea Spartæ φιδίτιων nomẽ fuit, teste Aristot. lib. πολιτ. β'. ἀνδρολογεῖν, uiros legere. ἀνδρομανὴς, mulier uiros insanè appetens. ἀνδρομήκης, altitudine uiri. & σκίρωμα ἀνδρόμηκες, Xenoph ἑλλ. γ'. ἀνδρόπαις, puer grãdior. ἀνδροκτόνος & ἀνδροφόνος, homicida. ἀνδροπληθεία, uirorum multitudo. Virilia, ἀνδρεῖα: et ἀνδροσάθων, in ioco, cui illa grandiora essent, dictus. ἀνδρογένεια, propagatio uirilis sexus. Ita enim tanquã peculiare Hippocratis uerbum interpretantur, cum uideatur ita ille dixisse hominum propagationem. Euirare uerbum Latinis, quo Catull. usus in Atte, significat τὸ ἀνδρώδες ἀφαιρεῖν, siue ποιεῖν ἀπαλῆ. ἀνὴρ etiã & uir, non modò sexum, sed & præstãtiam huius, id quod & suprà attigimus, notat. ut,

ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς.

Et Alcestide, ἤτ' ἆρ' ἄκαστος οὐκέτ' ἐστ' ἐν ἀνδράσιν, aut nõ erit profectò Acastus uir magis. &,

—Si uir es, ecce nega.

Quemadmodũ homo etiam non genus modò, sed generis conditionem & sensum notat, quod præclarè explicat Cic. in 5. lib. Epist. ad P. Sestium: Vt & hominem te, & uirũ esse meminisses. Herod. πολυμ. δῆλον δ' ἐποίησε τῷ ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες. multos homines esse, paucos uiros. ἀνδρωθῆναι, Herodoto, ad uirilem ætatẽ peruenisse. Item ἀνὴρ, cõiunx. ὀδυσ. β'. καὶ ἀνέρι μητέρα δώσω: & uir. Terent. Ehem mi uir. &, Vir ego tuus sum? Viripotens, ὡραία, Plauto, & Iurisconsulto. μυρίανδρος στρατὸς, magnæ, uel potius ingentes copiæ. Sunt & hæc ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, poetica, ἠνορέη. ιλ. δ'.

—ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ καρτεῖ χειρῶν,

freti audacia & robore. Pindarus τὸν πλῆ

τὸν μεγάνορα dixit, ſecundum illud Theognidis:

Πλοῦτε θεῶν κάλλιστε καὶ ἱμεροέστατε πάντων,
Σὺν σοὶ καὶ κακὸς ὢν γίγνομαι ἐσθλὸς ἀνήρ.
Gratior haud opibus Deus eſt, nec pulchrior ullus
Præditus his bonus eſt, qui modò prauus erat.

Arcadiam etiã Pindarus εὐάνορα dixit, patriam fortium uirorum. Homerus autem χαλκὸν & οἶνον εὐήνορα. Item ἀγάνορα πέιραν, audax periculũ. & μεγαληνορίας. Theognis autem ὀλεσήνορας ὅρκους, periuria hominibus exitialia, ſecundum oraculum & Heſiodum. Huius ſunt formæ ἀντήνωρ, ἀλεξήνωρ, propria. Addamus ſanè & ea nomina, quibus uiri laudari ſolent, deſcripta ex Polluce. Dicuntur igitur ἀνδρεῖοι, fortes. εὔτονοι, φιλόπονοι, ſtrenui. φιλοπόλεμοι, bellicoſi. ἕτοιμοι, πρόχειροι, prompti. συνεργοὶ, φίλεργοι, laborioſi. φιλότιμοι, laudis cupidi. ἄοκνοι, intrepidi. εὔρωστοι, ἐρρωμένοι, robuſti. ἐθελουργοὶ, πρόθυμοι, prõpti. εὔθυμοι, animis præſentibus. θυμοειδεῖς, φιλόνεικοι, φιλοκίνδυνοι, feroces, contentioſi, audaces. ἴταμοὶ, acres. ἀπροφάσιστοι, ἐθελονταὶ, αὐτεπάγγελτοι, ἀπρόσκλητοι, αὐτοκέλευστοι, αὐθαίρετοι, αὐτεπίτακτοι, ἀκέλευστοι, ἀνεπίτακτοι, αὐτήκοοι, uoluntarij. εὔτολμοι, εὔψυχοι, ἄφοβοι, ἀνέκπληκτοι, εὐθαρσεῖς, θαρσαλέοι, audaces, animoſi, imperterriti. γοργοὶ, φοβεροὶ, ἐκπληκτικοὶ, terribiles, metuẽdi. εὔοπλοι, armati. πολεμιστικοὶ, πολεμικοὶ, bellatores. δυσάλωτοι, ἀήττητοι, ἄμαχοι, δύσμαχοι, ἀπρόσμαχοι, δυσαντίβλεπτοι, ἀνυπόστατοι, ἀνίκητοι, δυσπολέμητοι, δυσανταγώνιστοι, inuicti, inſuperabiles, horribiles. Vituperationis autẽ hæc ſunt, ἀστράτευτοι, ἀπόλεμοι, qui caſtra nũquam uiderunt, imbelles. βλᾶκες, βλακεύοντες, ἀμβλεῖς, βραδεῖς, ἀσθενεῖς, ἀγεννεῖς, ἄρρωστοι, ignaui, hebetes, inertes, ſegnes, imbecilli, futiles, infirmi. ὀκνώδεις, timidi. ἀδύνατοι, deſtituti uiribus. ἀργοὶ, deſides. ἀναπεπτωκότες, μαλακοὶ, abiecti, molles. ἄνανδροι, indigni uiri nomine. δειλοὶ, καταδεεῖς, ῥάθυμοι, ὕπτιοι, νωθεῖς, δυσπολέμητοι, δυσεπιχείρητοι, timidi, meticuloſi, ceſſatores, ſupini, pigri, quos ſine negocio uincere et capere poſsis.

Γυνὴ, mulier. Inæqualem habet apud Græcos flexionem: fit enim in caſibus γυναικὸς, γυναικὶ, & ita deinceps. γυναικοφίλας Theocrito, amator mulierum, id eſt mulieroſus.

— ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ,
οὐ μόνον ἠράσθην καὶ τυ γυναικοφίλας.

Platoni uerò φιλογύναικες ſunt in Sympoſio. Aeſchylus, γυναικομίμοις ὑπτιάσμασι χερῶν, de humilitate precum dixit, in Prometheo. γυναικεῖον, Gynæceum, ut Plautus Moſtell. Dixere Græci & γυναικωνίτης, ut ἀνδρωνίτης: in Oeconomico Xenoph. γυναικομανὴς, ιλ. γ΄. amore mulierum inſaniens, κατὰ συγκοπὴν. Dixere & γυναικοϊδρᾶνας. ſed hoc per luſum factũ apparet. Significantur autem mulieroſi quidam, & ſectatores illarum. γυναικίας, mollis. γυναικεία φύσις, ſexus muliebris. γυναίκισις, mulieratio (Mulierauit enim, Varro dixit) uel mulieroſitas. Sed ita Cicero interpretatur φιλογυνείαν, Tuſc. 4. & μισογυνείαν, odium mulierum. γυναικίζεσθαι, effœminatum eſſe. Hippocr. περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων, muliebriter ſeſe gerere ait illos effœminatos Scythas. γυναικίζουσί τε, inquit, καὶ ἐργάζονται μετὰ τῶν γυναικῶν. γυνὴ autem & mulier, non tantum ſexum, ſed huius etiam infirmitatem & contemptum ſignificat. ut Homero,

— γυναικὸς ἄρ' ἀντὶ τέτυξο. &,

Oh pergin' mulier eſſe? Et in Eunucho, Senem mulierẽ. quod ἀπαθητικῶς factum uolunt, ut illud Homericum,

— γυναῖκα τε θήσατο μαζόν.

Significat & uxorem γυνὴ, & latinè mulier. ut,

ὦ γύναι αἰδοίη Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος.

Et Terent. Edepol næ nos mulieres ſumus æquè omnes inuiſæ uiris. Tale, niſi fallor, & illud eſt Theocriti,

Ἀντὶ γυναικὸς ἔθηκε κακὰν καὶ ἀπαρθένον ἦμεν.

Et λαμβάνειν γυναῖκα, uxorẽ ducere. Eſt & Græcis mulier, ut diximus, ἡ ἄνθρωπος. γυναικικὸς, muliebris. Ariſt. ἱστορ. ζώων ά. γυναικικωτέρους μαστοὺς dixit, τοὺς γυναικοειδεστέρους. Et mulieraria manus Ciceroni, id eſt, γυναικεῖα. γύνανδρος, effœminatus: quos & μάλθωνας per probrũ uocarunt. γυναικονόμοι, qui unà cum Areopagitis, conuentus priuatos nuptiarum & feriarum inſpicere ſolebant, & uidere, nunquid contra præſcriptionem conuiuiorum cõmitteretur, ut ſi plures quàm triginta inuitati eſſent. Extat apud Athenæum lib. 6. γυναικονόμοι, qui & ipſi Athenis improbiores & petulãtiores mulieres multa afficiebant, propoſita publica ſcri-

ca ſcriptura multę de platano in Cerami co, teſte Polluce lib. 8. γυναικόπολις, nomen urbis in Aegypto, & Phœnice. γυναικοκρατία, dominatio muliebris. Plut. ἀποφ. & γυναικοκρατούμενοι, Polit. 2. qui in poteſtate ſunt mulierum. Et populi, Amazonum mariti, Plin. lib. 6. cap. 7. γυναικῶν λιμὴν, portus nomen. γυναικεῖα Hippocrati, quædam rerum muliebriū conſideratio. Dicunt & γυναικεῖα, ut ἀνδρεῖα. & γυναικεῖα, τὰ καταμήνια. γυναικώδης, muliebris. ἰκέλα καλλιγυναικα, muliebri bus formis nobilem Homerus dixit.

Portentoſa habita fuere corpora, in quibus uterque ſexus appareret. Græci faciliore ad duplicanda nomina ſermone, ut Liuius ait, ἀνδρογύνους uocant. Vocant & ἑρμαφροδίτας, ab Hermaphrodito filio Mercurij & Veneris, qui cum nympha Salmacide confuſus perhibetur. Sed tota res eſt aſtrologica. nam ſtellæ Mercurij cum Veneris ſtella in locis ac ſignis fœmininis cōgreſſus, natos facit molles, & ſemiuiros, atque ſemimares: hæc enim latina ſunt nomina. Eoſdem γύννιδας appellarunt, ab effœminatione, ut apparet. γύννους uerò quidam dixere paruulos equos: ut νάννους, pumiliones. Etiam ἡμιάνδρους, ſemimares. & ἡμιγυναίκας, & διφυεῖς, ab utroque ſexu. Itḗque θλιβίας, cuius ἰς τεθλιμμ, id eſt, demeſſa uirilitas eſt. Plin. lib. 11. cap. 49. nominauit equas hermaphroditas, qualem & nos uidimus, eleganti corpore, & mirè uelocem, colore giluo. Sunt autem ſexuum nomina, & ſtirpium, ut maſcula tura, maris in illo genere fructus. Sunt & ſtellarum, ut Iouis & Veneris: & ſignorum, ut Arietis & Virginis.

Sequitur, ut ætatum nomina exponamus. Græcis ſunt ἡλικίαι, Latini harum & diſcrimina & nomina habent paucio ra. Ex Hippocratis diuiſione numerantur ætates hominum ſeptem, eæq; ſingulis ſeptenis annis definiuntur. Sed prius de partu, & hominis ortu nonnihil dicamus. Concipitur in utero matris fœtus, id eſt κύημα. κύει γὰρ ἡ γυνὴ, id eſt, geſtat in utero. quod Græci dicunt, ἐν γαστρὶ ἔχει. & κυΐσκεται, & κυεῖ, & ἐγκυμονεῖ, & συλλαμβάνει. unde & σύλληψις, conceptus. Prægnantes ſunt αἱ κύουσαι, & ἐγκύμονες, & ἔγκυοι. Ariſtophanes τὸ κύημα, etiam κύος dixit. unde κυοφορεῖν, uterum ferre. & ἄκυοι οἶες, Callimacho ſteriles. κύος enim uolunt eſſe κύημα. & ἀποψωριᾶν, grauida, tranſlato uerbo de maturatione ficorum, ſubeuntibus in illas culicibus de caprificis, qui dicuntur ψῆνες. Et ἐκφέρειν Ariſtoteli, perferre uterum. & mulieres εὐκφόροι, quæ facilè ferunt. Enititur autem mulier, id eſt, parit, τίκτει. γεννᾶσθαι enim gignere, commune eſt utrique ſexui. Sed & Homerus ita ιλ. φ. ἤν τέκομέν σύ τ' ἐγώ τε. Grammatici, ſi uno tantum ν ſcribatur, de facto quocunque: ſi gemino, de generatione intelligendū aiunt. Sed Homerus etiam γίνομαι de generatione poſuit, ιλ. ι.

πολλοὺς οἱ παῖδας ἑοικότας γείνατο τυδεὺς;

Partus tempus, poſt conceptum fœtum incidit cōmuniter in mēſem decimum, ut in Plautino ioco dicitur:

Grauidam ego illanc hic reliqui, cum abeo, heu pe rij miſer.

Quid tibi eſt? Ad aquam præbendam commodùm adueni domum,

Decumo poſt menſe, ut rationē te dictare intelligo.

Pariunt & nono. Sunt & ſeptimeſtres partus uitales, qui dicuntur ἑπταμηνιαῖοι. Cicero Attico lib. 10. Tullia mea peperit puerū, ἑπταμηνιαῖον εὐτόκησεν. quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt. Sed & undecimo menſe partum edi, Ariſtoteles autor. de qua re diſputatio extat in Gellianis noctibus, lib. 3. cap. 16. Septimo menſe perfectū partum naſci, receptum eſſe Iuriſconſ. ait, propter autoritatem doctiſsimi uiri Hippocratis. Talem fuiſſe uolunt Euryſthei, quem ſeptimo menſe Iuno in lucē produxerit, repreſſo partu Alcumenæ. Ita enim dicitur ιλ. τ.

ἡ δ' ἐκύει φίλον υἱὸν, ὁ δ' ἕβδομος ἑστήκει μεὶς,
ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ φόωσδε καὶ ἠλιτόμηνον ἐόντα,
ἀλκμήνης δ' ἀπέπαυσε τόκον, σχέθε δ' εἰλειθυίας.

Verùm octauo menſe, quæ ſunt ὀκτάμηνα, ſicut ſeptimi ἑπτάμηνα, aut abortus fieri, aut natos ſtatim mori, traditum eſt cuius rei rationem alij aliter reddidere. Pythagorei ſuo triangulo & hoc explicuerunt. Sit enim triangulum, σκαληνὸν normale, cuius ſpacium ſeu ambitus de lateribus habeat numerum 12. ut unum latus 3, alterum 4 complectatur: ita enim erit ὑποτείνουσα 5. Iam conſtat, ſecundum Pythagoræos, duos eſſe mares in his numeris:

meris: nempe impares, 3 & 5, & fœmineum unum 4. Multiplicetur igitur 4 ad 5. exibunt 20. itemque 5 ad se, exibunt 25. quæ consummata faciunt 45. Hæc multiplicetur & ipsa ad dimidium spacij, id est 6. tanta enim est area triãguli. exibũt iam 270. qui numerus diuisus per 30, q̃t dies menſi attribui solent, creabũt menses 9. Ducantur rursus 4 in 5. fient 20. & 5 in 5. fient 15. hęcque consummata, 35. Quæ ducta in dimidiũ spacij 6, perficient 210. Deque his per diuisionẽ tricenariam exibunt menses 7. Postremò 3 ducãtur in 5. fient 15. & 5 in se, fient 25. hæcque consummata, 40. quę multiplicata per 6, perficient 240. unde superiore ratione exibit mensium 8 numerus. Iam cernere est in hac octo mensium ratione, nullam reperiri coniunctionem masculorum numerorum cum fœmello: ideoque putarunt, uitales hoc pacto fœtus edi non posse. In reliquis uerò reperiri, ideoque partus illorum mensium esse naturales & perfectos. Fœtus imperfectus non editur suo tempore. tum dicuntur abortiri mulieres. quod uerbum & in actiua terminatione alicubi reperitur, & abortus, atque abortio: & aborsæ mulieres, quæ abortum fecere. Græcis est ἀμβλῶσαι, & ἀμβλωῦσαι, & ἀμβλίσκειν, & ἀμβλώσκειν, abortiri. Item ἐξαμβλῶσαι, & ἐκτρῶσαι, & ἐκτιτρώσκειν. Et ἄμβλωσις, & ἄμβλωμα, abortus. Itemque ἔκτρωμα, & ἔκτρωσμος. ἔκρυσις enim, ut Aristot. docet, fit die septimo conceptus. Et κύημα ἀνεμιαῖον, quod & ὑπηνέμιον, ut oua gallinarum infœcunda, fœtus euanidus, quæ & μύλαι dictæ, id est molę. κυήματά τινα ἄμορφα ἢ σαρκοειδῆ, id est, informis fœtus quidam, Afranio inuolucrum. ἀμβλωθρίδιον φάρμακον, quo abortus procuratur. τέρατα, & τερατώδη γεννήματα, partus mõstrosi. Sed fœtus ἔμβρυον quoque dicitur, propriè adhuc in utero latens, quasi ἔσω βρύον, ut Grammatici aiunt. Internum quoddam omnino uocabulũ significat. Itaque Theophr. αἰτίων α. ἔμβρυον ὑγρότητα dixit, id est, quę germinare debeant, ea oportere quasi grauida esse humore. Idem, ὥσπερ ὅλως ἔμβρυον καὶ εἰσδυόμενον ἐς αὐτὰ τὰ δένδρα. Aristoteles & ἐλεφάντων ἔμβρυον ἡλίκον μόσχον esse ait, περὶ γενέσεως δ. id est, fœtum illum magnitudine uituli. Et Homerus de pecorum prole, nomine usus est, Odyss. ι.

Ἑζόμενος δ' ἤμελγεν ὄϊς καὶ μηκάδας αἶγας,
Πάντα κατὰ μοῖραν, καὶ ὑπ' ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ.

Galenus συμπτωμάτων δ. fœtum adhuc imbecillem, ut maximè bimestrem, κύημα appellari: ἔμβρυον autem, iam ualidiorẽ, scripsit. ἐμβρυοθλάστην, medicinę quoddam instrumentum, ad fœtus premendos, πίεστρον Hippocrati. Quæ peperit, puerpera dicitur, id est λεχώ. & λοχεία, puerperium. & λεχώϊα Callimacho, quæ in puerperijs requiruntur, atque usurpantur. Parturire, ὠδίνειν. & ὠδῖνες, parturientium dolores. Parturigines nominare aliqui ausi fuere. A' uerbo γεννᾶν, est γέννημα, & γέννησις, proles, ac soboles. γονὴ et γενεά, ab γίνομαι. unde ἀπογίνομαι, decedo, pereo, Herodoto θαλίας & ὑπὸ τὴν... & absum, καλλιόπης, ἀπογενομένοις τῆς μάχης, qui prælio abfuissent. Thucyd β'. ἀπεγίγνετο μὲν οὐδὲν τῆς στρατιᾶς, εἰ μή τι νόσῳ, προσεγίγνετο δέ, nihil decedebat de copijs, nisi si qui fortè moriebãtur, sed accedebat potius aliquid. Similiter & ἐπιγινόμενα, accedentia. ut Aristot. φυσιογνωμ. σημεῖα ἐπιγινόμενα καὶ ἀπογινόμενα. item ἐπιγενόμενοι, & προγεγενημένοι Isocrati, posteri et priores. πρὸς Φίλιππον. Item περιζεύγεις, ἐγγενόμενον αὐτῷ, cũ illi potestas daretur. & περιγενέσθαι, superiorem esse. τὰ γινόμενα, parta sunt, seu quæsita. & τὸ γινόμενον ἀργύριον, contra exceptionẽ Lacriti: ubi etiã περιγενέσθαι significat reliquum esse. Et γόνος Homero pater: sic enim interpretantur,

— οὐ γάρ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.

& Odyss. λ.

— ἠδὲ ἑκάστη
ὃν γόνον ἐξαγόρευεν. —

Significat autem & liberos, seu natum, eidem, Ιλ. ι.

— ὅμοι ὅτι θεοὶ γόνον ἐξετέλεσσαν.

Item γονὴ, proles. Antigona. γονὰς κατηκόους, obediẽtes natos. Itẽ partus. Phœn.

πρὶν εἰς φῶς ματρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν.

Et composita, πρόγονοι, apud Homerum Odyss. ι. fœtus pecorũ priores: bis enim pariunt, id est hiberni, qui sunt Ιλ. δ. πρωτόγονοι. πρωτόγονα autem Plato uocat ea, quæ Aristot. ὁμοιομερῆ. Et προγενέστερος, maior natu, Odyss. τ. Significat & uocabulum priuignum, quasi priore in matrimonio genitum, Eurip. Ione.

προγόνους

προγόνοις δ᾽ἁμαρτὴς δυσμενέας ἀέποτε.

Et parentes, ac maiores. Isocr. Busir. τυχὼν δὲ τοιούτων προγόνων, tales parentes nactus. Et in Panegyrico, de Cerere· καὶ πρὸς τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους εὐμενῶς διατεθείσης, cum beneuolẽtia afficeretur erga maiores nostros. Et προγονικὰ νόμιμα, instituta maiorum. Item Aristoteli τεκνογονία, puerperium. & ἀῤῥενογονία, ac θηλυγονία, maris ac fœminæ partus. ἀῤῥενογόνοι, & θηλυγόνοι, tam uiri quàm mulieres, adiectiua. Et ἀνδρογόνος ἡμέρα, Hesiodo, uiripera. τελεόγονα, perfecti fœtus. Dixere et ἀμφιγόνους, duabus matribus genitos. ἐπίγονοι, & ἔκγονοι, posteri. Itaque appellatur ἐπιγόνους, posteritas ducum septem, qui infeliciter Thebas oppugnassent, Diomedes Tydei filius, Sthenelus Capanai, Aegialeus Adrasti, Amphilochus & Alcmæon Amphiarai, Euryalus Mecistei, Thersander & Promachus Polynicis. σύγγονος, frater, Hecuba. ἔγγονος, nepos. ἀπόγονος est ἔκγονος. Et Plato ἔκγονον dixit ἀδικίας ὕβριν. Propriũ αὐτίγονος, & fœmininũ αὐτιγόνη. ἄγονος, sterilis, & non gignens. Plato Theæteto, ἄγονός εἰμι σοφίας, sapientiam negat se gignere Socrates. Hippocrati autẽ & mulier est ἄγονος, sterilis. ἄγονον igitur infœcundũ, ut γόνιμον fœcundum. Sed Homero, sine patre, id est, nunquam natus, ιλ. γ΄.

αἴθ᾽ ὄφελλες τ᾽ ἄγονος τ᾽ ἔμεναι, ἄγαμός τ᾽ ἀπολέσθαι.

Et Eurip. Phœniss. simili in significatione posuit: etsi interpretantur ibi ἄγονον, quem gigni non oportuerit. ἀγονία, sterilitas. Itidem & γένος, & γενεὴ, utrunque Homero genus. ιλ. ζ΄.

μηδὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν. —

& mox,

ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

Sed de hoc aliás. γονεῖς & τοκεῖς, parẽtes. γένεσις, procreatio. γίγνεσθαι enim nasci est. & γέννα Xenoph. genus. Latini generare & procreare. τίκτειν, & ἀποτίκτειν, párere. Hinc τόκος, partus. & τοκεῖς, parẽtes. & ἐπίτεξ, mulier uicina partui, eademq́ ἐπίφορος, & ἐπίτοκος, & τικτικὸς parturiens. ἐπίτεκνοι autẽ γίγνονται Hippocrati, quæ pariunt tandem. τοκοῦσαι dixisse Cratinum, scripsit Pollux. τέκνα, liberi. & τέκος, natus, ac nata. ἄτεκνος, qui liberis caret. & ἀτεκνία, & uerbum ἀτεκνεῖν, & δυστεκνοτάτην, Hecuba. τεκνογονία, liberûm procreatio. & τεκνοποιεῖσθαι, generare. et τεκνοποιΐα, ἡ τεκνογονία. ἐπίτεκνοι Hippocrati, fœcũdæ. & Herodoto, γυνὴ τεκνοποιὸς, Terpsichora. τεκοῦσα Sophocli, mater. Trachiniis, ἄνανδρος ἢ τεκοῦσα; id est, uirgo'ne, an mater? Apud Aristotelem τεκνοῦσθαι de fœminis, τεκνοῦν de maribus ponitur. Et Phœniss. εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδα, si filium procreaueris. In eadem tamẽ fabula, ἐξ οὗ τεκνώθη Λάϊος, interpretantur, ex quo tempore pater factus fuit Laius. ἄτοκος, sterilis. & ἄτοκα χρήματα, steriles nummi, id est ociosa pecunia, Iurisconsl. & ἀτοκία. ὠκυτοκεῖν, celeriter párere. & ὠκυτόκιον φάρμακον, medicamentum adiuuans & accelerans partum. ἀρτιτόκος, & poetis τοκὰς, puerpera. Hoc de leæna dicitur in Medea, τοκάδος δέργμα λεαίνης, aspectum leænæ, quæ catulos habet. ἀρτίτοκον autem βρέφος, modò natus infans. ζωοτοκεῖν, & ᾠοτοκεῖν Aristoteli, animantes partu edere, & oua excludere. Vnde animalia ζωοτόκα, & ᾠοτόκα. & θηλυτοκοῦσαι, quę fœminas pariunt. & μονοτόκα, quæ singulos fœtus. διδυμοτόκα, quæ geminos. πολυτόκα, quæ plures edunt. ταχυτόκα, quæ pariunt celeriter. πρωτοτόκοι, qui primos partus edidere. Et Aristoteli pisces σκυμνοτοκοῦντες, qui quasi catulos partu edere soleãt. Et ἀλαοτόκοι, edentes partu cęcos fœtus. τοκετὸς, puerperium. εὐτοκεῖν, & δυστοκεῖν, feliciter & infeliciter párere. Homericum est, δυσαριστοτόκεια, ιλ. σ΄.

ὤμοι ἐγὼ δειλὴ, ὤμοι δυσαριστοτόκεια.

Ita Thetis se miseram esse ait, & infelici partu fortissimũ heroa edidisse. Pariunt plerunq́ fœminæ unum, sed & duos sæpe, aliquãdo & tres infantes: qualis partus & nos exemplum domesticum sororis habemus. Sũt gemini, id est δίδυμοι: & trigemini, τρίδυμοι. Aristoteles in Aegypto & quaternos & quinos gigni tradidit. τόκος & fœnus notat, quasi quidam pecuniæ partus. & τοκογλυφεῖν, fœnerari.

Nũc igitur ætates persequamur, quarum est prima, secundũ Hippocratem, septennium à partu proximum: nominaturq́ in hac παιδίον, id est paruulus. Sed anniculi sunt, nati annum unum, ἔχοντες ἔτος ἕν. Et apud Pollucem, αὐτο-

τεῖς, & ἴτεσι. Bimi, διτεῖς. Trimi & quadrimi, τριτεῖς & τετρατεῖς. Secunda ætas παιδῶν, puerilis, id est pueritia, concluditur anno XIIII. παῖς autē & παῖς dicitur Ionice. Sed prius de paruulis paulo copiosius differamus. Infans igitur est βρέφος, quod & de mulæ partu Herod. posuit Thalia. Et νήπιος, & νηπύτιος, & νηπίαχος. Etiam de pafferum pullis Homerus dixit, νήπια τέκνα. Et νήπια frumēta, Theophr. imbecilla & tenera. Et de pueris, ιλ. λ'.

— βίη δέ τε νηπίη αὐτῶν.

Sunt infantes & indiserti Latinis, & νήπιοι Grçcis stolidi. et νηπιάας ἐχέμεν, Ὀδυσσ. α'. stolidum esse. Et Phœnix ιλ. ι. sæpe uestem ab Achille madefactam suam ait, cum ille uinum profudisset, ἐν νηπίῃ ἀλεγεινῇ. De paruulis autem Græci hæc, βρέφος νεογνός. Plato νεογνὰς παιδίας nomē posuit, Theæteto & Politico. νεογνόν, & νεόγονον. παιδία δύο νεογνά, Ὀδύσσ. π. ἀρτιγενής, ἀρτίγονον, ἀρτίτοκον, ἀρτι ἐκ γονῆς, modò in lucem editum. πρωτόγονον, πρωτότοκον, primogenitum. νεογιλὸς, & νεογιλαῖον, quamuis usurpata ab Isæo, reijcit tamen Pollux. Ὀδυσσ. μ'. σκύλακος νεογιλῆς. Et in Suida legitur factum νεογιλόν, mutatione ν in λ, ab νεογνόν, & significare νεογέννητον. & reperitur in dialogo, qui extat inter Lucianicos, inscriptus Alcyon, compositus, ut aliqui tradidere, à Platone, aliqui à Leonte Academaico, ἔτι ἐν γάλακτι. & νόμον ἰ. ἐκ νέων παιδῶν ἐν γάλακτι ἔτι τρεφόμενοι. ὑπομαστίδιον, & ὑπομάστιον, adhuc lactens puer. ἀρτι ἐκ θηλῆς, ἀρτι ἐκ μαστοῦ, modò ablactatus. Dicitur & παιδάριον, & παιδίσκος, Xenoph. ἱ. ἱππικ. παιδίσκη autem, & παιδισκάριον, etiam ancillulā significat: ut παῖς, id est puer, seruulum. παιδονόμοι, pueritiæ curatores apud Lacedæmonios. παιδοτρίβαι, præfecti exercitijs puerilibus, et corporis curæ. Apud Lucian. Timone, παιδότερος. Et puer ætate imbecillior. ut,

Infelix puer, atq; impar congressus Achilli.

Septimo die natis imponi nomina pueris solita, scripsit Aristoteles, ratione reddita, quòd ante hunc diem plurimi moriantur, & post hunc uicturi esse uideantur. unde & παιδία ἑβδομευόμενα dicta, & ἑβδομος. Alij decimo demum die hoc peragebant. Vnde & δεκάτην ἑστιᾶσαι, id est, decimo die cœnam præbere. Præbebatur enim propinquis, re diuina ritè facta, & ita nomē puero indebatur. Vsus est figura sermonis Demosth. ad Bœotum, de dote. Idem ad eundē, περὶ ὀνόματος, ὡς ὁ πατὴρ αὐτοῦ δεκάτην ἐποίησεν ὑπὲρ ἐμοῦ, καὶ τοὔνομα τοῦτο ἔθετο αὐτῷ, patrem decimam suam celebrasse itidē ut meam, istudq; ipsi nomen imposuisse. Et Aristoph. ὄρνισι ἐς δεκάτην παιδαρίου λαβών. & mox,

ἐν ἄρτι θύω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγὼ καὶ τοὔνομ' ὥσπερ παιδίῳ νῦν δὴ θέμην.

Pueri igitur, id est παῖδες, & κοῦροι dicuntur. quo nomine de fœtu adhuc in matris utero incluso, est Homer. usus, ιλ. ζ.

— μηδ' ὅν τινα γαστέρι μήτηρ κοῦρον ἐόντα φέροι. —

Hinc κουρίζειν, puerascere & adolescere. Sic enim interpretantur. In Theogonia educare significat. De Naidibus Oceani filiabus,

— αἳ κατὰ γαῖαν ἄνδρας κουρίζουσιν ἀπόλλωνι σὺν ἄνακτι, καὶ ποταμοῖς. —

Et κουρίζουσαι, productio enim Ionica est, puellæ nubiles. & ὑποκουρίζεσθαι, blandiri. & ὑποκοριστικὰ, formæ certæ nominis apud Grammaticos, quæ latinè diminutiua uocarunt. Et κουρότερος ἀνὴρ, Hesiodo, adolescentior. Et κουροτρόφος, nutrix & altrix pueritiæ. ut Hesiodo, εἰρήνη κουροτρόφος. & Homer. de Vlyssis patria·

τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος. —

Sunt tamen iuuenes eidem Homero κοῦροι. ιλ. α.

κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.

Vnde & κουρῆτες, ueluti iuuenes ualidos putāt appellatos. ἐκ τῆς ἡλικίας παρὰ τοὺς κούρους, qui Latinis Salij, ἐκ τῆς συντόνου κινήσεως, autore Halicarnasseo. Hi sunt & Latinis pueri:

— Vestra, inquit, munera uobis
Certa manent pueri. —

τυτθὸς, paruulus. ιλ. ψ'.

ὅν τε μ' τυτθὸν ἐόντα. — &,

παιδα νέον γεγαῶτα. — Ὀδυσσ. τ'.

A filio est filia, ut à rege regina. Grecè υἱὸς καὶ θυγάτηρ, de quibus alibi. Sed παῖς utriusque generis est. Hinc παιδεύειν, quod non solum παιδοτροφεῖν, id est educare pueros: sed educationē liberalem notat, Notat & instructionē. Xenoph.

ἱππικ.

ἑλλην. ι. ἐκ μὲν τοί γε τῶν τοιούτων παθῶν, ὥς ἐγώ φημι ἀνθρώπους παιδεύεσθαι, μάλιστα μὲν οὐδ' οἰκέτας χρὴ κολάζειν ὀργῇ, instrui oportet, ut ne seruos quidem irati puniãt. Et παίδευσις, educatio. In Lucæ cap. 23. significat castigationem uerberum, παιδεύσας δὲ αὐτὸν ἀπολύσω. παιδεία, liberalis educatio. & ὀρθὴ παιδεία, uera ratio institutionis. & προπαιδεύματα, ac προπαιδεία, πολιτειῶν ζ. παίδειος, possessiua forma, νόμων ι. ut παίδειον μάθημα, disciplina puerilis. παιδιά uerò, & παιγνία, & παίγνιον, lusus ac ludicrum. & παιδαριώδης, puerilis ac stolidus. Aristoteli πολιτ. β. & παιγνιώδης. παιδαγωγεῖν, pueros educere & custodire. Vnde custodes horũ, & comites, παιδαγωγοί. Aeneid. 5.

At pater Aeneas, nondum certamine misso,
Custodem ad sese, comitemq́; impubis Iuli,
Epitidem uocat. —

Erudire uerbum significat Luciano, Timone, πάνυ γὰρ αὐτὸν ἡ δίκελλα ἐπαιδαγώγηκεν. Euripides lusit in Bacchis,

γέρων γέροντα παιδαγωγήσω δ' ἐγώ.

Secundum hoc quod dicitur, δὶς παῖδες οἱ γέροντες. & res παιδαγωγία. Plut. Sertorio, διεπαιδαγώγει dixit τὸν καιρόν, moderabatur occasionibus, seu dirigebat opportunitates. Arist. autem Equitib. ἀναπαιδεύειν, denuò instituere.. παιδικά, amores. παιδικός, pueriliter lætus. Platoni πολιτ. ι. leuc, ὅτι γέλωτα ὄφλειν, παιδικὸν γάρ τοῦτό γε, puerile enim hoc. Et Aristot. ἱστορ. ζώων ϛ. ὁ παρθένιος αὐλὸς τοῦ παιδικοῦ ὀξύτερος, quæ genera quædam fuisse tibiarum apparet παιδοκομεῖν, puerum curare. & παιδοκόμος, ut ἱπποκόμος. & παιδοτρίβης. παιδοῦσα, Callimacho prægnans. παιδομαθής, in pueritia eruditus. & παιδομαθεία. Hæc mirificã uim habet ad ingenij & animi culturam. Itaq; ὀψιμαθεῖς, quamuis docti, tamen & insolentes, & minus politi ferè semper reperiũtur. Dixere παῖδα, & simplicem, ac minus intelligentem. Lucianus βαλανείῳ, ἐν ᾧ παῖδας οὐ πρὸ αὐτοῦ ἐπέφηνεν. παιδοποιεῖν, procreare liberos, seu liberis operam dare. & παιδοποιὸς γυνή, quæ liberorum causa habetur. & παιδοποιΐα, quæ & παιδουργία. παῖδας ποιεῖσθαι. Plato Critone, τά τε ἄλλα καὶ παῖδας ἐν αὐτῇ ἐποιήσω. Sed παῖδας ποιεῖσθαι, adoptare quoq; liberos significat, ιλ. ι.

— ἀλλά σε παῖδα θεοῖς ἐπιείκελ' ἀχιλλεῦ ποιεύμην. —

παιδοφθόρος, & παιδολέτης, corruptor & interfector puerorũ. & res παιδοφθορία. παιδοφόνος, Homero ιλ. ω. filij iugulator. Sic enim Priamus Achillem uocat, qui Hectorem interemisset. ἐκ παίδων γεγονότας ἔτος δεύτερον. Plutar. qui dicit post pueritiam annis duobus indere suis Lacedæmonios ἐρρένων nomen, grandissimos autem pueros uocare μελλείρενας. Item Xenophon ἑλληνικῶν ι. ἡλικίαν ἔχων τὴν ἄρτι ἐκ παίδων. θεόπαις, diuina soboles. Et in epigrammate, θεόπαις Βαβυλῶν. μελλόπαις autem, qui iam annum decimum natus, ætate incipit procedere. ἄπαις, sine liberis. ὀλιγόπαιδες, ια. νόμων, quibus essent pauci liberi. βούπαις, puer grandior solito, aut uoracior. παιδοπολίτης, proprium nomen, itemq; παιδάριτος. αὐτίπαις, iam pubescẽs. ἄνηβοι enim sunt impuberes, & Callimacho ἀπότειχες. & ἀνηβητηρία, impuberũ ætas. In Androm. autem Eurip. ἀνηβητηρίαν ῥώμην legimus, robur repubescens, id est iuuenile. Sic et hoc accipi posse uideo, apud Theognidem, οὐ γὰρ ἀνηβᾶν δὶς πέλεται πρὸς θεῶν, non dant hoc dij, aliquis ut iterum repubescat. Sunt & ἄνηβοι Aristot. ἐκ γενετῆς, tam mares quàm fœminę, id est, semper impuberes. Monstrosa quædam deprehenduntur incrementa in pueris, quos Græci, inquit Plinius lib. 7. cap. 16. ἐκτραπέλους uocant. in Latino non habent nomen. Pusio autem est à puso, & puerum significat. παιδνὸς ἐών, ὀδυσ. φ. id est, tenera ætate. Hoc à uerbo παίζειν, quod lusus pueriles significat, deducunt.

Tertia ætas desinit in annum XXI. μειρακίων, adulescentulorum. Sed nominibus distinguitur: sunt enim in hac μελλέφηβοι, πρόσηβοι, & ἔφηβοι, id est ephebi. & ἐφηβικαὶ χλαμύδες, pallia ephebica. Itẽ ἄκρηβος, prima ætate. Apud Suidã ἀκρήβης legitur. Et pubes, ἥβη, pars corporis, quæ in adolescentibus pilis uestitur. & pubes, ἡ ἡβῶντες.

— Sequitur quos cætera pubes.

Vergilio etiam pubentes herbæ, & caules puberes, ab illa lanugine foliorũ dicti. Dixit & aliquis, pubescente uere, & adulto uere similiter, μεταφορικῶς, de progressione tẽporis. Euripides autem Al-

cestide,

cestide, νῦν δὲ θ᾽ ἥβᾳ τὸ κακὸν, adhuc iam uiget malum. & Oreste, ὅταν ἡβᾷ δῆμος εἰς ὀργὴν πεσὼν, id est, uulgus in recente perturbatione. Lacedæmonij etiam ἀφ᾽ ἥβης annos numerarunt in re militari: ut primo loco essent οἱ δέκα ἀφ᾽ ἥβης, id est, qui ante annos decem pubertatem excessissent. Proximo, οἱ πεντεκαίδεκα ἀφ᾽ ἥβης, qui ante quindecim. Mox οἱ τεσσαράκοντα, καὶ οἱ πέντε καὶ τεσσαράκοντα, & usque ad πεντήκοντα, in magno discrimine. Sed τοῖς ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη ἀφ᾽ ἥβης, id est, qui post pubertatem uixissent supra annos XL. οὐκέτ᾽ ἀνάγκην ᾖν ἑαυτῶν ἔξω στρατεύεσθαι, hi non cogebātur extra patriam ad bellum proficisci. ex Xenophontis ἑλλην. γ΄. δ΄. ϛ΄. Hac figura sermonis & Aristoteles usus est πολιτικ. η. ὅταν δ᾽ ἀφ᾽ ἥβης ἔτη τρία, πρὸς τοῖς ἄλλοις μαθήμασι γένωνται, ubi post pubertatē annis tribus, alijs disciplinis uacauerint. Et ipsa ætas ἐφηβεία, ἀπὸ τῆς ἥβης τριχώσεως, & μειρακίσκοι. Nam μείρακα fœminam quoque dixere adolescentulam. Placet autem Grammaticis, quòd sit μεῖραξ quasi εἶραξ, pleonasmo τοῦ μ, propter loquacitatē ætatis. μειρακύλλιον, qui Eupolidi βάπταις. παλλάκια adolescētulos uocauit Plato Comicus, & Lacedæmonij κυρσανίους. πρωθήβης, pubertatis primùm annos ingressus. ὀδ. θ΄.

— ἀμφὶ δὲ κοῦροι
πρωθῆβαι ἵσταντο. —

Idem, ut opinor, Maroni Aeneid. 9. primæuus. ἐν ἄνθει ὢν τῆς ὥρας, hic enim est ætatis flos. & ἐν ἦρι, in uere ætatis. Et Platoni de Rep. 5. ἀνθοῦντες ἐν ὥρᾳ. ἡβῶντες, à pubertate dicuntur. In hanc incidit Hippocrateus τράγος. ita enim pubescētem uocauit in 6. & uocis mutatio. Græci, ut Aristoteles, τραγίζειν, cum φωνὴ ὁμοία φαίνεται ταῖς παραγγελμέναις καὶ τραχείαις χορδαῖς, similis fidibus eneruatis & asperis. περὶ γενέσεως autem ε, hoc accidere dixit, ὅταν ἀνώμαλος ἡ φωνή. Nonio Marc. pubertatis uox est gallulare. Gaza caprire transtulit, alij ueteres Latinos hoc hirquitallire dixisse perhibent.

Sequitur ætas quarta νεανίσκων, id est iuuenum, quæ finitur anno XXVIII. Hæc est iuuenta. In hac sunt νεανίαι, iuuenes. ἄρτι δὲ ἐφήβων, annos modò pubertatis egressi. ut ille apud Terent. Excessit ex ephebis. Quos dixere ἀφαμίους, & προθυσιτὰς ἐφήβους, id est liberiores, & qui paulo antè fuerint ephebi. Hoc significauit refibulatione Martialis obscœnius. Atque hæc est ætas togæ puræ, quæ & libera dicta fuit. ut Ouidius 4. Trist.

Liberior fratri sumpta mihique toga est.

Est ἥβη iuuenta, & ueteribus Iuuentas etiam huius ætatis dea quædam, nupta cum Hercule, filia Iunonis, quæ nectar dijs propinat. ιλ. δ΄. & Ouid.

Nectar & ambrosiam, latices epulasque deorum,
Det mihi formosa gnaua Iuuenta manu.

Veteres enim ἥβης nomen de hilaritate conuiuiorum dixisse perhibentur. & ἐφηβεῖον, uas uinarium, quod & ἀρύταιναν uocarunt. ἡβυλλιῶσαι in Ranis, iuuēculæ, ut uidetur, petulantiores. ἡβηδὸν aduerbium, totam iuuentutem notat. ut cum dicitur, omnes ἡβηδὸν cæsos esse. Hesiodus etiam de brutis usurpauit. & uitis ἡμερὶς ἡβώωσα, ὀδυσ. ι. ἡβητήριον, & ἡβητοὶ, puberes. & γυμνητήρια, ubi puberes erudirentur. ἡβητήρια autem Athenæus lib. 10. uocata dicit τὰ συμπόσια. Sed & Herodoto sunt γυμνητήρια, διατριβαὶ, loca amœna, & apta fruendis uoluptatibus. Plutarchus autem Pompeio, semel atque iterum posuit ἡβητηρίων nomen, quasi in significatione uillarū, quæ tamen illi sunt alibi ἐπαύλεις. Fuit & ἐφηβικὸν, ut βουλευτικὸν, pars theatri, indicante Polluce lib. 4. Item ἄρτι ἡβάσκοντες, & ἀφ᾽ ἥβης γεγονότες, eiusdem significationis. παρηβηκὼς, cum quasi flos adolescētiæ decidit. Item post pubertatem, παρηβηκὼς, ἄφηβος, ἀφηβηκώς. De his & hæc dicuntur, ἀγένειος, imberbis. λειογένειος, in prima lanugine. & idē ἀρχιγένειος, qui est λεῖαξ Hesychio. Herodotus ἄνδρας λειογενείους, leues dixit, τρίψιχ. & ἴουλον νέον ὑπανθῶν. & περὶ τὰ ὦτα καθιέντα τὸν ἴουλον ἔχων. quale est hoc Maronis lib. 8.

Tum mihi prima genas uestibat flore iuuenta.

Item τὸν ἴουλον ἔχον περὶ τὴν ὑπήνην ἀνθοῦντα. Hunc Homerus uocat ὑπηνήτην, ὀδυσ. κ΄.

— νεηνίῃ ἀνδρὶ ἐοικὼς
πρῶτον ὑπηνήτῃ τοῦ περ χαριεστάτη ἥβη.

Significat enim certè ἥβη Poetæ uigorem ætatis. ut ιλ. π΄.

— λιποῦσ᾽ ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην.

Atque talis nimirum est primæuus Helenor, in 9. Aeneid, νέαξ, nimis comicū, ut

putat Pollux. Ipse cœtus iuuenum, νέοι. & νεολαία, iuuẽtus. & θῆλυς νεολαία, apud Theocritum in Menelai epithalamio, cœtus uirginum. Verba sunt, ἡβᾶν & ἡβάσκειν, adolescentem esse, & adolescere. Item εἰς μειρακίων ἡλικίαν ἐξαλλάττειν. νεάζειν, & νεανιεύεσθαι, iuueniliter exultare. et νεανείαν exultationẽ interpretantur. Hippocrati autem est ἐννεάσαι, agere iuuenem: μεγέθη σώματος ἐννεάσαι ἐλευθέριον, liberalis res est, proceritas corporum in iuuenibus. μειρακιεύεσθαι, similis significationis, quod Varroni est adolescentiari. Ex Laberio autem refertur hic uersus,

Incipio adolescenturire, & nescio quid nugarum facere.

& μειρακιώδης, iuuenilis & incogitans. νεαροί, iuuenes & audaces, atque incogitantes. & παιδῶν νεαρώτεροι, prouerbialis figura apud Suidam, pueris stolidiores. Aristot. νικομαχείων α΄. nihil referre ait, siue quis sit νέος τὴν ἡλικίαν, seu νεαρὸς τὸ ἦθος. & ιλ. β. παῖδες νεαροί. Isocrat. Panath. ἀλλ᾽ ἐμὲ μὲν ἐπῄνεσαν, ὡς διειλεγμένον τι νεαρώτερον ἢ προσεδόκησαν. Luciano Ζεύξιδι, nouitatẽ significat, οὐδ᾽ ἐν ἄν τις εἴποι τῶν ἐπινοίας νεαρώτερον. νεανικόν, iuuenile, elatũ, petulans, seu incogitans. Lucian. συμποσίῳ· νεανικώτερα ἡμᾶς ὦ Φίλων ἀξιοῖς ἐκφέρειν ταῦτα πρὸς τοὺς πολλούς. & νεανικὴ φύσις, Platoni, acre & elatum ingeniũ. Et Aristot. φυσιογνωμικοῖς de Leone, εἶδος νεανικόν, & βάσιν νεανικήν. & δημοκρατίαν νεανικωτάτην, πολιτ. δ΄. dixit. νεώτερον, quod nouas res Latini dixere. Herodot. Δελφοῖς, νεώτερα ἔπρησσε πρήγματα, nouas res moliebatur. & νεωτεροποιός, turbulentus, rerum nouarum studiosus. νεωτεροποιεῖν, commouere, nouare. ut cum Hippocrates uetat νεωτεροποιεῖν τὰ ἐκκειμένα. & νεωτερίζειν, res nouas moliri. Thucydides cum adiũcto posuit in primo, νεωτερίσαι βουλόμενοι τὴν πολιτείαν, innouare administrationem Reipublicæ.

Quinta ætas peruenit usque ad annum XXXV. quæ est ἀνδρῶν, uirilis, firma, constans. Hac dicũtur à Græcis ἐντελεῖς τὴν ἡλικίαν. & ἔνακμοι, & ἐν ἀκμῇ ὄντες, & ἀκμάζοντες. & Hippocrati, οἱ καθεστηκότες. & Thucydidi, οἱ ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ, firmi ætate, & uigentes. & nunc, ἐν τῷ μεσοῦντι τῶν ἡλικιῶν, in medio ætatũ: nunc, ἐν τῇ κορυφῇ τῶν καθ᾽ ἡλικίαν ἀναβάσεων, in summo quodã gradu ætatis. Post hanc enim uires decrescunt. Dicuntur & μεσήλικοι fortasse. Item γενειῶν, barbatus. γενειάσκων, propè barbatus. πώγωνος ὑποπιμπλάμενος. & ut Cratinus, πωγωνίας, barba cõspicuus. Annotauit & hoc Pollux, προφερῆ dici ætate minus grandem, sed qui sit senili facie. Cõtrà σκληρόν, ætate grandiorem, retinentem uultum iuuenilem. De uirili ætate & hæc, ὁ τὴν μάχιμον ἡλικίαν ἔχων, bellator. & τὴν ἐκ καταλόγου. nam καταλέγονται milites, id est nomina dant. ἀκμάζων & σφριγῶν, firmus & ualidus. Aristoph. εὐσωματεῖ γὰρ καὶ σφριγᾷ, Nebulis. τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν ἔχων. Iidẽ sunt & οἱ ἐν ἡλικίᾳ. nam communi nomine κατ᾽ ἐξοχὴν de hac ætate sunt usi. ut κατὰ Νεαίρας, νεωτέρα δὲ οὖσα διὰ τὸ μήπω τὴν ἡλικίαν αὐτῇ παρεῖναι. Et Lucianus ἐρωτικοῖς, ὁ δὲ εἰς ἡλικίαν ἀφικόμενος ἐξήλασε τῆς ἀρχῆς.

Sexta ætas γερόντων (ἀπὸ τοῦ γέρας deducto nomine. unde & uerbũ γεραίρειν, honore afficere: γερόντων enim ætas est honore dignissima) quæ haberet terminum anni XLII. senium. Verbum senesco, γηράσκω. ut in Solonis uersu,

γηράσκω δ᾽ αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

reprehenso à Platone, ζ. πολιτειῶν. Qui fortasse μεσήλικοι, quod dubitãter suprà & de uirili ætate positum est. secundum illud uetus dictum,

ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

Significantur enim huius ætatis senes, quæ certè consilio præstat. & γέροντες in illo uersu decrepiti sunt, ac capulares, quorum ætatem uoluerunt esse πρεσβυτῶν. Hanc autem distributionẽ non esse Hippocrateam, cùm alia arguunt, tum manifestè ostendunt ea quę Galenus in explicatione Aphorismorũ contra quorundam opinionem differit, qui quasi Hippocratei, τοὺς πρεσβύτας τῶν γερόντων διορίζειν, id est, inter hęc uocabula discrimen quoddam facere solerent tale, ut intelligi uellent τοὺς γέροντας eos, qui extremam ad senectutẽ peruenissent: πρεσβύτας autem adhuc uiridiores, & medios intra ultimam & iuuenilẽ ætatem. Sed hæc refellit Galenus, quòd manifestum sit, Hippocratẽ etiam πρεσβύτας uocasse eos, qui extremam ætatẽ attigissent. Ex eo fortasse iam aliquis hanc differẽtiam collegit, quæ in Polluce exponitur. Est

autem Galeni locus in tertio lib. Nunc igitur ſenectæ uocabula commemoremus, quæ & ſenectus, γῆρας. quo nomine, ut ait Ariſtot. περὶ γενέσεως ζώων ε. indicatur γεηρόν τι, id eſt, terrenũ quiddam, propter penuriã calidi & humidi. Hoc uocabulo & ſerpentum exuuias appellarunt, quæ & λεβηρίδες. Hoc tamen nomen, ut iuuentus, cœtum quoq; ſenum ſignificat. Senectam etiam ætatem ἀπολεπτικῶς Comici dixere. Quæ igitur ſtatim firmam & cõſtantem ætatem excipit, ea eſt τῶν μέσων, & ſunt hi μεσαιπόλιες. & περιπόλιος τὴν κόμην, & ὑποπόλιος, & μεσαιπόλιος, Homero ιλ. ν'. quem μιξοπόλιον interpretantur, caneſcẽtes omnes. φύονται δὲ καὶ νέοις ἐν ἀνδράσι πολιαὶ θαμὰ, καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας ἐοικότα χρόνον, ut ait Pindarus. πολιὸς autẽ eſt canus. πολιότης, canicies. & προπόλιος Horatio Ep. 1. pręcanus: canuiſſe enim ſe ait natum ann. XLIIII. πολιὸν εἶν, & πολιοῦσθαι, canêre, ac caneſcere. & ἔαρ πολιὸν, uer canum, Heſiodo. Canæ pruinæ, Horatio. Montes cani, Vergilio. Et Homerus uocat ἅλα πολιὰν. Et Maro, fluctum canum, lib. 8. Heſiodus etiam ἀδάμαντα πολιὸν. In Timæo eſt, πολιὸν μάθημα, diſciplina ſenilis. In Veſpis autẽ Ariſtophani ſunt κύκνου πολιώτεραι τρίχες. Et Theocr. Cyclope, πολιὸν λύκον dixit. Cicero orationem caneſcere dixit in Bruto. πολιοκρόταφοι γέροντες, Homero, quòd tempora primùm canis obducantur, uel quòd ea parte cani in primis conſpicui ſint. Secundum enim Theocritum, ἐκ κροτάφων πελόμεσθα πάντες γηραλέοι, εἰδυλ. ιδ'. πρόγηρως, maturè ſenex. γηραιὸς & γεραιός. ιλ. ι. φοῖνιξ ἄπτα γεραιὲ. & γηρὰς, ιλ. ρ'. unde Heſiodeum, γηράντεσσι τοκεῦσι. & γηροκόμος, eidem, qui ſenem curet. Item γηροβοσκὸς, nutritor ſenum. Et Pindaro, ἐλπὶς ἀγαθὰ γηροτρόφος, ſpes altrix ſenectæ. Et γηροτροφησόντων, de uerbo factum, in Epitaphio Plato. γηράματα floccos uocant uaneſcentium florum, id eſt πάππους. Aratus dixit,

— πάππον λευκῆς γηρείον ἀκάνθης.

Trãsfertur & ſenecta ad actiones et res: ut ſeneſcit pugna, Liuio: eloquentia, & uites, Ciceroni. & γηράσκει χαλκός. Item ad tempora ſeneſcentis Lunæ, ſeneſcente autũno, &c. ἐγκαταγεγηρακυῖαν autem πονηρίαν, id eſt, inueteratam prauitatem, dixit Dinarchus κατ' ἀριστογείτ. Plutar. autem ait feciſſe Catonem ſibi κάλλιστον ἐγγήραμα τὴν πολιτείαν. Et Hippocrat. Aphoriſm. ἐγγηρᾶσαι, de ſenectutis progreſſu. Venus autem eſt ἀμβολογήρα, in Laconicis Pauſan. Et ιλ. ω.

— ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ.

in extrema ſenecta. ἐσχατογήρως, βαθυγήρως, eadẽ. Et δυσγήρα, ac ταχύγηρα, quæ ſuo tempore, & ante ſuum tẽpus ſeneſcunt, Hippocrati. Et Ariſtot. Rhetor. 1. εὐγηρία, ſenecta ſera abſq; moleſtia, & εὐγήρως. γερουσία, ſenatus, cõcilium Spartæ ſenum XXVIII. γερούσιον οἶνον, dixit Homerus ὀδυσ. ν'. uinum ſenectutis honorarium. & γερούσιον ὅρκον, ιλ. χ'. γεροντικὸς, ſenilis. γεροντικαῖος, idem. & γερόντειος, & τριγέρων Neſtor in epigrammate. δημογέροντες ιλ. γ'. Senecio, γερόντιον. χρῶτα γέροντα, ἀπολεπτικῶς poſuit Eurip. Hecuba. Et Theocrito Thalyſijs eſt, γέρων πέπλος. Sicut ſenex memoria, pro Seſtio legitur, ſed mendoſè, ut eruditioribus uidetur. Et ſanè manifeſtum eſt, mẽdo illum locum non carere. Veneti ſic correxerunt, Et bene de Rep. meritorũ memoria. γεροντογωγεῖν, alludens ad uerbũ παιδαγωγεῖν, dixit Ariſt. Equitib. Dicuntur & γεραίτεροι, ſeniores. Maturus æui Virgilio Aceſtes, id eſt, ætate prouectus. προβεβηκὼς τῇ ἡλικίᾳ. Platonicũ eſt, γεροντοδιδάσκαλος, in Euthydemo. ἀγήρως, & ἀγήραος, & ἀγήρατος, ſemper uigẽs. Herodotus τὸν γέροντα προήκοντα dixit, Thalia. Atq; hi iam ſunt ἐκ τῶν ἀκμάχου & ἀμάχου. Itemq; ἄπολεμοι, & ἀστρατεύτου ἡλικίας, id eſt, ætatis imbecillis. & ὑπὲρ τὸν κατάλογον, emeriti: nempe ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότες, id eſt, maiores annis LX. ἀπὸ τῶν πρεσβυτῶν, ſunt θεοὶ πρεσβυτικοὶ, in Pluto Ariſtophan. & πρεσβύτεροι, ſeniores. πρεσβεῖα, honoraria ſenũ præmia. πρεσβεῖον, ætatis prærogatiua. & πρεσβύτερον, antiquius, id eſt potius. τὸ ψηφισθέν· τὰ γὰρ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιοῦντο, ἢ τὰ τῶν ἀνθρώπων. πρεσβύτατον, antiquiſsimũ, Thucydidi. Et κόδρου πρεσβύτερος, prouerbium, fortè non tantum uetuſtiorem, ſed potiorem etiam Codro ſignificet. Verbum autem πρεσβεύειν, Atticis moderari, ſeu regere. Sophocl. Aiace,

τοί γὰρ σφ' ὀλύμπου τοῦδ' ὁ πρεσβεύων πατὴρ,

Olympi imperium tenens pater. & τὸ τιμᾶν.

τιμᾶν. Euripides Hippolyto,

τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ πρεσβεύω κράτη.

Eos, inquit Venus, qui meum potēs numen colunt & uenerantur, honore afficio. Sophoc. Trachin.

καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσῃς πλέον.

Vetat Hercules, maiore in honore matrem ponere, quàm se. Xenophon in septimo Historiæ Græcorũ, πρεσβεύειν posuisse ita uidetur, ut significet, in honore & precio esse. ἐκ δὲ τούτου, βουλόμενος ὁ Δίφρων, ὥσπερ παρὰ τοῖς λακεδαιμονίοις ἦν μέγιστος τῶν πολιτῶν, οὕτω καὶ παρὰ τοῖς φιαντίοις αὐτὸν πρεσβεύειν. In Polymnia uerò natu esse maximum sonat, τῶν μὲν δὴ πρότερον ἐπρέσβευε ἀρτοβαζάνης. Sed πρεσβεύεσθαι significat legationem. Legati autem sunt πρέσβεις. & intelligentes, & uenerabiles in senecta. & παραπρεσβεύσασθαι, fallere in legatione. Vnde παραπρεσβείας δίκη, falsæ legationis actio. πρέσβα, ueneranda, aut prisca. πρέσβα Διὸς θυγάτηρ ἄτη, ιλ. τ'. Idem & πρέσβειρα notat. πρεσβυγενής, natu grādis. & ætas πρεσβυγένεια. πρέσβις autem legatum significat: cuius plurale πρέσβεις, quod paulo antè retulimus. & exponitur in scholijs ιλ. δ'. prouerbium, πρέσβις οὐ τύπτεται, οὐδ' ὑβρίζεται. iure enim gentium inuiolabiles sunt legati. πρεσβεία, legatio. Sed & πρέσβις, ætatis honorē notat. ut νόμων θ'. κατὰ πρέσβιν ἱζέσθω. Sed illa ætatum discrimina, quę exposuimus, septena, ab usu cōmuni sermonis utriusque linguæ, tam Græcæ quàm Latinæ, abhorrent. Nam Græci iuuentæ attribuêre plerique annum XXXV. quæ secundum illam distinctionē ætas est uirilis. Et Galenus μειρακίων ætatem post ἡβῶντας nominat. In Axiocho, κατὰ πρώτην γένεσιν, id est, cum primùm nati simus, τὸ νήπιον nominatur. Postea ἐπιστασία magistris, gymnastis, Grammaticis, Geometris, moderatoribus subijcitur. Deinde ἐπειδὰν εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῶνται, in gymnasia deducūtur. Sequentem τὸ μειρακίσκον πάντα χρόνον, sub castigatorib. esse dicitur, & delegatis ab Areopagitis ad curam iuuentutis. Hinc curas, & solicitudines, & labores excipere firmiores, dum surrepat senecta. Pythagoras, ut Laertius Diogenes retulit, uitam humanā per annos uicenos sic distinxit, παῖς ut esset ad annos uiginti, νεηνίσκος ad annum XL. νεηνίης ad annũ LX. senex ad annum LXXX. Anni autem temporibus, id quod & Astrologi fecere, singulis singulas ætates cōparauit: puerilem uerno, adolescentiam æstiuo, iuuenilem autumnali, senilē hyberno. Vocat autē νεηνίσκον, quem dixere μειράκιον: & νεηνίην, quem ἄνδρα. Latini homines ferè tria discrimina fecere, pueritiam ut uocarēt, & iuuenes, atque adolescentes, & senes. Atque hæc primus Seruius Tullius ita obseruasse traditur, qui existimaret pueros esse, qui minores essent annis XVII. Atque inde ab anno XVII, quos idoneos iam esse Reip. arbitraretur, milites scripsisse, eosque ad annum XLVI iuniores, supra eum annũ seniores appellasse. Annotauit hoc Gellius ex Tuberonis historia, lib. 10. cap. 28. Sed teneriores adolescentes, dixere adolescētulos: & firmiores senes, seniores. Cicero tamē adolescentem statim puero subiũgit, ita scribens Attico: Alexim humanifs. puerũ, nisi fortè, dum ego absum, adolescens factus est, id enim agere uidebatur, saluere iubeas uelim. lib. 7. Idem in Catone & in duas ætates diuisit uitam, his uerbis: Temeritas est uidelicet florentis ætatis, prudentia senectutis. Et in quatuor ibidem, cum ait: Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis, sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debet. Nam Xenophon libro παιδείας α'. Persica ætatum discrimina hæc recenset, παίδων, ἐφήβων, ἀνδρῶν τελείων, τῶν ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγονότων. Tradidere Græci & hęc, βρέφος ab ortu usque ad annum quartũ. παιδίον, quòd nutricem adhuc habeat, à qua curetur. παιδάριον, quòd iam obambulet, & fari incipiat. Postea mox παιδίσκος. παῖς, qui iam liberalibus disciplinis, & artibus ingenuis erudiatur. Post hos nominari πάλληκα, & βούπαιδα, & ἀντίπαιδα, & μελλέφηβον. mox ἐφήβους, qui Cyrenęorum lingua essent τριάκαπτι, Cretensium ἀπόδρομοι. Deinde μειράκιον. Postea nominatᵃ μεῖραξ, & νεανίσκος, & νεανίας. Hos Lacedæmonios perhibent uocasse ἱππεῖς, & ipsorum pręfectos ἱππαγρέτας. Hos iam excipit ætas maritalis: ita πατὴρ nominatur, & ἀνὴρ νέος. mox ἀνὴρ μέσος,

μέσος, deinceps προβεβηκὼς τῇ ἡλικίᾳ. ὑπόπολιος, qui & ὠμογέρων. Postremò γέρων, atque πρεσβύτης, & ἐσχατογήρως. Notat & ὥρα Grecis uigorem, & floriditatē quandam ætatis. Vnde in Pluto, πεινῶν γὰρ ὡραίως. & ἄωρος, ac πάρωρος, immatura, ac exacta ætate. Qui autem sint Scyllæ πόδες ἄωροι, utrum infesti, an sęui, an priores, nondum constat. Adducitur tamen ab interprete uersus Menandri, in quo ἀώρους ille πόδας dixerit priores. Et ἔξωρα πράσσω, Electra. & ἐξώρων καὶ καρτερῶν, Cōuiuio Luciani. Itemq; ἄωρον dixere, & ὥριμον, maturum & immaturum, non de fructibus tantummodo, sed animantibus quoq;. Apud Homerum Ὀδυσσ. λ'. ἐννεώρους interpretantur, natos annos nouem. ἀωρόλειον interpretatur Suidas, qui caluus sit ante tēpus. Hesiodo est ὡραῖος, ætate firma præditus, quem iubet uxorē ducere. Et Theognidi, ἄροτος ὡραῖος, tempestiua, id est, non serotina aratio. ὥριος autē Hesiodo ὄμβρος, opportunus imber. Sed hæc nihil ad ætatem, ut neq; ὥρα, pars diei. Vnde Cicero Attico scribens lib. 2. dixit, αὐθωρεὶ, eadem hora. Sed βίος ὡραῖος, Eurip. Phœniss. maturus ad mortem. Censorius ex Varrone ita diuisit ætates, pueri usq; ad annū X V, quòd sint puri, & impuberes. Adolescētes ad annū X X X, ab adolescendo, id est crescendo. Iuuenes ad annum X L V, quòd Remp. in re militari possint iuuare. Seniores ad sexagesimum, quòd tum primùm senescere corpus incipiat. Senes autem in quinto gradu ætatis, usq; ad finem uitæ: quod tēpus annis, ut alia, definiri non potest. Galenus in fine lib. 5. de tuenda ualetudine, recēset tres differentias senum: Primam eorum qui adhuc ad Remp. gerendam idonei sint, quos ὠμογέροντας dici ait, qualis esse Charo dicitur in 6.

Iam senior, sed cruda deo uiridisq; senectus.

Et de Vlysse, Ιλ. ψ'.

ὠμογέροντα δέ μιν φασ' ἔμμεναι. —

Secundam differentiā senum, qui γέροντες iam propriè dicantur, exponit Galenus; eorum quibus iam debeatur quies, & delicatior uita, iuxta Laertem Homericum, ad quem ita filius Ὀδυσσ. ω.

τοιούτῳ δὲ ἔοικας· ἐπεὶ λούσαιτο φάγοι τε
εὑδέμεναι μαλακῶς· ἣ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων.

Isq; uideris, qui lotus, dapibusq; refectus,
Molle cubile premas: namq; hæc est uita senilis.

Tertiam fecit eorū qui appellantur τέμπελοι, παρὰ τὸ ἐκπέμπεσθαι τὴν εἰς ᾅδην διὰ θανάτου πομπήν, quorum iam quasi pompa funeris ducenda sit orco. Hesiodus tamen ὠμὸν γῆρας, immaturam uocauit senectutem, de fœmina sic dicens,

εὕδει ἄτερ δαλοῦ καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν.

Suidas quoq; ὠμογέροντα interpretatur παρὰ ἡλικίαν γηράσαντα, qui senuerit ante tempus, necdum tamen canus sit. Seruius in 5. Aeneid. hoc uersu,

Euryalus forma insignis, uiridiq; iuuenta,

sic ait: Aetates omnes Varro sic diuidit: Infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, senectam. Hæ tamen etiam, sicut de temporibus suprà diximus, singulæ trifariam diuiduntur, ut sit uiridis, adulta, & præceps. Vitam autem hominum, id est βίον, βιοτὴν, ζωὴν, Solon ut Herodotus scripsit, septuaginta annis inclusit. Epigramma tamē octoginta memorat. Nam cum Mimnermus, nobilis elegiographus, in quodam uersu optasset finem uitę, qui daretur sexagenario, monuisse eum ferunt Solonem, ut mutaret uotum, & optaret octogenario, ut mortem oppetere liceret. Commemoratur hoc à Diogene Laertio. Fuere qui spacium uitæ lōgissimæ facerent annorum centum & octo, cuius numeri dimidius L I I I I cōficeretur de uno, & primis planis, 2 ac 3. & primis tetragonis, id est quadratis, 4 ac 9. & primis cubis, 8 & 27. Staseas autem duodecies denos annos longissimæ uitæ tribuit, qui sunt 120. quos expleuit Aganthonius rex Tartesiorū, ut scribitur ἑλλανεῖ. Quē astrologi etiam docent attingi terminum posse ab hominibus, sed paucis: plures uerò triplicatum spacium Saturnini motus, qui est alter denarius ἐννεαμακάδες, id est, annos nonaginta assequi, quod & Seruius lib. 4. Aeneid annotauit. Et quia in hanc mentionem incidimus, persequamur expositione nostra & Ptolemæi diuisionē, qui ætates ad quinque stellas errantes, & lumina applicauit, hoc modo: Infantiæ ætatem gubernat Luna, qua est corpusculum humidum & incompactum. Hoc tempus sequens decenniū assumit Mercurius: & in animo, rationis ac cogitationum

tionum uires suscitat, & semina disciplinarum ac doctrinæ inspergit, atq; indolem formare & fingere incipit. At Venus hos sequentes annos octo sibi uendicat, atq; hoc suo tempore uoluntates ad libidinẽ deflectit, & cupiditates commouet, & ad sua quędam ueluti sacra coeda animos instigat atq; exagitat. Tum deinde medij orbis dominus Sol, annis decem & nouem uitã gubernat, & constantes ac graues sententias gignit, & à ludo & leuitate abducit homines. Post quem Mars annis quindecim, curas & sollicitudines & anxietates ingenerat, atq; sensum inserit decrescentis iam ætatis, & studiũ laborũ, in proposito prius aliquid dignum memoria perficiendi, quam finis uitę adueniat. Iupiter autem suos annos duodecim ad consiliorũ ueritatem, & actionum decus conuertit: atq; hi anni consummati, numero sunt octo & sexaginta. Post hoc tẽpus, quicquid reliquum est, in perpetua deficientia, & ueluti cõgelatione, id Saturni est, iners, morosum, querulũ, ac molestum. Ita ferè Ptolemæus libro Iudiciorũ quarto: quæ neq; alienæ, neq; iniucundæ cuiusdam διατριβῆς uisa sunt. Sed nunc ad reliqua ueniamus. Vitam, id est βίον, etiam ætatem dixere. Plaut. Amphitr.

Nam in hominũ ætate multa eueniunt huiusmodi:
Capiunt uoluptates, mox rursum miserias.

Aetas autẽ, quæ Græcis est γενεὰ, ut cum dicimus, tres hominũ ætates uixisse Nestorem, complectitur annos circiter triginta, ut significat manifestè Herodot. Εὐτέρπῃ, ubi dicit, tres ætates habere annos centũ, τρεῖς γενεαὶ ἀνδρῶν ἑκατὸν ἔτεά ἐστι. Plutarchus etiã in libello περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, rationem affert, cur γενεὰ triginta annos habere dicatur, ὅτι ἐν τούτῳ χρόνῳ γεννῶντα παρέχει τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον ὁ γεννήσας, quòd iam pater esse possit, qui triginta annos natus sit. Ouidius est ausus facere ætatem annorũ centum, & alibi, & de ludis secularibus, de quibus hunc fecit uersum, Trist. 2.

—*Quos ætas aspicit una semel.*

Sed hos Græci αἰωνίους uocarunt. ut Herodianus lib. 3. αἰωνίους δὲ αὐτοὺς ἐκάλουν, οἱ τότε ἀκούοντες, τριῶν γενεῶν διαδραμουσῶν ἐπιτελεῖσθαι: Seculares illi uocabant, qui decursis ætatib. tribus celebrarentur. Itaq; horum præconium fuit, Quos neq; uidissent, neq; uisuri essent. αἰώνιος autem παρὰ τοῦ αἰῶνος, id est seculo, quod uolunt esse spaciũ uitæ humanæ longissimum, partu & morte definitum. Seculum quidem, & statum temporis, atq; habitum notat: ut seculi mores & errores cum dicuntur. Et Maro,

Aspera tum positis mitescent secula bellis.

αἰῶνα tamen, & æuum, æternitatẽ quandam significare uoluere, παρὰ τὸ ἀεὶ εἶν, αἰὼν ἤγουν ἀεὶ ὤν, ut Aristot. docuit primo libro de Cœlo. Sed utrunq; uocabulum tempus notat, atque adeò uitæ tempus. Herod. Καλλιόπῃ, τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα, finire uitam. Et ιλ. ω.

ἆνερ ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο. —

In iuuentę uita ac tempore queritur Andromacha interijsse Hectorem. Et Aeneid. 3.

Tantum æui longinqua potest mutare uetustas.

Et Ouid.

Candor in hoc æuo res intermortua penè. &,
Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit. —

Et Chorus precatur in Philocteta, somnus ut adueniat εὐαίων, id est, fœlix tempus afferens. Empedocli apud Arist. 2. μετὰ τὰ φυσικὰ, sunt θεοὶ δολιχαίωνες, longæui. ut longæuum de Aenea interpretantur, Aeneid. 6. Aequæuus autem est ὁμῆλιξ, seu ἰσῆλιξ. In Oedipo autem Tyranno dicitur,

οὔτοι βίου μοί τις μακραίωνος πόθος,
Vitam haud quidem longæuam ego desidero.

Dixere & αἰῶνα, spinæ medullam, atque ita hoc aliqui interpretantur ιλ. π'. ἐκ δ' αἰὼν πέφαται. Sed à seculo secularis, & ludi seculares, annorũ centenorũ: quamuis Horatius per centũ & decem, id est, decies undenos annos redire cecinerit. Ab æuo deducũt æternum & sempiternum. Sed ætas, id est γενεὰ, uidetur significare uitæ incrementum & progressionem, & temporum quamcunq; distinctionem. ut Virg. Georg. 3.

At tribus exactis, ubi quarta accesserit ætas. &,
Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas.

Plutarchus illo in libello, quẽ paulo antè diximus, & γενεὰν annum significare, docere uult: ita ut numerum uocamus, unum, cum sit hæc numeri radix, & hoc initium. Atq; solemus ea quæ metimur, appel-

appellare mensurarum uocabulis, ut heminam, modium, amphoram. Sic etiam annum, quo potiss. metiri consueuimus uitam, dicimus γενεὰν, quã intelligimus quendam numerum, & quasi collectionem annorum, & spacium certum uitæ humanæ. Nec defuere, qui facerent τὴν γενεὰν, annorũ septenûm, quasi ἡλικίαν. & ante secundã γενεὰν, id est, ante annos XIIII, dicerent medicos sanguinẽ mitti prohibere, id est, πρὸ τῆς δευτέρας ἡλικίας. Xenoph. primo lib. παιδείας, γενεᾶς, id est γενέσεως, dixit· μέχρι μὲν δὴ ἓξ ἢ ἑπτακαίδεκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς. ἀΐδιον autem Latini perpetuum dixere. Sed iam ad alia pergamus, ac referamus etiã uetustatis uocabula. Est igitur πολυετὴς, annosus. & βίος μυριετὴς ἢ χιλιετὴς, decies mille, aut mille annorum, apud Arist. β'. περὶ ζώων γενέσεως. μακρόβιος, μακροβίοτος, μακροχρόνιος, longæuus. Figurata sunt, ἐπὶ γήραος οὐδῷ, de quo suprà. & Empedocleum, ἐπὶ δυσμαῖς βίου, uergente ad obitum uita. Latina sunt, effœtus & capularis senex, & Acheronticus: & in ioco comico, silicernium. Atq; hi quoq; sunt ἔξωροι, quorũ exacta ætas est, & uetuli, ut & anus uetulæ dictæ fuere. παλαιοὶ, antiqui: qui & παλαιγενεῖς apud poetas. & uerbum παλαιοῦσθαι, ueterascere. Plato συμποσ. τὸ ἀπιὸν καὶ παλαιούμενον, quod abit, & ueterascit, seu antiquatur. De senibus autem huiusmodi quædam solent dici, ὑποφέρεσθαι τὴν γλῶτταν, συγκεχύσθαι τὸ φθέγμα εἰς ἀσάφειαν, παράφορον εἶναι τὴν φωνὴν, confusa esse uerba, & minus disertã orationem. λελύσθαι τὰς χεῖρας, ἀκρατεῖς εἶναι διὰ γῆρας, ὑποτρέμειν τὼ πόδε, ὑπολισθαίνειν, εἶναι παραφόρους, οὐ σκοίμους, οὐκ εὐσταθεῖς, ἀπαγεῖς, σφαλερούς, ἀβεβαίους, id est tremulos, titubãtes, debiles. Addit Pollux Comicorũ iocos, κρόνος, κρονόληρος, κρονικὸς, πρεσβύτερος κρόνου. Et Aristophanicum est, βεκκεσέληνε. Dicitur & νωδογέρων, edentulus senex. τυμβογέρων, qui & σέμπελος, quasi destinatus orco, capularis. μακκοᾶν, mucidus. παραβοᾶν, παρανοεῖν, παραγεγηρακὼς, παραφρονεῖν, ἐξεστηκὼς ὑπὸ γήρως, παρακεκινημένος ὑφ' ἡλικίας, παραλλάττων. Itẽ παραπλὴξ, & τῇ διανοίᾳ παρηλλαγμένος, id est delirans, & loquens deliria, ætate desipiens, non cõpos mentis. ὑπὲρ τὰς ἐλάφους βεβιωκὼς, ἢ τὰς κορώνας, ἢ ταῖς νύμφαις ἰσῆλιξ, ceruorum ac cornicum uincens secula, & nympharum æqualis. ἰαπετοῦ πρεσβύτερος. Lucianus comicè depingit ὑπεργήρων quendam ita: ὀδόντας τρεῖς ἔτι λοιποὺς ἔχοντα, μόγις ὁρῶντα οἰκέταις τέτταρσιν ἐπικεκυφότα, κορύζης μὲν τὴν ῥῖνα, λήμης δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μεστὸν ὄντα, οὐδὲν ἔτι ἡδὺ εἰδότα, ἔμψυχόν τινα τάφον, ὑπὸ τῶν νέων καταγελώμενον. in dialogo Terpsionis & Ditis. Latina sunt, silicerniũ, quod retulimus. & Terentiana hæc,

Incuruus, tremens, labijs demißis, gemens.

Et in Hecyra:

Iam nos fabulæ sumus, senex atq; anus.

Et Plautin. Mercat.

Senex, uietus, decrepitus. &,

Senex quom extemplò est, iam nec sentit nec sapit,
Aiunt solere eundem repuerascere. &,

— Aetatis plenus, anima fœtida,
Senex hircosus.

Et si quis plura requirit, hæc apud Martialem lib. 10.

Pyrrhæ filia, Nestoris nouerca,
Quam uidit Niobe puella canam,
Laertes auiam senex uocauit,
Nutricem Priamus, socrum Thyestes.
Iam cornicibus omnibus superstes,
Hoc tandem sita prurit in sepulchro,
Caluo Plotia cum Melanthione.

Sed satis horum, uel potius nimium: nemo enim, nisi stultissimus, ei facit ætati conuicia, quã & ipse cupit degere. Sunt & ἀρχαῖοι, ueteres. & ἀρχαῖον, friuolũ atq; exoletum. Et uerbum ἀρχαιολογεῖν. Thucyd. ζ'. οὐ πρὸς τὸ δοκεῖν τινι ἀρχαιολογεῖν, uetera quædam declamitando ingerere.

Sequuntur in Polluce muliebres appellationes, in quibus communia sunt uirilium, ea quæ memorãtur usq; ad παιδάριον, quod & ipsum uocabulum de utroq; sexu ponitur. Postea sunt hæc, παιδίσκη, κόριον, κόρη, κορίσκιον, puella, uirguncula. nam κοράσιον & κορίδιον ait esse protrita. Possessiuum κορικόν, & κορικόν, uirginale, etsi minus probatum, inquit Pollux. Idẽ Phrynichi refert appellationem uirginũ, ἀμφηλίκων. Pherecratem autem anũ ἀφηλικεστέραν dixisse, & Cratinum senem ἀφήλικα. Addit hęc, παρθένος ὡραία γάμου, nubilis. Aristophanem autem de grandioribus usum uerbo κυπελίζειν, quo maturitatem ætatis significare uellet: ut intelligeretur has iam esse, ut ita dicam, exciduas. Sed de hoc alij aliter. μεῖραξ, μειρακίσκη,

κορίσκη, adoleſcentula. ἄγαμος, celebs. ἐπίγαμος, nubilis. Demoſt. ad Bœotum, de dote: καὶ διὰ τοῦτό μοι ἦν θυγατέρα ἐπίγαμον. De uiris Herod. poſuit κλειοῖ· οἳ δὲ μὲν ἔσκον εὐδαίμονες τῶν Βαβυλωνίων ἐπίγαμοι, opulenti Babyloniorũ celibes. μελλόνυμφος, mox ſponſa futura. νεόγαμος, noua nupta. γυνὴ ὑπανδρουμένη, coniuncta uiro mulier. eadem ὑπανδρουμένη, & ἀνδρὶ μεμιγμένη. νέα, ἀκμάζουσα, νεᾶνις, iuuenis, firma iuuencula. ἀφηβηκυῖα, ſeneſcens, eademq; παρηβηκυῖα, & πρὸς γῆρας ῥέπουσα. γραῦς, anus. Et uerſus prouerbialis:

γραῦς αὐσκιρτήσασα, πολλὴν κονιορτὸν ἐγείρει.

Ac γραῖα, anus. Et Sophocl. γραίας ἀκάνθης πάππος, ut Plutarch. adducit in libello aduerſus Epicuream uoluptatẽ. γραΐδιον, anicula. γραιτέρα, γραιά, πρεσβῦτις. Hac in ætate ſexus muliebris malè audit uinolentiæ nomine. ut illa uinoſa anus introducitur in Curculione. & in Andria:

Importunitatem ſpectate aniculæ, quia compotrix eius eſt.

Memorantur igitur cõtra anus talia: φίλοινος, uinoſa. μεθύση, temulenta, ebrioſa. οἰνοκάχλη, per iocum, uino ſeſe ingurgitãs. & κωχώνη, quaſi cotula. Reliqua ſunt cum uirilibus eadẽ, ἐσχατογήρως, & βαθυγήρως, &c. Sed ἥλικες dicuntur ὁμήλικες. Et Maro æquæuum amicum dixit in 5. Et prouerbium, ἧλιξ ἥλικα τέρπει. Et ἡλίκος, ad quod reſpondet τηλίκος. Ιλ. ώ.

μνῆσαι πατρὸς σοῖο θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ
τηλίκου, ὥσπερ ἐγών. —

Et τηλικοῦτος, idem. Dicuntur & latinè, natu maiores & grandiores. Terent.

Thais, quàm ego ſum, grandiuſcula eſt.

Ii ſunt πρεσβύτεροι. nam cùm alij de quacunq; ætate, tum de pueris Hippocrates hoc comparatiuo uſus eſt, Aphoriſ. πρεσβυτέροισι δὲ γινομένοισι παρίσθμια. & paulo pòſt, τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι, καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι. Similiter & minores natu dicuntur, id eſt νεώτεροι. Sed nunc tandem ad partium corporis humani hiſtoriam ueniamus. Partes igitur, id eſt membra, quæ in corpore extrà apparẽt, etiam artus dicimus. Etſi artus propriè ſunt, qui commiſſuris iunguntur & connectuntur, græcè μέλη τῶν μορίων ὅλα ὄντα, καὶ ἕτερα μέρη ἔχοντα. ut Ariſtotel. lib. 1. de Animal. Vnde eſt μελιδόν, & μελιστὶ, fruſtulatim. & διαμελιστὶ, διελὼν. i. & λυσιμελὴς ὕπνος. & ὁλομελεῖς, integri. & ὁλομελίη Hippocratis, membrorum uniuerſitas. ἀρτιμελεῖς autẽ ſunt πολιτειῶν ζ'. integris membris. Et εὐμελίης apud Homerum, magis, ut puto, ἀπὸ τῶν μελῶν, quàm aliunde, eleganti corporis habitu. Significat etiam μέλος carmen. Plautus artua fecit, & deartuare uerbum. Sed latinæ uocis ſignificationem eſſe, quam dixi, declaratur Ciceronis loco, qui eſt in ſecundo de Diuinat. Quid dicam de oſsibus, quæ ſubiecta corpori, mirabiles cõmiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem. Videtur & Virg. ſignificaſſe hoc uerſu,

Et magnos membrorũ artus, magna oſſa, lacertosq́;.

Sed artus etiã ἄρθρα dixere, ut cũ Quintus Cicero Epicharmea ἄρθρα φρενῶν, interpretatus fuit, neruos & artus ſapientiæ. Certè uox diminuta articulus, notat ἄρθρα, id eſt compages. Trachinijs:

μάρψας ποδὸς νιν ἄρθρον ᾗ λυγίζεται.

Vbi lenteſcit uinculum compagis. Vel ut Plinius ait, nodos corporum. Celſus: Supereſt ut ad extremas partes corporis ueniam, quæ articulis inter ſe conſerũtur. Hinc eſt morbus articularis, id eſt artuum quaſi ardentium. ἀρθρῖτις, & ἀρθρέμβολα, tormentorum inſtrumenta. Naturam equæ Herodotus indicauit τῶν ἄρθρων appellatione, θηλέας. quòd membrum hoc ſine obſcœnitate ſuo nomine minus exprimi poſſe uideatur, & generis appellatione notari ſoleat. Commiſſuras autem Græci generali quoq; uocabulo συμβολὰς uocant, ἀπὸ τοῦ ἄρθρου. Verbum Platonicũ, νόμων ιβ'. διαρθρῶσαι, effingere & conformare. Vt & ἠθικῶν νικομαχείων α'. συναρθροῦν, cõpingere. & συνάρθρωσις, oſsium cõpages. Ariſtot. phyſiogno. διηρθρωμένας ἐπωμίδας, ſcapulas extantes dixit. Medicis διαρθρῶσαι eſt iungere artus. & ἐξαρθρεῖν, hos excidere. & παραρθρεῖν, detorquere. Galenus in 12. περὶ χρείας μορίων, de ſpina dicit, firmiorẽ quidem illã fuiſſe, ſi fabricata hanc eſſet natura de uno cõtinuo oſſe, ὅτι ἐξαρθρῆσαί ποτε, ἢ παραρθρῆσαι δυναμένης αὐτῆς. Et ἐξαρθρηκὸς κῶλον, luxatum membrũ. & ἐξαρθρήματα, luxationes. & ἔξαρθροι, luxati. qui tamen & ipſi ſunt Hippocrati ἐν τῷ περὶ

ἀρθρῶν, extantibus iuncturis, ὃν ἐδεῖ κατὰ φύσιν ἔχειν, id est, absq; uitio. Et ἔμβρυον ἀδιάρθρωτον Aristot. fœtus informis. ἄναρθρος, debilis, Oreste. κῶλον, quod Latini membrū, est quod constat ossibus, com pagibus, musculis, arterijs, neruis, uenis, amictū cōmunis cutis tegmine, ut brachium, pes. Pedis tamē significationem multum habet. Phœniss. κῶλον ἐκτὸς ἄστεος τίθησι. &, πόδας δὲ κῶλον δεξιόν. Item ῥήσω,

βάσιν τε χερσὶν προδίαν καθαρμόσας,
καὶ κῶλα κώλοις τετραπτον μιμήσομαι.

Priores pedes manibus, posteriores suis pedibus repræsentaturū se dicit, bestia ut credatur esse. κῶλα etiam in uersibus nominantur. Sed & in oratione soluta, membra quædam, seu partes, quæ alias tamen partes minutiores habeant, id est κόμματα, hoc est cæsa. Ergo carmen dicitur μονόκωλον, aut δίκωλον, aut τρίκωλον. Itē ædificia Herodoto ἑλληνικοί, μονόκωλα. & de Pyramide Euterpe, ἐπὶ τὸ κῶλον ἕκαστον, ὅλον καὶ ἡμίσεος πλέθρον, cuius unumquodque membrum esset C L pedum. Nomen χιτωνίσκων ἀνακώλων legitur in Xenocrita Plutarchi, de puerili tunica. κωλῆ est contractum ἀπὸ τοῦ κωλέα, ut συκέα συκῆ, teste Athenæo lib. 9. quam & κωλῆνα dixere. Hanc liceat fortasse pernam, aut petasonem interpretari. In Nebulis, τὴν ἀσπίδα ἐπὶ κωλῆς πτέχων, interpretati sunt, τῶν αἰδοίων. ἀκροκώλια autem dixere extremas membrorū partes. Athenæus 6. ex Pherecrate Comico:

σκελίδια δ' ὁλόκνημοι πλησίον τακερώτατα
ἐπὶ πινακίσκοις, καὶ δίεφθα ἀκροκώλια.
Crura integra cum pulpa aderant mollissima
Ibi in patellis, & recocta acrocolia.

κωλιάδος etiam nomen ἀπὸ τῶν κώλων fecere: promontorium hoc Atticæ, inq; illo consecratum simulacrum Veneris, cuius & hoc cognomentum fuit, ut Pausanias in Atticis docet. Vsus est uocabulo Arist. Nebul. γυῖα poetæ dixere, Ionico uocabulo. Et Hippocrates γυῖον, totum corpus, ut interpretatur Galenus in 6. ὀφθαλμοὶ ὡς αὖ ἰσχύωσι, καὶ γυῖον. Et Homerus ιλ. θ'.

γυιώσω μὲν σφῶϊν ὑφ' ἅρματος ὠκέας ἵππους.

id est, eneruabo, debilitabo. & ιλ. ζ'.

μή μ' ἀπογυιώσῃς. — ne me eneru es. Item ὑπόγυιον, recens. & ὑπογυίως, recenter. Hesiodus dixit, γυιοβόρους μελεδῶνας, id est, membriuagas solicitudines. Et Pindarica. ὑψίγυιον ἄλσος, altū nemus. & θρασύγυιον νίκαν, fortis uiri uictoriam. & νεογυίους φῶτας, iuuenes. & γυιοπέδαις, uinculis. & ἀγλαόγυιον ἥβαν, uenustam iuuentam. Et Homericus Vulcanus ἀμφιγυήεις, utroque pede claudus. Et ἔγχεα Homero ἀμφίγυα, titubantes hastæ, & trepidæ, dum uibrātur, ut opinor: nam alios aliter scio interpretari hoc uocabulum. Oppiano autem est παλαισμοσύνη γυιαλκής, id est, requirens membrorum robur. γυιοτακής autem, cuius membra tabescunt. γύας uerò arua uocarunt: ut, πυροφόροι τε γύαι. & Eurip. Helena de Nilo,

λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας.

& aruorum spacia, quasi latinè iugera dicas. Hinc τετράγυον, Odyss. ς'. & πεντηκοντάγυον. Hesiodo αὐτόγυον, aratri species, & altera πηκτόν. γύης enim in aratro nominatur. ἅψεα propriè commissuras esse uolunt, ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, quòd membra illis inter se aptentur. Sed membra tamen uocabulum significat. ut Odyss. ς'.

— λύθεν δέ οἱ ἅψεα πάντα.

Somno dicit Penelopes omnia mēbra fuisse resoluta. Membrorum apta compositio & concinnatio, corpus appellatur, id est σῶμα. et σωμάτιον, corpusculum. Et σωμάτια inter ornamenta scenica ponunt à Luciano, Ioue Tragœdo. Quod nomen cum propriè quasi contra animam nominetur, tamen & totum hominem significat. ut cum dicunt, πολλὰ σώματα καὶ θρέμματα, multos homines & iumenta. Et in Epigrāmate, σώματα πολλὰ τρέφειν, magnam habere familiam. De seruis autem non simpliciter σώματα, sed δουλικὰ σώματα dici, placet Polluci lib. 3. Intelligitur quidem utriusq; linguæ usu, corporis appellatione, ὄγκος, ea est moles quædam, quæ in sensuum cōtactum incurrat, secundum Lucretium. Tangere enim, aut tangi, nisi corpus, nulla potest res. Hinc ἀσώματος, incorporeus, quod Cicero noluisse dicere uidetur. Et Gellius quosdam ita uocabulum finxisse ait, lib. 5. cap. 15. Corporare autem, & incorporare, relinquamus foro indiserto. Maro:

— Et forma tricorporis umbræ.

τὸ τρισωμάτου dixit, Vt Eurip. Hercule,

τὸν τρι-

τὸν τρισώματον κύνα. σωματώδης, corporeum. Physici corpora quædam docent esse composita ex diuersis partibus, id est, ἐκ τῶν διεστώτων, ut classem & exercitum: quædam ἐκ τῶν συναπτομένων, id est, coniunctis & cōcinnatis, ut domum & nauem: quædam esse unita & cognata partibus suis, id est, ἡνωμένα καὶ συμφυῆ, ut animantes. Hoc retulit Plutarch. γαμικοῖς παραγγέλμασι. Cicero ad Atticū lib. 2. de quibusdam orationibus suis unius temporis inquit: Hoc totum σῶμα curabo ut habeas. Iurisconſ. de usucap. & usurpat. distinguit corpora & ipse secundum physicos, in ἡνωμένον & συνημμένον, & quod ex distantibus constet, & sunt eisdem collegia quoque corpora. Polybius ἱστορίαν οἱονεὶ σωματοειδῆ dixit, quasi unum corpus historiæ. Platoni in Gorgia σῶμα est quasi σῆμα, in quo ueluti in monumēto clausa sit anima. εὐσώματος, corpore eleganti. πολυσώματος, corpulentus. σύσσωμα ἔθνη, epistola ad Ephes. unius corporis. Nam & corpus pluriū coniunctionem notat & Liuio lib. 6. M. Fabij Ambusti, potentis uiri, tum inter sui corporis homines, tum etiam ad plebem. Et pro Muren. duo esse corpora in Rep. Et corpus totum. Virg.

— Toto certatum est corpore regni.

Aristot. σώματα dicit esse φυθυμάματα, τῶν πίστεων. σωματοφύλακες, satellites, id est, custodia corporis. Verba sunt, εὐσωματεῖν, esse corpore ualido. Nebulis, εὐσωματεῖ γὰρ καὶ σφριγᾷ. σωματοποιεῖν, augere corpus: & translatè, adiuuare, instruere, stabilire. Diodorus lib. 18. κάσσανδρος σωματοποιηθεὶς ὑπ᾽ ἀντιγόνου, auctus. Polyb. lib. 3. διὸ γενόμενος ἐγκρατὴς χώρας εὐδαίμονος ἐσωματοποίησε μὲν τοὺς ἵππους, ἀνεκτήσατο δὲ τά τε σώματα, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνδρῶν: Itaque potitus regione, omnium rerum copia abundante, pabulo equos refecit, itemq́ hominum & corpora & animos. Idem· βουλόμενος ἅμα μὲν ἀφαιρουμένους πλείους ἐλαττοῦν ἀεὶ τοὺς ὑπεναντίους, ἅμα δὲ τὰς τῶν ἰδίων δυνάμεων ψυχὰς παρακεκλημένας τοῖς ὅλοις, διὰ τῶν κατὰ μέρος προτερημάτων κατὰ βραχὺ σωματοποιεῖν καὶ προσλαμβάνειν, paulatim confirmare, & ad se conuertere. σωμασκεῖν, corpus exercere. & uocabulum σωμασκία. σεσωμάτωται dixit Arist. β. περὶ ζώων γενέσεως, facto uerbo à nomine, ut sit σωματοῦσθαι, quasi turgescere, seu compingi, ut corpus fiat: & ut ita loquar, corporari. δέμας, corpus, in quo ueluti reuincta sit uita. tametsi non ineptum fortè fuerit, à structura membrorum deriuare, id est, παρὰ τὸ δέμειν. Ab hoc Theocritus τᾶς ἀδμάτω ψυχᾶς, id est, ἀσωμάτου fecit. Homero similitudinis quoq; particula est, ιλ. λ'.

ὣς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο.

Instar flammæ ardebāt, inquit, prælium. Totum autē corpus pelle siue cute obtēgitur. δέρμα Græci uocant, & δορά. Herodotus una uoce τὴν ἀνθρωπηΐην, Terpsichora, σφάξας ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπηΐην. Hæc communiter est ἀνθρωπῆ. Fit enim à primitiuo ἄνθρωπος, ἀνθρωπία & ἀνθρωπεία. & solutione atque productione Ionica, ἀνθρωπηΐη, & cōtractione ἀνθρωπῆ. Plautus Milite, corium nominauit:

Meus herus elephanti corio circūtectus, nō suo est.

Sed græcæ formæ sunt hæc quoq;, λεοντῆ, τραγῆ, κυνῆ, leonina, hircina, canina. κυνῆ quidem tegmen capitis, & galeam significat, in Nebulis, & Homero passim. παρδαλῆ, pardina. ἀρκτῆ, ursina. ἀλωπεκῆ, uulpina. λυκῆ, lupina. μοσχῆ, uitulina. αἰγῆ, caprina: quæ tamē αἰγὶς dicitur, ut ἀρνακὶς, agnina. Intelligitur autem in illis omnibus ἡ δορά. νεβρὶς ceruorum, & κώδιον ac κῴας, ouium pelles sunt. & δέρας, & δέῤῥις, bouis. quæ & βύρσα. δέρας λέοντος, est in Phœniss. Et χοιρίνη, porci: quę φορίνη Hippocrati. Sed et de hominis cute φορίνην dixere. Serpentis propriè σῦφαρ. Dicitur & ῥινὸς τὸ δέρμα. Apoll. β'.

ῥινοὶ δὲ συνὶ ὀστέα μοῦνον ἔεργον.

quod Plautus,

Ossa atq; pellis sum misera macritudine.

Et ῥινοὶ ἀπέδρυφθεν, ὀδυσσ. ι. & ἄρπον μὲν ῥινοὶ, ὀδυσσ. μ'. de pellibus boum. & ἀσκὸς μαρσύου, Herod. Polym. pellis, id est, exuuiæ Marsyę. ἀπὸ τοῦ δέρματος, est λεπτόδερμος, μαλακόδερμος, σκληρόδερμος, tenui, molli, dura cute. Aliqui δέρτρον ἔσω δύνοντες, ὀδυσσ. λ'. accepere τὸ δέρμα. Item Luciano, Timone, ἀπειρόκαλος καὶ παχύδερμος, iners & rudis. Et ὀστρακόδερμα, quæ testam habent pro tegmine. χρὼς quoq; corpus est: & χρῶς, tam corpus quàm cutis. Et prouerbium, χροὶ δ᾽ ἄλλα, natum de Pherecydis morbo. Cū enim φθειριώσει,

abesceret, interroganti foris Pythagoræ, quo se modo haberet, digitum per foramen exerentem, respõdisse ferunt, de cute intelligi hoc posse. χροιά, color. Hęc de forma corporis propriè dicitur. nam χρῶμα coloris generale nomen. ἄχρωμον uolunt ἀχρώματον esse. Et in Musica, χρῶμα nominatur, & σύστημα χρωματικόν. Vnde & Aristophanicũ χρωτίζειν, ut interpretantur. Oraculum uerò Zenonem iussit συγχρωτίζεσθαι τοῖς νεκροῖς, id est, se coniungere cum mortuis, ut ipsius factum interpretatur. Ab illo autem nomine sunt ἄχροι, decolores. & ἄχροια. & δίχροια, duplex color. Itẽ μονόχρως, & τροπόχρως, unicolor, & colore instabili. & μελίχρως gemma, & λευκόχρως, ac similia. Et polypus Aristoteli τρεψίχρως, qui attritu colorem nouum inducat. Et Andromacha, ἐλλόχρως ξυν. Plato Charmide, ἄχρουν, expers coloris dixit. Et μονόχρους, ποικιλόχρους, πολύχρους, unicolor, uersicolor, & ut Plautus, uersipellis. Dicitur autem propriè de disparibus coloribus uarietas, ut Cicero ait lib. 2. de Finib. Et ὁμόχρους, concolor. Et Hesiodo, uirgo ἁπαλόχροος, tenera cute. Et Aristot. animalia ὁλόχροα. & ὠὰ δίχροα, duplicis coloris. Itẽq; ὠὸν μονόχροον, unius coloris, περὶ γενέσεως ζώων γ'. Et Medicorum σκευασία αὐτόχρους. Et Luciano ἀπάχροιαν, abhorrẽte colore. μελανόχροος, Odyss. τ'. αὐτόχρους, unius coloris. & τρίχρους gemma, & similia. Itẽ χρῶσαι, inquinare, & contrectare. Eurip. Medea,

—ὡς μάτην ἐχρωσάμεσθα
κακοῦ πρὸς ἀνδρός. —

Et νικομαχείων ζ'. πάθος ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ, inhærens uitæ. Atq; hic quidem fusus per totũ corpus ἀνδρείκελος, & χρῶμα. aliis autem in partibus alius. ὀφρῦς quidẽ, id est, supercilia, τὸ μέλαν, nigrum decet. Itemq; oculos & comam in uiris. Horat.

Et Lycum nigris oculis, nigroq;
Crine decorum.

In puellis rutila coma laudata fuit, & flaua, quam etiam Menelaõ tribuit Homerus, & Vlyssi, cum formosum faceret. Græcè est ξανθόν & πυῤῥόν. & inde propria nomina, πύῤῥος & πυῤῥων. Latinis burri, & ruffi: etsi burros esse uoluere, quibus buccæ ruberẽt. Apud Philostratum πολυφροντίδος facta est κόμη ἡλιῶσα, solari quodam splendore renidens. ἐρύθημα, & ἔρευθος, id est rubor. Labra commendat & genas ὑπέρυθρον τι, id est, candor tinctus rubore. Hinc erubescere in pudore Latini dixere, Græci ἐρυθριᾶν. Laert. lib. 6. ὁ Διογένης ἰδών ποτε μειράκιον ἐρυθριῶν θάῤῥει ἔφη, τοιοῦτόν ἐστι τῆς ἀρετῆς χρῶμα: Conspicatus erubescentẽ adolescentulum, bono animo, inquit, esto, hic color uirtutis est. Et Terent. Erubuit, salua res est. In pedibus cõspicuum τὸ λευκόν, cãdidus color, & niueus. unde Homero

ἀργυρόπεζα θέτις.—
—*Niueis Thetis inclyta plantis.*

Et Medea,

ἁβρὸν βαίνουσα παλλεύκῳ ποδί.

Idẽ & in pectore muliebri laudatus color. Hinc Ouid.

Pectora uel puris niuibus, uel lacte, tuamq;
Complexo matrem candidiora Ioue.

ῥοδοδάκτυλος & ῥοδόχρως, roseis digitis, et roseo corpore. Poetica epitheta Auroræ, de quibus hoc Virgilianum factum,

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

Oculorum uarij colores. Vnde χαροποί, & αἰγωποί, sicut dicetur. Atredine & pallore deformãtur corpora. πελιδνόν illud est, nisi fallor, hoc ὠχρόν. Sed & πελιδνόν, liuidum. ut Aristot. Problem. οἱ ῥιγῶντες πελιδνοί, id est μολιβδώδεις, ut Hippocrates. & μολιβδόχρως Galeno. χλωρόν, ater pallor, ut cadauerum, & metu exanimatorum. Vnde Homer. χλωρὸν δέος. & μελίχρους, fuscus est color. Ita Lucretius blandiẽtes sibi amatores, nigras dicit uocare. Et messor ille apud Theocritum,

—σύραν καλέοντί τυ πάντες
ἰσχνὰν ἁλιόκαυστον, ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον.

Quod & Plato blandimẽtum esse amatorium ait, in 5. de Rep. Gemmę nomen μελιχλωρος. Hippocrati sunt & ὑπόχλωροι, suppallidi. & ὑποχλωρομέλανες, & ἐρυθρόχλωροι, misto nigrore pallori, id est luridi, & pallore rubori. ὑπόχλωροι ἐλειῶντες etiam Aristoteli sunt pallidi. Pallidi etiam sunt λειφαιμοι, in sanguinis deficientia. & uerbum λειφαιμεῖν, sanguine defici. Pellem seu cutem rugari dicimus, ut in senibus accidit, id est ῥικνοῦσθαι. & rugę, ῥυτίδες. et ῥυτιδοῦσθαι, atq; ῥυσοῦσθαι, rugari. Aristoteli Problem. & ῥικνοί, corrugati. Vt Callimach. ναὶ μὰ τὸ ῥικνὸν σῦφαρ ἐμόν. & Apollonius

lonius in primo, ῥικνοῖσιν ὑποσκάζουσα πόδεσσιν. & apud eundem, πίνῳ δ᾽ ἔρμα. &,

— πίνῳ δέ οἱ αὐσταλέος χρὼς

ἐσκλήκει. —

Quibus illuuies significatur, quæ in arido senum corpore fœdior esse solet. Est & apud Galenũ, δέρμα ὀλίγον τῆς κατὰ φύσιν, id est, parũ sani. πλαδαρὸν, cutis laxa. περιτεταμένον, contenta. καρφαλέον, dura. ῥυσσὸν, rugosa. Sed in corpore humano cutis alicubi est glabra & leuis, id est, ψιλὸν δέρμα: alicubi uestita pilis, & hirta, τετριχωμένον, & δασύ. Generaliter sunt τρίχες pili, & diminuta uoce Aristoteli φυσιογνωμ. τριχίον. Etiam ἐρίκα interpretantur τὴν τρίχα. Sunt autem secundum Aristotelem aliæ συγγενικαὶ, id est congenitæ. ut ὀφρῦς, & βλεφαρίς, quæ & συγγενεῖς: aliæ ὑστερογενεῖς, ut ὑπήνη & ἥβη. Idem & τρίχα ῥυάδα dixit, quæ certo tẽpore deflueret in brutis. Crescunt autem crines, id est αὐξάνονται, καὶ τεθνεώτων, οὐ μὲν τοι γίνονται γ᾽ ἐξ ὑπαρχῆς, ut ait Aristot. περὶ ζώων γενέσ. β΄. Dicitur & τρίχωσις, & τρίχωμα, capillamentum. Significat autem pilosum uillosumq́ in bestijs tegmẽ, ut πτέρωμα pennosum in auibus. κόμην, χαίτην, λάχνην, rectè dici Pollux ait, comã, cæsariem, & crines. Nam φόβας, ἐθείρας, & σμήριγγας, & ἕλικας, extra numeros Pollux usurpanda non putat. χαίτην quidem ξανθὴν Achillis, Homer. ιλ. ψ΄. Sed & equorũ dixere iubas. Seta equina est in Tusc. 5. & Virgilio,

— Iam setis obsita, iam bos. Et lib. 6.

Et summas carpens media inter cornua setas.

Et in Buccol.

Setosi caput hoc apri. —

λάχνη Homericum est. ιλ. β΄.

— ψεδνὴ δ᾽ ἐπενήνοθε λάχνη.

Iam φόβαν Sophoc. & de crinib. Oedipo Colon. ἐν δ᾽ ἄκραν δεῖμ᾽ ὑπῆλθεν κρατὸς φόβαν, id est, in summos crines capitis subijt metus. Secundũ hoc, Steteruntq́ comæ. Et de frondibus usurpauit, Antigona,

πᾶσαν αἰκίζων φόβην ὕλης πεδιάδος. Et comæ similiter uocabulo usus est Maro:

— Posuitq́ comas & brachia ferro.

Fiunt composita, δασύθριξ, crinitus. & εὐθύθριξ, crinibus rectis. Herodoto ἰθύτριχες, Polymn. οἱ μὲν γὰρ ἀπ᾽ ἡλίου αἰθίοπες ἰθύτριχές εἰσιν, οἱ δὲ ἐκ τῆς λιβύης οὐλότατον τρίχωμα ἔχουσι πάντων ἀνθρώπων: Qui ad ortũ Solis loca Aethiopes incolunt, ij crinibus sunt rectis: sed Australibus nusquã gentium magis crispo capillo homines inueniuntur. Item Scythæ μαλακότριχες, molli capillo, Aristoteli. Et pecora λεπτότριχα, & σκληρότριχα, tenuibus pilis, & duris. Et eidẽ ὀλιγότριχον, ac μικρότριχον, paucis & breuibus pilis. Dorienses τριχάϊκες, Odyss. τ΄. id est capillati, & quassabundo crine, etsi alij aliter interpretati fuere. Item εὔτριχος & καλλίτριχος, pulchro capillo. ἀπότριχες, impuberes, ut diximus. πετανόθριξ, quem postea πετάνομον uocarunt, laxo capillo. οὐλόθριξ, ut Arist. Problem. οὐλότριχες καὶ οἷς ἐπεστράφθαι τὸ τριχίον. & οὐλότριχος, & οὐλοκάρηνος, & qui inuersa cõpositione Archilocho τρίχουλος est, crispo capillo, id est crispus. ut Terent. Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. τριχοβρῶτες, uermes qui crines uastant. & τριχομανὲς, herba. & τριχόφυλλον Theophrasto, quod Plinius interpretatur capillaceo folio, genus τῆς φύκους. A' pilis est pilosus, δασύς. Et quendam dicit Cicero toto esse corpore rasum, ne ullum pilum uiri boni habere uideatur. Et pilare ueteres dixerunt, pilis uestiri, τρίχας φῦσαι. οὔλας κόμας, crispos: & ξανθὰς τρίχας, flauos dixit Homerus, Odyss. ζ.

— κὰδ δὲ κάρητος

οὔλας ἧκε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.

& Odyss. ά.

ξανθὰς δ᾽ ἐκ κεφαλῆς ὀλέσω τρίχας. —

& ξανθὸς μενέλαος, Homero. Etiã Theocrito, ξανθότριχι πὰρ μενελάῳ.

οὐλοκόμον Pollux dixisse Alexidem, & οὐλοκέφαλον Pherecratem, qui ambo Comici fuere. Telesillam uerò Argiuã poetriam οὐλοκικίνναν, crispũ, quem Sophocles στρομβολοκόμην. sed neutrum bonum uerbum esse ait. Significatio autem manifesta est capilli crispi in illis omnibus. Dicuntur & pisces τριχίαι, ac τριχίδες. & ἱστρυχὶς, flagrum de crinibus, ut apparet, textũ. Et ut τριχοβρῶτες, ita τριχοτρῶκται, uermiculi erosores crinium. τριχάπτον, textum quoddam tenue & bombycinum, magni precij, quod crinibus obduceretur. Et crinale aurum, Maroni. Et Ouid. de Ponto 3.

— Nec habens crinale capillis.

Et τρί-

& τριχεκτὸν, pectunculus esse: & τριχολογεῖν, in ordine ponere crines, à Suida perhibetũ. τριχοκόμος, cui criniũ cura incumbit. τριχοπλάστης, qui capillum ornat, in uitio dicitur. Dixit etiam aliquis Comicus, πώγωνα πολύτριχον, densam barbam. Et herba πολύτριχον, & πολύθριξ gemma. Et τριχίον, uocabulo diminuto. Recentiora fortasse uideantur hæc Ptolemaica, ἁπλότριχες, mediocri capillo. δασύτριχος, pilosus. In bestijs etiam uilli, id est λάχνη. ut Hesiodus,

— λάχνη δέρμα κατάσκιον.

ἄγρια ταναύτριχα, rectis pilis, dixit idẽ Hesiodus. A' pilis est depilare, ψιλοῦν. compilare, συλᾶν. Horatio:

— Ne me Crispini scrinia lippi
Compilasse putes. —

Et Ciceroni: A' cautis iurisconsultis sapientiam eorum compilauit. Et expilare, aliunde uolunt esse deducta. ἴουλος autem, prima lanugo, Suidæ. Et quidam, ἰουβάδος ἀγρίᾳ αἰγὸς, Odyss. ξ'. ἢ λασιώτης accepere. κόμη, coma. & κομῆται, comatuli, quos ueteres pro impudicis habuere. Annotatur & de Tragœdia, λειμὼν κομήτης, id est, pratũ herbidũ, seu flore quasi coma conspicuũ. Sunt & κομῆται ἀστέρες, stellæ crinitæ, uel cincinnatæ, ut aliqui malunt, Ciceroni. Haud scio an hic ὄλιος ἀστὴρ Homero esse credendus sit ιλ. λ'. certè non ignotos illi cometas fuisse apparet de ιλ. δ'.

οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
ἢ ναύτῃσι τέρας, ἠὲ στρατῷ εὐρέϊ λαῶν
λαμπρόν. τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται.
Qualem de cœlo ostendit Saturnius alto
Sæpe renidentem radioso lumine stellam,
Aut nautis signum, aut magnæ legionibus urbis.

Sed ἀπὸ ἢ κόμης est εὔκομος, & εὐκόμης. Apud poetas ἠΰκομος, comatus. ξανθοκόμης, flaua: μελανοκόμης, nigra coma. κομᾶν, q̃d Homero καρηκομᾶν, comam alere, uel capillatum esse. Significat uerbum & superbire. Item ἀκροκομᾶν. Item ὀπισθοκόμαι Eubœenses, secundum Homerum. ὄπιθεν κομόωντες, id est, rasa fronte. Thraces uerò ἀκροκόμαι, uel ἀκρόκομοι. ιλ. δ'. θρήϊκες ἀκρόκομοι, (utriusq; enim formæ sunt hæc composita) copiosiore capillo. Et καλλίκομοι ὧραι Hesiodo. Itemq; δρῦς ὑψίκομοι, ac χρυσοκόμης διόνυσος. Et galeæ ἱππόκομοι Homero, propter cristas iubę equinæ. ἀπὸ ἢ χαίτης, εὐχαίτης, crinitus. βαθυχαίτης, copioso crine. χαιτήεις equus, iubatus. & ἀναχαιτίσαι, excutere. Item quę oratione efferuntur: ἀνασεσυρμένην ἔχειν τὴν κόμην, ita longum habere capillum, ut post se aliquis illum trahere uideatur. ἀναφερομένην ὑπὲρ τὸ μέτωπον, quæ supra frontem attollatur, seu erigatur. ὑπὸ μεταφρένῳ περιῤῥέουσαν, circumfluentem scapulis. περικεχυμένην ὑπὸ τῷ τένοντι, diffusum ceruice. οὐκ ἀναδεδεμένην, non collectum. οὐκ ἐνδετὸν, non religatũ. διχαζομένην ὑπὸ μετώπῳ ἢ μεταφρένῳ, diuisum fronte, aut scapulis. τοῖς ὤμοις ἐπαναπαίζουσαν, qui humeris assultet. ἐξηνεμωμένην κατὰ τῶν νώτων, ἢ ὑπὸ τῶν νώτων. quale hoc Virgil.

— Dederatq; comam diffundere uentis.

De ijs qui crinibus carent, hæc dicuntur: ψιλὸς τὴν κεφαλὴν, nudo capite. ἀποσυλημένος τὴν χαίτην, spoliatus coma. ἄθριξ, ἄκομος, sine crinibus, & sine coma. ἀπαρακάλυπτος, non tectus. τὴν ἐκ φύσεως σκέπην ἢ κορυφῆς ἀποβαλλόμενος, qui naturale uerticis tegmen amiserit. τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς χρήσιμον περίττωμα ζημιωθεὶς, cui illud quod in capite utiliter superfluum sit, ereptum fuerit. λειοκάρηνος, ἀπεξυρημένος, leui capite, & rasus. ὥσπερ πρὸς χρῶ κουρίας, tanquam ad uiuum rasus. de quo mox plura. κατὰ τὰ φυλλοῤῥοοῦντα τῶν δένδρων ἀπανθήσας, cui coma, ut arboribus folia, deciderit. τριχοῤῥυήσας, cui capillus defluxerit. ἀποψιλωμένος τὰς τρίχας, nudatus crinibus. φαλακρὸς, caluus. ἀναφαλαντίας, caluaster, non ἀναφάλανθος. φαλακρὸς, quasi φάλιον, id est, renidens habens caput. γυμνὸς τῶν τριχῶν, & μάδαρος, & secundum Homerum ψεδνὸς, eadem. Aristoteles negat φαλακροὺς iterũ κόμην φῦσαι. quod nos tamen aliter factum uidimus. Idem φαλακρότητα, quæ est caluicies, seu caluitiũ, uocat τὴν κατὰ κορυφὴν λειότητα. κατὰ δὲ τὰς ὀφρύας ἀναφαλαντίασιν. μάδησις autem defluuium est capillorum, Hippocrati in Morbis. Sunt & calui Myconij, quos caluos etiã natos traditum est, iuxta hoc Lucilij, Myconi calua omnis iuuentus. Et notatur Terentianus Myconius crispus, in Hecyra. πολιαὶ sunt cani, id est, λευκαὶ τρίχες, albus capillus. de quo & ἄνθος nomine, usi fuere. Et λευθισμένον, Sophocles Electra, canum dixit. Et fertur Democriti dictum, γῆρας σωφροσύνης

φροσύνης ἄνθος. Plut. etiam τὴν πολιὰν dixit ἔντιμον σύμβολον ἡγεμονικοῦ ἀξιώματος, in libello εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. Caneſcunt homines tantũ, & equi: ſed homines ſemper à priore parte capitis, ſecundum Plinium. Nam Ariſtoteles diſertius ſic ſcripſit: Calueſcunt homines priore capitis parte, caneſcũt autem primùm temporibus: his uerò & poſteriore capitis parte calueſcũt nunquam, καὶ φαλακροῦνται μὲν οἱ ἄνθρωποι τὰ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς, πολιοὶ δὲ πρῶτον γίνονται τοὺς κροτάφους, φαλακροῦται δὲ οὐδεὶς τὰ τόποις, ὅτε τὰ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς. Caneſcere autẽ πολιοῦσθαι eſt. Canêre, πολιὸν εἶναι, quemadmodum diximus. ſicut calueſcere, φαλακροῦσθαι. caluere, φαλακρὸν εἶναι. Et caluo atque caluor ueteribus, fruſtror & fallo. Caius de Verborum ſignific. adducit de X I I, ut opinor, tabulis, Si caluitur, & moretur, & fruſtretur. & inde calumniatores deducit. Capillus, quod Plautum capillum dixiſſe, Nonius annotauit, propriè capitis pilus, id eſt crines. In uiris quidẽ propriè cæſaries, ait Seruius. Vnde cæſariatus miles, Plauto. πλόκαμος uerò, & πλοκαμίς, & βόστρυχος, & ἔθειραι. Vnde καλὸν ἐθειράζοντες, id eſt κομῶντες, Theocritus. et κίκιννοι, ſunt cirri, quos et in oſtreis nominauit Martial. lib. 7. & calamiſtrati crines, & cicinnos Latini dixere, ac cicinnatos. Significatur autẽ capillus tortus, plexusq́, & criſpatus. κοκκίνους legimus ἐν σφηξί, et interpretationem, crines comptos ac curatos. Aliqui in κικίννους mutarunt, repugnãte ſpacio ſyllabæ primæ, quæ hoc loco debet eſſe lõga, cum ſit breuis in κικίννοις, Theocrito in Thyonycho & Cyclope. Eſſe & poetis ὀσλιγγας τῶν βοστρύχων, annotatur in ſcholijs Apollonij, cum ſignificet ibi uocabulum, nitorem & ſcintillas. πλοκαμῖδα etiam de uirili ſexu dixere. Theocrit. ὕλα, τοῦ τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντος. πλοκάδα autem de fœminis. nam & πλόκον τὸν πλόκαμον, communem hunc quidem uiris & mulieribus nominarunt. Sophoc. Aiace,

— ὅπως πρὸ τὸν δ' ἐγὼ τέμνω πλόκον.

Eſt & πλέκος, comptus uocabulum: & diminutũ πλοκίον. Plut. γαμικοῖς παραγγέλμασι, τοῖς λυσάνδρου θυγατράσι ὁ τύραννος ὁ σικελικὸς ἱμάτια, καὶ πλοκία τῶν πολυτελῶν ἔπεμψεν. & Medea,

χρυσοῦς μὲν ἀμφὶ κρατὶ κείμενος πλόκος.

Apud poetas, ab ſimilitudine implicationis, & fumi πλοκάμους reperiri, Pollux indicat. Hinc ſunt hæc ferè: εὐπλόκαμος, & ἰοπλόκαμος. ἰοπλοκάμοις μοίσαις, ἰσθμίων ς΄. id eſt, fuſco capillo. & καλλιπλοκάμου ἀειδάδυς, ἰλ. ς΄. βόστρυχες, βεβοστρυχωμένος, cirratus. Hinc & διαβεβοστρυχωμένος Archilocho. & βοστρυχίζων, qui cirros geſtat, ac componit capillum. & εὐβόστρυχος. Pindarus ἰοβόστρυχον παῖδα dixit, ὀλυμ. ς΄. matrem τοῦ ἰάμου uatis, fortaſſe etiam ad nomen illud alludens. Cicinnos & παρωτίδας dixere, qui iuxta aures demitterentur. & σκιμωνίας, prolixos ac teneros. σόρθυγγας uerò Comici uocarunt crines ſordidos & turbatos. Crines autẽ tondentur, id eſt κείρονται. Et in Epigram. Epaminondæ, σπαρτὴ μὲν ἐκείρατο δόξαν. nam comam nutrire ſolebant. Dicit igitur repreſſam ſuperbiã Spartanorum ſua uirtute eſſe. Sed & decerpere, ac recidere uerbum ſignificat. ιλ. π΄.

— ὄρα πάγχυ μάχης ἀπὸ μάστα κείρει.

Et latinè tondet ὁ κειρόμενος. ut, Tondenti barba cadebat. Cinyphij tondent hirci. ſicut lauat. ξυρῶ, rado. κουρεῖον, tonſtrina. ἄκαρος, intonſus. Sed tonſuræ, id eſt τῆς κουρᾶς, duo præcipua genera fuere, κῆπος, & σκαφίον. Quorum κῆπος orbem capillorum haberet, σκαφίον autem raſura eſſet ad uiuum. πανκόττα etiam, & περιτρόχαλα κείρεσθαι reperitur. τὴν πανκόττην autem uolunt eſſe, ſi priore capitis parte pili copioſè relicti ſint, quòd κόττις caput ſonet Doriẽſibus: & κόττοι gallinacei, de criſtis. cum aliqui πανκόττην, non tonſuræ genus, ſed frontis capillũ acceperint. Nonius Capronas ex Lucilio, frontis interpretatur comas, quaſi à capite pronas. περιτρόχαλα autẽ κείρεσθαι, ad orbem adæquare, ut uerbum ſonat, crines, uidetur ſignificare Herodoto Thalia. Et tonſus fuit ephebicus. Plutarch. in Xenocrita· ἱστόρηται γὰρ ὅτι τοὺς μὲν ἄρρενας παῖδας ἤσκει κόμας, καὶ χρυσοφορεῖν, τὰς δὲ θηλείας ἠνάγκαζε περιτρόχαλα κείρεσθαι καὶ φορεῖν ἐφηβικὰς χλαμύδας κατὰ τῶν ἀνακώλων χιτωνίσκων: Traditum eſt, illum pueros exornaſſe comis & auro, puellas uerò coegiſſe comam tondẽdo rotundare, & geſtare ſuper ſtrictioribus tunicis pallia ephebica. Apud Herodotum eſt ὑποτρό-

χελα de tonsu Arabico. κείρονται, inquit, ὑποτρόχαλα περιξυροῦντες τοὺς κροτάφους, circumtondēt undiq; & tempora radunt, Thalia. Fit & mentio in Polluce, κουρᾶς πενθίμου, id est, lugubris tōsuræ. Hæc fuit ἐν χρῷ, ut ostenditur Ἑλληνικῶν α. προσκευάσαν ἀνθρώπους μέλανα ἱμάτια ἔχοντας, καὶ ἐν χρῷ κεκαρμένους. Subornatos fuisse dicit multos, quasi lugentes cognatos suos. Et in Oreste,

κουρᾷ θυγατρὸς πενθίμῳ κεκαρμένος.

Tonsu indicans ob filiam luctum suam.

& Alceſtide,

κουρᾷ ξυρηκεῖ, καὶ μελαμπέπλῳ στολῇ.

Tonsu ad cutem usq;, & uestibus nigrantibus.

& Phœnisſ. κάρα ξυρηκές. Ιλ. quidem ψ'. socij Achillis, resectis crinib. mortuum Patroclum contegunt. & ὀδυσ. δ'.

τοῦτό νυ καὶ γέρας οἷον ὀιζυροῖσι βροτοῖσι, (δυ.
κείρασθαί τε κόμην βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρει-

Non autem Aegyptijs itidem in luctu tondere, moris fuit, sed ἀνιέναι τὰς τρίχας αὔξεσθαι, id est, alere crines tam capitis quàm barbæ, ut Herod. scripsit. Quiritus & Teutonum est. ἐκτόρειον autem comam, ab Anaxilao memoratam, Pollux ait fuisse eiusmodi, ut à fronte in ceruicem reijceretur. Aristophani Cratinus est uno cultello ἀεὶ κεκαρμένος μοιχόν. Genus autem quoddam tōsuræ, & nomen fuisse mollis, τὸν μοιχὸν perhibent. Fuit et tonsura Θησηΐς, ut Plutarch. refert in uita Thesei, de priore capitis parte capillis resectis, quæ & Abantum est Homericorum. Eustathius in Ιλ. β'. ait, ueteres, qui capillū alerent, secuisse hunc in honorem Ἀπόλλωνος κουροτρόφου, ac fluuiorū, & hunc fuisse πλόκαμον θρεπτήριον: alterum uerò πενθητήριον, in luctu. θρεπτήριον autē recidisse de priore capitis parte primùm Thesea, & consecrasse Apollini Delio. Addit Pollux, quosdam comam olim uel temporū, uel frontis, uel etiam occipitij, alere solitos dijs, aut fluuijs: atque huius fuisse nomen πλοχμόν, ac σκόλλυν, & σειρὰν τριχῶν. Nam κορύμβην reijcit, ut parum Atticum uocabulum: sed κρωβύλον probat. Fuit autem κρωβύλος, acutula quędam implicatio capillorum, cui essent insertæ aureolæ cicadæ. cuius mentio fit in primo libro Thucydidis· καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Hic comptus uirilis fuit: κόσυμβος uerò, seu κορύμβη, ut in Suida legitur, muliebris. σκόρπιος, puerilis. Scribitur apud eundem & κόρυμβος, ac nominarunt ita quidē Græci summa & eminentia, ut & hederæ corymbi apud Maronem. Sed & κόρυμβαι sunt apud Athen. lib. 12. in uersu Asij,

χρύσειαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὥς.

Dixere & κόμην κεκορυμβωμένην, ut nescio de quo autore adducitur in Suida, κόμην τρέφων χρυσῷ στρόφῳ κεκορυμβωμένην, comā nutriens aureo uinculo fastigiatā. In Ιλ. ψ'. ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην. Achilles in funere Patrocli,

τήν ῥα Σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν.

Dixere & πηνίκην, & προσκόμιον πρόσθετον, nominaruntq; ἔντριχον. hæc est πρόσθετος κόμη, & περίθετος, alieni crines. In Plauti Mostellar. sunt crines, & quidem genere fœminino, sunt & comę: his tam uiri quàm mulieres in crinium quasi deliquio usi fuere, quas apud Ouidium illa peruersas induit. Defluunt autem capilli, id est, ὑπορρέουσιν αἱ τρίχες, maximè in morbo, quę μάδησις est, ut diximus. Fuit & tonsura Thracia, capilli prolixi & demissi Vnde ille apud Theocritum, cum dicere uult, in mœrore ne nimium quidem se de crinibus resecuisse, ait, οὐδὲ θρακιστὶ κέκαρμαι. Similiter et Scythica, quam gentem narrat Lucian. Toxari, gestasse capillum prolixiorē quàm Alanos. Et tamē ἀποσκυθίσαι interpretātur κείρασθαι. Euripidi cultus neglectionem, & horriditatem quandam significat, τρωάσι,

φρίκη τρίψασαν κρᾶτ' ἀπεσκυθισμένην.

Itaq; & de Getis, quę Scythica gens est, Ouidius ita Trist. 5.

Vox fera, trux uultus, uerißima mortis imago,
Non coma, non ulla barba refecta manu.

Hanc fuisse comam reiectā à fronte in occipitium, & implexā, intelligi potest de Plutarcho, qui ita in Crasso scribit· τῶν ἄλλων Πάρθων ἔτι σκυθικῶς ὑπὸ τὸ φοβερὸν τῷ ἀνασίλλῳ κομώντων. Nam σιλλοὺς & ἀνασίλλους interpretantur recaluastros. In Athenæi lib. 12. legitur ἀποσκυθίσαι, dictum de tonsu deformi & contumelioso. In Stephani Epitoma hoc etiam, σκύθην notare ferrum, & inde esse ἀποσκυθίσαι, τὸ τὰς τρίχας σιδήρῳ τεμνεῖν. Quò sanè referri posſit Theognidis uersus, (μου.

ἀλλ' ἄγε δὴ σκύθα κεῖρε κόμην, ἀπόπαυε δὲ κω-

Nam

Nam Scythæ ἐκ γενετῆς φαλακροὶ γινόμενοι, in Melpomena, nihil huc pertinent, ut arbitror. προκόμιον, uerticalem iubam in equis nominauit Xenophon. Dicitur & illa accommodaticia coma φενάκη. Quidam galerũ interpretari fuerunt: & uerbum φενακίζειν, imponere ac fallere. Demost. κατ' Ἀνδροτίωνος· αὐτὶ φενακίζειν καὶ παράγειν ἐγχειρεῖ οὗτος. Artifices comæ dicuntur κομμωταὶ, & fœminæ κομμώτριαι. & κομμώματα Luciano. Quidã κεροπλάστας dixere. nam κέρας cirros accepere. Itaq; interpretantur illud Homericum, ιλ. λ΄.

τοξότα λωβητὴρ κέρα ἀγλαὲ παρθενοπῖπα.

Alij tamen maluere, superbum illum dici scientia arcus, qui de cornibus fieri solerent. Vnde & κεραοξόος τέκτων, ιλ. δ΄. qui arcus fabricaretur. Similiter et ἀγραύλοιο βοὸς κέρας, pilos bubulos accepere aliqui, ιλ. ώ. Sed hoc alij uerũ esse negant, de quo aliàs. κεροπλάστην etiã ornatorem comę interpretanť, quo sit usus Archilochus. De Sophocle autem Pollux ὀρθόκρανον φρίκην, interpretatur ὀρθότριχα. horrore enim erigũtur crines. cuius causam, in Problematis Aristoteles reddidit inter alias hanc, cogi frigore quodam, refugiẽte in terrore sanguine, cutem, atq; ita erigi pilos. Leguntur in Polluce duo etiam nomina calamistrationis: unũ, στεῖρα, à carinatione comæ. de altero, quod ibi scribitur ὑποδίπτερον, non habeo quid faciam, nisi ad uocabulũ ἱππεὺς referam: annotatum enim inuenio, ἱππέα etiam πρὸς κόμην τι fuisse. Sequuntur tonsores, κουρεῖς, qui & κορσωτῆρες, ἀπὸ τῶν κορσῶν, ἤγουν κοῤῥῶν, id est, à malis, seu genis. nam & in hoc uocabulo, cum σ fuit ρ permutatum: quemadmodum & μυῤῥίνας, τὰς μυρσίνας dixere. Pollux tamẽ annotauit, κόρσας ἀπὸ τοῦ κείρεσθαι, uocasse quosdam pilos. Nam & κορσοῦν interpretantur tondere. & κορσωτήριον, tonstrinam. & κορσοειδὴς, gẽma colore eo qui est caniciei. Horum officina, ut diximus, κουρεῖον, tonstrina. Instrumẽta uerò illius, id est, ὄργανα tonsorum. κτεὶς, pecten, quod & piscis nomen. & κτενίσαι, pectere. & κτένιον, pectunculus. ξυρὸν, nouacula: & ξυροθήκη, theca huius. Eadem & ξυροδόχη, ut δουροδόκη, Odyss. ά. Ionica mutatione crassæ literæ, hastæ receptaculũ, μαχαιρίδες, quæ & κουρίδες, & ψαλίδες, cultelli & forpiculi. De ijs qui nimis studiosi uiderentur mundiciæ & formæ, Comici dixere, κείρεσθαι διπλῇ μαχαίρᾳ, id est, duobus cultellis tondere. De quo genere iocatur Martialis lib. 8.

Dum iussus repetit pilos eosdem,
Censura speculi manum regente,
Expungitq; cutem, facitq; longam
Detonsis epaphæresin capillis,
Barbatus mihi tonsor est reuersus.

ἀκαρὲς, quasi ἄτμητον, dicitur minimum quiddam, quod ita minutũ sit, recidi ut nequeat. Aristoph. πλεῖστον ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ. Et ἀκαρὴς καιρὸς, breue momentũ. et πλοῦς ἀκαριαῖος, breuis nauigatio. ἀποκεκαρμένος, tonsus. ἀποκαρτέον, tondendum esse. κουριᾶν significare aiunt, prolixo esse capillo, & tonsurã qui requirat. & κομᾶν, neglecto capillo, & intonso: qui & αὐχμῶν, & πιναρός. Lucian. Timone, πιναρὸς ὅλος καὶ αὐχμῶν. & αὐχμηρὸς, & uerbũ αὐχμεῖν, Odyss. ώ. Homero, alijs αὐχμᾶν. Plutarch. in Alcibiade dixit, ἐν χρῷ κειρόντα, nisi fortasse uerum est, ἐν χρῷ κειρίαν ὄντα. ἀκερσεκόμης autem comatulos dixere Comici. λιπαροὶ sunt nitidi. ἐκτενισμένοι, & διεκτενισμένοι, pexi. nam uerbum est κτενίζειν, pectere. κτενιζομένους τὰς κόμας, de Spartanis, qui pecterentur ante prelium. Polymn. ἀκτένιστος, impexus. et ἀκτένιστος κόμη, Sophocli Oedipo Coloneo. Dicta & Aristophani κεφαλὴ περίθετος, quemadmodũ κόμη περίθετος. τὰς τρίχας παραλελέχθαι, ordinatos esse crines. Item ἄσμηκτος, sordidus & illotus. Caput enim σμήχεται, et σμᾶται, id est, lauatur & detergitur. ἀπαράλεκτος, turbato capillo. παραπλέκειν & ἀναπλέκειν τὰς τρίχας, colligere & flectere crines. & ἑψήσασθαι τὴν κόμην, calamistrare, itemq; fucare comã, id est βάπτειν, inficere. ξανθίζεσθαι & μελαίνεσθαι, flauam & nigram reddere comã. & μέλασμα τὸ τῆς κόμης βάμμα, id est nigrum, quo coma inficeretur. Ipse quidem Apollo ἀκειρεκόμης est, & Homero φοῖβος ἀκερσεκόμης, intõsis crinibus. Laudata coma est Euphorbi in ιλ. ρ΄.

αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι,
πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.

Vbi, ne simpliciter, quod elegantissimè dixit Poeta, intelligerent, fuisse comam omnibus gratijs plenam, fecere Gram-

matici nescio quod genus comptus, appellatum à Cyprijs & Macedonibus χάβιτες. Dixere & ἀμφιλαφῆ κόμην, copiosam. ἐν χρῷ κεκάρμαι autem sunt ἐν χρῷ κεκαρμένοι, id est rasi. Nam aut Attica flexione dixere in datiuo χρῷ, aut est ἀποκοπὴ pro χρωτί. Qui sic tondebantur, strictim, ut opinor, tonderi dicebantur, alij per pectinem. Cuius utriusque tonsuræ mentio fit in Captiuis. Propinquitatē significat figura Græca Thucydidi, ἐν χρῷ παραπλέοντα, quod & radere latine, et stringere.

—Læuas stringat sine palmula cautes. &,
Redit iter læuum interior. —

Apud Sophoclem Aiace,

ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ τοῦτο μὴ χαίρειν τινά.
Nam gaudia ad uiuum resecat hæc omnia.

Translatum est ad intimas animi ægritudines. Luc. ζεῦξιδ. ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προσπεφυκότα, inhęrentes matri. κουρᾶς, Odyss. χ. acceperę capillis. θρύσαντο μὲν ἔσω κουρᾶς. τίλλειν & παρατίλλειν τρίχας uellere pilos. & παρατίλτριαι, quæ uellerent. λειαίνειν & ψιλοῦν, leuia facere, quæ hirta sunt. Hoc fit ψιλώθροις, inter quæ celebris δρώπαξ. Et Latini quoque his uocabulis usi sunt. Et hinc sunt glabri, ac uulsi. In Curculione nominātur, uolsellæ, pecten, speculum, calamistrū, axitia. linteum. In Captiuis, inuolucre, linteum quod tondentibus inijcitur, ne uestes maculentur. Latini etiam cinifiones, capillorum infectores appellarunt, à cinere, ut quibusdam placet. Sed calamistrum interpretātur non rectè, ut opinor, καλαμῖδα, quæ implexio potius fuit quædam, qualis cicadæ. Calamistrum uerò acum significat, quo calefacto crines reddidere crispos, quos περίφρασι Maro 12.

Vibratos calido ferro. —

Dicuntur & agri κείρεσθαι, cum hostiliter uastātur. Herod. μελλήσειν οὐδὲν ἡμῖν ὅτι ἄστεα, οὔτε γῆ πεφυτευμένη ἔστι, τῶν πέρι δείσαντες μὴ ἁλώη ἢ καρῇ, τάχιον συμμίσγοιμεν ἂν ὑμῖν: Nobis neque urbes sunt, neque culta arua, de quibus soliciti, ne aut capiantur, aut uastētur, uelimus maturare prelium. Odyss. χ. ὅτι μοι κατεκείρετε οἶκον, uastam reddidistis domum. & Odyss. β. κείρετε. Apud Virg. Tondent dumeta iuuenci. Apud Sophoclem uerò Aiax ἔκειρε πολύκερων φόνον, quasi metendo concidit armenta. In locis pilosis nascuntur φθεῖρες, id est pediculi. Quæ animalia pilos non habēt, ea aut prorsus leuia sunt, ut anguillæ, quæ est λειότης: aut habent λεπίδας, id est squamas: aut φολίδας, eaque sunt φολιδωτά, id est, ut uertit Gaza, quę corticem habent. Est autem φολὶς in reptantibus humi, quæ λεπὶς in natantibus: sed durior, ut draconū. Plinio, quæ animal pariunt, pilos habent: quæ oua, pennas, aut squamas, aut corticem: aut testam, ut testudines: aut cutem puram, ut serpentes. Erinaceorum autem sentes magis unguium, quàm pilorum similitudinem habent. In 4 περὶ μορίων, distinctio hæc breuiter exponitur, animalia quædam esse τριχωτά, quædam φολιδωτά, quædam λεπιδωτά.

θινά. & rursum, πότερον εἴδωλον καὶ ψεῦδος ἀποτίκτει τοῦ νέου ἡ διάνοια, ἢ γόνιμόν τε καὶ ἀληθές. Ab hoc est εἰδωλοποιεῖν, & Grammaticis εἰδωλοποιΐα. ut Famæ, ὄφις, λίθος. & ἐσιδεῖν, aspicere. κατιδεῖν, conspicari. προϊδεῖν, præuidere. ὑπεριδεῖν, despicere. Thucyd. ς. αὐτὸν κατά τε τὴν νεότητα ὑπεριδόντες, despecta iuuentute ipsius. εἰδόμενος autem est similis, qui formam quandam induit. ut Pallas Homerica, Μέντορι εἰδομένη. & Iuturna Maronis, Formam assimilata Camerti. περιιδεῖν, negligenter ferre. μελπομένῃ· ὑμεῖς μὲν μηδενὶ τρόπῳ ἐκ τοῦ μέσου καθήμενοι, περιίδητε ἡμᾶς διαφθαρέντας: Vos igitur nullo modo negligenter feretis, ociose in medio residentes, interitum nostrum, uel patiemini nos interire. Et Isocr. Busir. εἰ σὺ δὲ αὐτῶν γεγονότας περιεῖδεν οὕτως ἀσεβεῖς, καὶ ἀνόμους ὄντας;. Significat enim pati, ac permittere. Herodot. ἐλεεῖ περιιδεῖν αὐτὸν ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ στάντα ἐν τοῖς ἑδωλίοισι ἀεῖσαι: Pati ut in transtris cum ornatu omni consisteret, & caneret. Et μελπομένῃ, καὶ ὁ ἁμαξῶν οὐκ ἀπαθὴς ὤν, ἀλλὰ περιεῖδεν χρήσασθαι. Thucyd. uero lib. 4. dixit, περιιδεῖν τὸ μέλλον, speculari euentum. συνιδεῖν, intelligere. κατιδεῖν, idem, &c. ἀθρεῖν, aspicere. θεᾶσθαι, spectare. unde θέαμα, spectaculũ: & θέα. Xenophonti Conuiuio sunt ἀξιοθέατα, digna spectatu. & συνθεᾶσθαι, conspicari. Polyb. lib. 1. τῶν γὰρ ῥωμαίων συνθεασαμένων ὑπὸ λιμοῦ ἐκτετακμένους τοὺς καρχηδονίους. & θέατρον, theatrum. & ἀμφιθέατρον, & θεατρεῖον. Item ἐκθεατρίζειν, ostentare, & quod dicunt traducere. ut Polyb. οἱ γὰρ πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα τῶν εὐτυχούντων οὐ πειρῶνται μιμεῖσθαι, τὰ δὲ πάρεργα ζηλοῦντες ἐκθεατρίζουσι τὴν ἑαυτῶν ἀκρισίαν: Vulgus felicitatis actiones imitari non studet, sed quædã leuia opera illius magni faciens, sui iudicij prauitatem spectandam proponit. & θεατής, spectator. & θεωρὸν hinc deducit Pollux. & θεωρίαν, ludos. & θεωρικόν. Sed θεωρεῖν, quod significat sacra celebrare. & θεωροί, qui publicè cùm Delphos, tum alió mitti solebant. & θεωρικὴ ὁδός, & θεωρὶς ναῦς, ἐτυμολογοῦνται à Polluce, ἀπὸ τοῦ πρὸς θεοὺς ὀρέγειν, ἢ ὁρμᾶν, ἤγουν ὁδεύειν, à cursu ad deos. Thucyd. lib. 8. καὶ οἱ ἀθηναῖοι, ἐπηγγέλθησαν γὰρ, ἐθεώρουν δὲ αὐτά. quod interpretãtur, θεωροὶ ἐγένοντο. Et θεωρεῖν, cogitãdi uim significat, positam in scientia & contemplatione ueritatis; in quieta uita. Duplex enim est uirtutis uis, secundum Peripateticos, ut Cicero in Partitionib. interpretatur. Aut enim sciẽtia cernitur uirtus, aut actione. Idem ad Atticum lib. 2. Nunc prorsus hoc statuo, ut quoniam tanta controuersia est Dicæarcho familiari tuo, cum Theophrasto amico meo, ut ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longè omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικόν, utrique à me mos gestus esse uideatur: puto enim me Dicæarcho affatim satisfecisse. Respicio nunc ad hanc familiam, quæ mihi non modò, ut requiescam, permittit: sed reprehendit, quia non semper quieuerim. & ἀθεώρητοι, á scientia alieni. Xenophonti autem παραθεωρεῖν significat cõparationem in contemplando, ἀπομνημονευμάτων ultimo, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους παραθεωρῶν ἐμαυτόν, Et cõtemplans me in comparatione ad alios. θεατόν, τὸ ὁρατόν. & ἀθέατον. & δυσθέατον ὅραμα, Sophoc. Aiace. & θεάτρια, spectatrix. θηήσασθαι, Odyss. i. cõtemplari, & suspicere, id est admirari,

— ἔνθα κ' ἔπειτα καὶ ἀθάνατός περ ἐπελθὼν
θηήσαιτο ἰδὼν, καὶ τερφθείη φρεσὶν ᾗσιν.
ἔνθα στὰς θηεῖτο διάκτορος ἀργειφόντης.

Aliqui fecere sine causa discrimen. θηήσαιτο, ut sit contemplaretur: θηεῖτο, suspiciebat: cum mox sequatur,

αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντα ἑῷ θηήσατο θυμῷ.

σκοπεῖν significat σκέπτεσθαι, considerare. Soph. Philoct. σκοπῶ κἀγὼ πάλαι. & ἀνασκοπῶ, idem, & speculari. & σκοπιάζειν, idem. Theocrit. αἰπόλον' (πτύς. ὧπερ τὼς θύννως σκοπιάζεται ὄλπις ὁ γρι- & σκοπιά, specula. & σκοπός, Il. β. & κατάσκοπος, speculator, explorator. & σκοπός, signũ quod oculi spectant, cum collineare uolunt. Pind. ὀλυμπ. β. ἐπέχε νῦν σκοπῷ τόξον. Et εὔσκοπος, certus, & ἀπὸ σκοποῦ, aberrationem significat. Odyss. λ.

οὐ μὴν ὕμμιν ἀπὸ σκοποῦ, οὐδ' ἀπὸ δόξης
μυθεῖται βασίλεια. —

Transfertur & ad consilium, atque propositum animi, & finem operum. σκοπιωρεῖσθαι in uespis significat κατοπτεύειν, & φυλάττειν, id est obseruare, & custodire: uel ut alij, ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς θεωρεῖν, de editiore loco speculari. Et ἄσκοπος ἡ λώβα, Soph. Electra, lues mortis, quæ præuideri non possit. & ἄσκοπος τύχη, fortuna incerta.

& Il. α.

& ιλ. ώ. ὅτι γάρ ἐσ᾽ ἄφρων, οὔτ᾽ ἄσκοπος, οὔτ᾽ ἀλιτήμων, non imprudēs. Et piscis οὐρανοσκόπος, de erectis in cœlum oculis. & τηλέσκοπος αὐγὴ πυρός, Hesiodo, longè apparens splendor ignis. προσκοπεῖν, prouidere. & πρόσκοποι, exploratores. παιδείας δ᾽. προπέμψας οὖν ὁ Κῦρος προσκόπους σὺν δυνάμει: Præmissis exploratoribus, & parte copiarum. οἰωνοσκόποι, & ὀρνιθοσκόποι, augures. μετωποσκόποι, ex facie de homine addiuinātes. ut Plin. lib. 35. cap. 10. Nam φυσιογνώμονες sunt, qui ex oris & totius corporis habitu pronunciant de ingenio & fortuna hominum: sicut παλμοσκόπος, qui de commotione aut trepidatione membrorum uaticinatur, ut cum oculus salit. ἐπίσκοπος, intentus. ἐπίσκοπον τῶν ὀϊστῶν, & ἐπίσκοπα τοξεύοντα, non aberrantem à signo, Herod. Thalia. & ἄτης τὸν δ᾽ ἐπίσκοπον μέλος, directum carmen in pestem illam dicit Soph. Aiace. Et præses, siue inspector. νόμ. ς. τούτων δὲ οἱ νομοφύλακες ἐπίσκοποι ἀκριβῶς ἔστωσαν. Et ιλ. ω. defensorem & præsidem urbis interijsse queritur Andromache:

— ἦ γὰρ ὄλωλας ἐπίσκοπος, ὅς τέ μιν αὐτὴν
ῥύσκευ, ἔχες δ᾽ ἀλόχους κεδνὰς καὶ νήπια τέκνα.

Fuit & magistratus Atticus ἐπίσκοπος, id est prętor, qui mittebatur ad ius dicendum in ea oppida, quę sub ditione & imperio erant Atheniensium. Aristoph. Auibus,

ἐπίσκοπος ἥκω δεῦρο τῷ κυάμῳ λαχών.

Item ἐπισκοπεῖν, inspicere & obseruare. & ἐπισκοπή, præfectura & custodia. & ἐπίσκοποι apud Indos, quorum esset munus uidere, quid in quaq; regione fieret, ut cognita ad reges uel magistratus referrent: ut legitur in Arriano, lib. 8. ἐπισκοπῶ, inspicio, & uiso. ut κατὰ κόνωνος, λέγε τὴν τοῦ ἰατροῦ μαρτυρίαν, καὶ τὴν τῶν ἐπισκοπούντων: Testimonium medici, & qui uenerunt ad me uisendum. Item cōsidero. Lucian. Sectis, ἰδὲ δὴ καὶ ἑτέρως τὸ αὐτὸ ἐπισκόπησον. & apud Sophoc. Aiace, ἰχνοσκοπούμενος, inuestigans. ἡμεροσκόπους φύλακας, diurnam custodiā dixit Aristoph. ὄρνισι. & μετεωροσκοπεῖν, cœlum intueri, εἰρήνῃ. Cæsar autē, speculatoria nauigia, lib. 4. belli Gallici. βλέπω, cerno. ἐμβλέψαι, intueri. καταβλέπειν, obtueri, & propriè despicere, id est oculos demittere. παραβλέπειν, limis intueri, & falli in uisu, ἀναβλέπειν, respicere, & propriè oculos sursum attollere. ὑποβλέπειν, ὑποβλέπεσθαι, auersari. Lucian. Conuiuio: ἀλλὰ καὶ ὁ ἐπικούρειος ἕρμων παρῆν, καὶ εἰσελθόντα γε αὐτὸν εὐθὺς ὑπέβλεπον οἱ στωϊκοί, καὶ δῆλοι ἦσαν ὥσπερ τινὰ πατραλοίαν, καὶ ἐναγῆ μυσαττόμενοι. Plato Critone, καὶ ὅσοι περ κήδονται τῶν αὐτῶν πόλεων ὑποβλέψονταί σε διαφθορέα ἡγούμενοι τῶν νόμων. ἀντιβλέπειν, contrà aspicere: ut cōtra Solem, & potiores. Xenoph. ἑλλ. ε. ἐγὼ μὲν τῷ ἐμῷ πατρὶ οὐδὲ ἀντιβλέπειν δύναμαι. Et προσβλέπειν. ut in Mostellar. Aspice dum contra me. quod Euripides Iphigenia Aulidēsi, βλέψον εἰς ἡμᾶς. Hoc enim confidentiæ esse putatur, & in manifesto facinore, impudentiæ. ut in ὁδοιπόροις Theocriti:

— μέγα δ᾽ ἄχθομαι, εἰ τύ με τολμῇς
ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι ποτιβλέπεν, ὃν ποκ᾽ ἐόντα
παῖδ᾽ ἔτ᾽ ἐγὼν ἐδίδασκον. —

Xenoph. ἑλλην. ζ. ἄνδρες πολῖται, νῦν ἀγαθοὶ γενόμενοι, ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς τοῖς ὄμμασιν. Et Eurip. Hecuba, (ραῖς.
κ᾽ οὐκ ἂν δυναίμην προσβλέπειν σ᾽ ὀρθαῖς κό-

Et in Cyclope Eurip. βλέπ᾽ ἄνω, καὶ μὴ κάτω. Significat etiam, ut ὁρᾶν quoq;, spectare, id est fretū esse. ut cum ille ait, Nihil pericli est, me specta. Soph. Electra, εἰς σὲ δ᾽ ἦ βλέπω, id est, te freta sum. & paulo antè, μηδ᾽ ἐν δ᾽ ἐκεῖνον γ᾽ ὅρα, Ne illū spectes. ἀποβλέπειν, suspicere et spectare. Xenoph. ἑλλ. ς. ἡ σὴ πατρὶς εἰς σὲ ἀποβλέπει, de te pēdet. & paulo pòst, μὴ εἰς νησύδρια ἀποβλέποντας, ἀλλ᾽ ἠπειρωτικὰ ἔθνη καρπουμένους: Non paruas insulas spectātes, sed fruentes totis terris & nationibus. Isocr. ἑλένης ἐγκωμίῳ, οὐ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀποβλέψας. & πρὸς Φίλιππ. ἀποβλέπειν εἰς τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμὴν δεῖ. & ἀποβλέπεσθαι, idem. ἀπόβλεπτος, spectatus, conspicuus. Idem & περίβλεπτος. Xenoph. Conuiu. σὲ δὲ ταῦτα περίβλεπτός τε καὶ ὀνομαστὸς ἔσεσθαι, καὶ ἐν ἕλλησι, καὶ ἐν βαρβάροις: Fore ut celebris sis & in oculis omnium, tam Græcorum, quàm Barbarorum. Etiam in calamitate, ut Isocr. περὶ ζεύγους. Dicūtur & hæc ταυρηδὸν ὑποβλέπειν, toruum obtueri. Itemq; τραγικὸν βλέπειν, tragicum, id est triste & horridum. & φοβερόν τι καὶ ἀπειλητικὸν προσβλέπουσα, Lucian. κατάπλῳ. & Eurip. Alcest.

οὗτος, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις;
Quid tu seuerum & cogitabundum aspicis?

Plaut. idem in Milite paulo aliter, Quo

ſupercilio ſpicit: Hoc enim uerbo ſpicio, ſeu ſpecio: unde ſpecies, id eſt εἶδος: & ſpecioſus, id eſt formoſus, εὐειδής: & ſpecimen, δεῖγμα: poſteriores ſimplice quidē uſi non fuere. Item Eurip. Medea,

ἤδη γὰρ εἶδον ὄμμα νιν ταυρουμένην.

Iam uidi enim illius oculos toruescere.

Toruum enim à Tauris uerisimiliter ἐτυμολογεῖται. Et rurſum,

καί τοι τοκάδος δέργμα λεαίνης ἀποταυροῦται δμωσίν.

Toruum dicit aſpectum intorquere illam famulis, quaſi leænæ, quæ catulos habeat. Item ὀξὺ βλέπειν, acutum cernere. βλέμμα, & ἀνάβλεμμα, & reliqua, ut πρόβλεμμα, ἀπόβλεμμα, quorum ſignificationes de uerbis manifeſtę ſunt. Apud Ariſtophanem βλέπος, & βλέπησις, & ἀτενὲς βλέμμα. & ἔντονον, intentum. & ἱστικὸς atq; σώφρον, placidum & modeſtum uultum dixere. Itemq; ὑγιαῖνον, σεμνόν, ἀνδρῶδες, ἀνδρεῖον, ἀρρενωπόν, ἀπειλητικόν, ſanū, ſeuerum, grauem, fortem, uirilem, minacem. Item Ariſtoph. Pluto:

ἀλλ' οὐδὲ τὸ βλέμμ' αὐτὸ κατὰ χώραν ἔχει,
ἀλλ' ἐστὶν ἐπίδηλόν τι πεπανουργηκότι.

De uultu uario & inconſtante dixit, in conſcientia mali facinoris, ſecundū hoc,

Heu quàm difficile eſt, crimen non prodere uultu.

Et βλέμμα ὑγρόν, θηλυκόν, ἄνανδρον, θῆλυ, θηλυπρεπές, γυναικεῖον, αἰσχρόν, ἀναπεστραμμένον: uultus mollis, fœmineus, ignauus, muliebris, turpis, peruerſus. Et quod de Cteſia Pollux retulit, ἀναβάλλειν τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν, obuertere albū oculorum. quod Teutones de ijs dicere ſolent, qui exanimantur. κατάβλεψ autem ἑρμῆς, refertur ex Archelao quopiam, ab Athenæo, lib. 9. deſpectās. Et animal uirulentum Aethiopiæ, apud Plinium Catoblepas, lib. 8. cap. 21. In Pluto hæc leguntur,

βλέποντ' ἀποδείξω σ' ὀξύτερον τοῦ Λυγκέως. &,
θαῤῥεῖ. βλέπειν γὰρ ἄντικρυς δόξεις μ' Ἄρη.

Martem, id eſt Martium quiddā, & terribile, ſe uelle obtueri dicit. Et ὄρνισι, πυῤῥίχην βλέπων, bellicum intuens. Et in Acharnenſibus:

— βλέπουσα θυμβροφάγον.

id eſt, ſimplex & ruſticum. &,

ἰὼ Λάμαχ', ἰὼ βλέπων ἀστραπάς.

fulmineum quiddam obtuens. Et Pindaro, φοβερὰ βλέπων & γοργὸν ἀποβλέπειν, Luciano Sectis, acre intueri. Item ἀτενὲς βλέπειν, & ἀτενίσαι, intentis oculis contueri. quod Cicero prouerbiali figura poſuit, pro Flacco: Vt totam cauſam quàm maximè intentis oculis, ut aiunt, contemplemini. βλέπειν etiam uiuere ſignificat, id eſt lucē aſpicere. Soph. Aiac.

— ἴσως τοι κεἰ βλέποντα μὴ 'πόθουν
θανόντ' ἂν οἰμώξειαν ἐν χρείᾳ δορός.

Propria etiam, βλεψίδημος, & βλεψίας, quod nomen & piſcis reperitur: & βλέπυρος. & βλεπεδαίμων, ſtrabus, quaſi attonitus, ut dictum eſt. δέρκω, cerno. unde & δράκοντες dicti, quòd acutiſsimo ſint uiſu. Sed & δέρκομαι idem ſignificat. Ιλ. ρ'.

πάντοσε παπταίνων ὥστ' αἰετός, ὅν ῥά τε φασὶν
ὀξύτατον δέρκεσθαι ὑπουρανίων πετεηνῶν.

Et δέρχθη, uidi, in Aiace Sophoclis. Significat enim παπταίνειν circunſpicere, Homero. & λεύσσειν, uidere, id eſt conſiderare. Sic enim interpretantur Ιλ. α'.

λεύσσετε γὰρ τό γε πάντες ὅ μοι γέρας ἔρχεται ἄλλῃ.

ἀδέρκτον, inuiſum. ut Cicero Partit. Aut inuiſum, aut inauditum, aut nouum. Et inuiſa uiris ſacra, alibi, id eſt, nō uiſa. Inuidiam etiam ab inuidēdo, id eſt intuendo, Cicero deducit, 3. Tuſc. Et ἀδερκτῶς, ſi aſpectus uitetur. & δέργμα, aſpectus. & πῦρ ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς, Οδυσ. τ'. de trucibus apri oculis. Itemq; ὀξυδερκεῖν, acutum cernere. & nomen ὀξυδορκής. Significat & ἀθρεῖν, aſpicere, atque oculis ueſtigare. & ἀναθρεῖν, ἀνασκοπεῖν. Thucydid. lib. 4. τὰ ἔργα ἐκ τῶν λόγων ἀναθρούμενα, interpretantur, φανερὰ γινόμενα, id eſt, apparentia facta de dictis. Eurip. Hecuba,

ἰδέ με κἀνάθρησον οἷ' ἔχω κακά.

Aſpice, ac conſidera. Item παπταίνω, circunſpicio. Ιλ. δ'. παπταίνων ἥρωα Μαχάονα. Et Plutarchus ῥωμαϊκοῖς ex Parmenide,

αἰεὶ παπταίνουσα πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο.

De Luna, quam ſemper reſpicere ille diceret ſplendorem Solis. ἀτενίσαι, & ἐνατενίσαι, oculis intentis aſpicere. Dixere & ὦπας, oculos, quaſi ὀπὰς τινὰς, id eſt foramina. & ὦπα τὴν πρόσοψιν. Heſiod.

— ἀθανάτους δὲ θεοὺς εἰς ὦπα ἐίσκειν.

Hinc ſunt & quædam ſuprà commemorata, & hæc quoq;: ὀπωπή, uerbale ab ὄπωπα, uiſus, id eſt oculi. Apollon. in 2.

— γυμνὴ δ' ἀπέλειπε τ' ὀπωπή.

Dicit enim oculos fuiſſe denudatos

Amyci,

Amyci, palpebris diruptis ictu Pollucis. μονῶπα πῆμα γῆς, Polyphemum μονόφθαλμον dixit Eurip. ἀντωπεῖν, contrà intueri. & ἀντώπιον, contra. Apoll. lib. 4. & 2. ἀστωποὶ ἀνέμοιο νέον λήγοντος ἔκελσαν. id est ἀντιπρόσωποι. &,

ἀστωπὸς δ᾽ ἐγένοντο νεῶν. — Ιλ. ό.

Et ὑπώπια, quæ alio nomine ὑποφθάλμια, ossa iuxta nasum, subiecta oculis: fortasse genæ, ut Cicero ait, ab inferiore parte subiectæ, leuiterque eminentes. Homero συνεκδοχικῶς facies. Ιλ. μ'.

ἴκελος θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια. —

Hoc uocabulũ etiam suggillata: & uerbum ὑπωπιάσαι, suggillare significat. In epistola Paulina ad Corinth. alij aliter sunt interpretati: sed omnino afflictionem corporis uidetur notare. Itemque in cap. 18. Lucæ, ubi afflictationem & molestiam significat. Etsi in exemplis ὑποπιάζειν ferè legitur, composita præpositione cum uerbo πιάζειν. Simili forma factus est αἴσωπος, qui esset ore nigro. & ὕσσωπος, ac ὑσσωπον, herba ocularia quædam, ὥσπερ ὑόμενον, τουτέστι χεόμενον ὑπὸ τῇ ὦπα. & πυρωπὸς, gemmæ nomen, ab aureo fulgore. & ἀστρωπὸς σελήνα, Hippolyto. & εὐρώπη, proprium. δυσωπεῖσθαι uereri significat, & suspectum habere: & δυσωπία, pudorem peruersum & uitiosum, reprehẽsum à Plutarcho ἐν τῷ περὶ δυσωπείας. & εὐδυσώπητος, facilis, atque obsequiosus. Reperitur uerbum, in usu quodam uulgari, & in hortandi & supplicãdi significatione, actiua forma. Atque ita usus est Lucianus quoque: ἀλλ᾽ ὥστε μὴ ἀποκτεῖναι δεινῶς αὐτοὺς ἡ θεὸς ἐδυσώπει, χαμαὶ καθημένη, καὶ οὐκ εἶχε ὅπως ὁδεύει: Sed ne me interficerent, ipsa dea flagitabat, quæ humi residẽs, ingredi non posset. προσωπίδα Pollux quasi personã quandam muliebrem esse ait. μυωπία, uitium oculorum, de quo suo loco dicetur. & προώπια, obiecta quædã ob oculos equorum, αὐτόλια à quibusdam uocata. ἐξώπιος, è conspectu. Eurip. Supplicibus,

— ἢ δόμων ἐξώπιος

βέβηκε παιδ᾽ ἀσκοπα. —

ἐνώπια, parietes interpretãtur uicino ostio, qui hoc aperto resplendescant admisso lumine. Ιλ. θ'.

(τα.

ἅρματα δ᾽ ἔκλιναν πρὸς ἐνώπια παμφανόωντα. & ἐνώπιον, coràm. & κατενώπα ἰδὼν, Ιλ. ό. contra illos uersis oculis. Pollux de Tragœdia annotat, & προνώπια, & αἰώπια, quæ ante ostia, & supra essent. ὀπὴ quidem foramen dictum uolunt, quòd per illud transeat uisus. & ὀπαῖα, furni quasi canna. & μετοπαὶ, ac μετόπια, in triglyphis. Etiam ἐνώπας, à foraminibus dictas uerisimile, inaures. προνώπης, in Alcestide, quæ iam ad lucem amittendam tenderet. Nam & νώψ, ut interpretantur, debilem & deficientem lumine scilicet significat: sed procliuitatem, seu pronitatem uocabulum notat. ut Andromacha,

ἄγειν προνώπης εἰς τὸ λοιδορεῖν φέρει.

προνώπιον in Hippolyto interpretantur πρόθυρον, hoc est uestibulum. In Bacchis autem est πρόνωπος, foris obuersans. & ὀξυωπὴς, apud Athenæum 6. acuti uisus. Et Luciano Icaromenippo, αἰετὸς ὀξυωπέστατος, aquila acutissimi uisus. Hesiodi est ζῆλος στυγερώπης, nam Inuidiæ uultus tristis. Et κύριοι δεινωποὶ, à toruitate. δεινῶπες autẽ Eumenides, Oedipo Coloneo. & σκυθρωπὸς, tetricus. σκυθρὸς ὢν τὴν ὦπα, id est, uultu turbido, quæ facies reprehenditur. Itaque Demonico & hoc præcipit Isocrates, ἐθιζε σαυτὸν εἶναι μὴ σκυθρωπὸν, ἀλλὰ σύννουν. περιωπὴ, ut diximus, specula. & ἐνωπῇ, palàm. Ιλ. έ. ὦπις autẽ, quæ & οὖπις, Callimacho εὐῶπις, formosa, famula Dianæ in Aeneid. 11. à luce, ut uidetur, Lunæ. Et Ιλ. λ'. est γοργὼ βλοσυρῶπις, torua. & eidem poetæ γλαυκῶπις Minerua, & βοῶπις Iuno: illa cæsijs, hæc grandibus oculis, quæ & suprà retulimus. καλλωπίζεσθαι mulierũ est, & transfertur ad ostentationes. Sed & καλλωπιστὴς apud Isocratem reprehensus, & distinctus ἀπὸ τοῦ φιλοκάλου τῇ περιεργία. & καλλωπισμοὶ, ac καλλωπίσματα, artificia formæ, in quibus sunt medicationes faciei. & nominatur à Polluce ἐντριμμα, tritum. ψιμμύθιον, cerussa. ἔγχουσα, quæ herba similis traditur esse anchusæ, succum de radice emittens sanguineum. unde et ἐγχουσίζεσθαι uerbum, enchusa pingi. Xenophon Oeconom. ἰδών ποτε αὐτὴν ἐντετριμμένην πολλῷ μὲν ψιμμυθίῳ, ὅπως λευκοτέρα ἔτι δοκοίη εἶναι, ἢ ἦν· πολλῇ δὲ ἐγχούσῃ, ὅπως ἐρυθροτέρα φαίνοιτο τῆς ἀληθείας, id est, candorem cerussa, ruborem enchusa augentẽ. φῦκος, fucus. Theocrit. ἀδωνιαζούσαις, πάντα νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων.

Lucianus φύκιον & ψιμμύθιον dixit, de componenda histor. Et generaliter pigmenta, ὑπογράμματα. στίμμι est stibium. Dixere & στίμμιν fœmin. genere. ut Ion,

καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον.

quia supercilia hoc nigro inficerentur. Esse putāt id, quod Antimomum nunc appellant. Reliquę in Polluce elocutiones sunt huius rei. καπηλείαν ἀσκεῖν τοῦ προσώπου, mangonicam in ore facere. & πρόσωπον περιχρίειν, oblinere faciem. ἐντρίβειν, aliquid interere. καλλιγραφεῖν, formā pictura conciliare. φύκει πυρσαίνειν, fuco rutilā: ψιμμυθίῳ λευκαίνειν, cerussa albam faciem reddere. τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφειν, oculos pingere. Apud Xenophontem ὑπαληλιμμένους ὀφθαλμοὺς legimus. τὰς ὀφρῦς μελαίνειν, nigro inficere supercilia. εἰς γραμμὰς ἡμικυκλίους περιάγειν, ad lineas dimidiati orbis obducere. γεωμετρεῖν περὶ τὸ ἐπισκύνιον, geometriam exercere in supercilijs. ῥόδον ταῖς παρειαῖς φυτεύειν, rosam in genis conserere. Id uocat, αὐθωρὸν ἀνθοῦν, καὶ θᾶττον ἀπανθοῦν, quod momento floreat, & celerius deflorescat. κατὰ τὸ ὁλόκρανον οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρειν, in capitis orbe non gestare faciem, sed personā. φύσεως προκρίνειν τέχνην. ἀληθείας ψεῦδος, τοῦ πεπηγμένου τὸ ῥᾳδίως ἀπαλειφόμενον τῶν πραγμάτων γράμματα, εἰκόνα τοῦ πρωτοτύπου: Anteponere artificium naturæ, ueritati mendaciū, firmo euanidum; rebus picturam, imaginem uiuæ figurę. Stercoris autem crocodilei usus fuit ad illustrandam candore faciem singularis. cuius & Horatius in Epodo meminit. De terrestri autem crocodilo collectum illud satis constat: atq; haud scio, an Pharij piscis mētione Ouidius nequaquam hoc significarit in Arte sua, ut quibusdā uisum. ἰλλοὶ etiam strabones dicuntur, & lusciosi, à poetis. & ἰλλώπτειν, ac κατιλλώπτειν, oculos in derisione distorquere. & διαγοιδιλλεῖν, τοὺς ὀφθαλμοὺς παραβάλλειν, id est, conniuere oculis: & limis oculis, id est, τοῖς πλαγίοις contueri. Apollonio significat cōniuere, ut sagittarij solent, quo certius collineent. lib. 3. ὀξέα δ' ἀγοιδιλλων. ἐπιλλίζειν, oculos in subsannando uel indignatione cōprimere, aut peruertere. Apollonius lib. 1.

καὶ μιν ἐπιλλίζων ἠμείβετο κερτομέοισιν.

& lib. 3.

ἀλλὰ καὶ ὥς φθιμένη μοι ἐπιλλίξουσιν ὀπίσσω.

ἴλλον enim strabonem interpretantur. Homero Od. ς'. significat nutu instigare.

οὐκ ἀΐεις ὅτι δή μοι ἐπιλλίζουσιν ἅπαντες
ἐλκέμεναι δ' ἐθέλοντες. —

Nisi forte est ἐπιλλίζουσιν hoc loco sibilis instigant. Sophocli certè ὑπίλλειν mulsitare significat. Antigona,

σοὶ δ' ὑπίλλουσιν στόμα. — id est, tua gratia os comprimūt, uel tibi peruerso sermone assentantur, ut aliqui maluerunt. ἰλλὰς etiam Ionicè oculos dictos ait & Hippocrati ἰλλαίνειν, oculis esse peruersis. & αἰλλωμα, ἀνάβλεμμα. Est & ἶλος nomen regis Troiani. Eustathius autem μυλλὸν facit, quasi μυίλλον, strabonem. Athen. in ζ'. ἰλλεσθαι interpretatur εἴργεσθαι, id est excludere, seu cohercere. At σιλλαίνειν, mouere oculos per ludibrium. Vnde poemati mordaci nomen inditū Sillis, quorum autor Timon fuit. οὐχ ὁ λεγόμενος μισάνθρωπος, ἀλλὰ φλιάσιος τις γενόμενος. Interpretantur ἰλλώπτειν & σκαρδαμύσσειν, nictare. unde est prouerbium ἀσκαρδαμυκτὶ βλέπειν, de quo postea. Significat autem παραβάλλειν τὸν ὀφθαλμὸν, detorquere oculum, ut faciūt, qui διεστραμμένοι dicuntur in Aristoph. ἱππεῦσι. κύπτειν significationem habet speculationis. Hinc ἐγκύπτειν, περικύπτειν, & παρακύπτειν. & prouerbium, ἐξ ὄνου παρακύψεως. Est autem παρακύπτειν, negligenter & fortuitò respicere. ut in prima Philippica Demost. καὶ παρακύψαντα ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως πόλεμον: Vbi forte conuerterunt oculos ad bella patrię. ὑπερκύπτειν, super id quod directum aspectū prohibet, prospicere. Plato Euthydemo, ὑπερκύψας μέν τοι κατεῖδον, dicit se super alios prospectantem conspexisse. & ὑποκύπτειν, summittere. ὑπόκυπτε τὰν τύλαν, summitte callū humerorum, Acharnensibus. & absolutè, φασὶ τὰς μὲν ἐθέλοντί τῶν πόλεων ὑποκυψάσας, τὰς δ' ἀνάγκῃ προσηγάγοντο: Alias urbes ultro se summittētes, alias ui occuparunt. & ἀνακύπτειν, prospicere. Plato Theæteto, καὶ εἰ αὐτίκα ἐντεῦθεν ἀνακύψειε μέχρι αὐχένος, Si hinc iam ceruice tenus prospiciat. Euthydemo: ἐγὼ, ᾔδειν γὰρ ὅτι ἐξ αὐτῶν κακὸν τι ἀνακύψοιτο τῶν ἐρωτημάτων: Fore ut aliquid se belli proferret. Et περιψυχέξει, ἐλευθερωθεὶς ἀνέκυψε: Libertatem nactus, oculos aperuit, παροιμιωδῶς. ὡς τὰ βιβλία ἐπίλεν.

ὑπερκεκυφότα, incumbentē lectioni librorum, dixit Lucianus Sectis. κεκυφότες autem εἰς γῆν, tanquam bestiæ, Plato in 9. Rerumpubl. In Vespis κάτω κύπτων, humum intuentem in pertinacia notat. Et legitur de Christo, κατακύψας, in historia de adultera muliere. Et ιλ. ρ΄. πρόσω δὲ κατέκυψε, de procubitu, seu declinatione. ὑποκύψαντες ὑπὸ τὰ τῶν πέλας κακὰ, intuiti mala aliorum, in Polymnia. & συγκύψαντες, de consensione. In oratione pro Ctesiphonte appellatur per conuicium Aeschines γραμματοκύφων, qui pueros literas docuisset in paterno ministerio. Aristoph. Equitib. εἰς ἓν συγκεκυφὸς, de conspiratione dixit. Et uerbo κύπτειν est usus in significatione pudoris: nam tum solent oculos in terram defigere. ὅτ᾽ ἐστὶ κύπτειν; Inuidere autem à uidendo esse factum, docuit Cicero, ut retulimus, id est nimirū βασκαίνειν, de quo aliàs. Sed φθονεῖν, & Ionicè μεγαίρειν, propriè id in lingua græca significat, quod in communi usu latinæ inuideo. Oculis φαίνεταί τι, id est, apparet aliquid, seu uidetur.

—οὐδέ τις ἄλλη
φαίνετο γαιάων.— Οδυσσ. μ΄.
—Nec iam amplius ulla
Apparent terræ.—

& φάσματα, uisa: uel ut Catius quidam uertit, spectra. & φάντασμ᾽ Ἀχιλλέως, Eurip. Hecuba. Et uerbum φαντάζομαι, φαίνομαι, & ἰνδάλλομαι. & quod dixere Latini, imaginor. Vnde φαντάσματι, imaginationi, posuit Plato Cratylo. Herodot. Μελπομένῃ, ἀφανισθέντων δὲ τούτων τὸ πάμπαν ὡς οὐκέτι ἐφαντάζοντο σφι, Cum nusquam magis apparerent. Et cōspicuum esse. Idem Polymn. ὁρᾷς ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ θεὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι. Eurip. Andromacha, μὴ πρόσθε φαντάζου δόμων, ne uerseris in conspectu hominum ante ædes. φαντάζομαι in Acharnēsibus significat συκοφαντοῦμαι: allusit enim ad accusationes. Non enim solū φαίνειν demonstrare (seu clarare, ut Lucretius. unde ἀποφαίνειν, declarare) significat, sed etiam deferre. Xenoph. παιδείας α΄. φαίνουσι μὲν οἱ φύλαρχοι ἕκαστον καὶ ὁ βουλόμενος, id est accusant. & φάσις, actionis nomē. & φρουρὰν φαίνειν, præsidium mittere, uel decernere. ἑλλ. δ΄. εἰς δὲ τὸ Ἄργος φρουρὰν φαίνουσι. φανὸν, nitidū, ut σισύρα φανὴ, stragula pura & nitida, ἐκκεκλυσμένας. perspicuū, seu translucidū, πολυτελεῖς. quod & φαεργὴς, à candore & luce. & φαεινὸν, ac Doricè φαεννὸν, lucidum ac clarum. Sed φαίνοψ facē dixere. & φαίνοντα, Saturni stellam. & φαινόμενα, quæ uidentur. Isocr. Archidamo: εἰ δὲ δεῖ μηδὲν ὑποστειλάμενον εἰπεῖν τὸ φαινόμενον. Si apertè est dicendū, quod sentio. Et φαινόμενα Arati, quæ in cœlo apparerēt. & φαναῖος, Apollinis cognomentum apud Chios. et φάνης orphicus. & ὑπερήφανος, superbus, id est elatus. quo uerbo de hastis erectis utitur Xenophon Hipparchico, δόρατα ὑπερηφανῆ ἔχειν. mutato etiā flexu, ut sit ὑπερηφανὴς, quasi ὑπερφανὴς. ἀναφανδὸν, palàm: seu ut Plautus, propalam. Et alia forma, συκοφάντης, sycophanta. ἱεροφάντης, sacerdos. φαντασίαν etiam animi quandam uim, in qua ueluti resplenderent rerum imagines. οἱονεὶ φαοστασίαν τινὰ οὖσαν, ut ait Philo. Et speciē. Polyb. ε. ἐξ ὧν συνέβη τραγικὴν καὶ τεθαυμασμένην φαίνεσθαι τοῦ ῥεύματος φαντασίαν: Speciem tragicam, & abhorrentem. Ita & in Actis dicitur affuisse Berenice μετὰ πολλῆς φαντασίας, id est, speciosè processisse. A' priore uerbo est ἐπιφανὴς, & περιφανὴς, illustris. ἐπιφάνεια, apparentia. & θεοφάνεια. & ἐπιφάνεια, superficies. et ἐπιφαίνειν Theognidi. et διαφανὴς, perspicuum. & συμφανὴς, euidens. & ἐμφανὴς, clarum. ἀφανὴς, obscurum & ignobile, Pindaro ἄφαντον, νεμέων η΄. καταφανὴς, clarum. φανερὸν autem non solū manifestum, sed celebre etiam ac notum significat. ut παιδ. ζ΄. ἐν πόλει τῇ μεγίστῃ τῶν φανερῶν περιφανῶς αὖ ἀπολώλεισαν, planè interiissent. Polyb. lib. 1. Qui oculorum luce carent, τυφλοὶ, cæci sunt. & τυφλώμενος, cæcus. & πεπηρωμένος τοὺς ὀφθαλμοὺς, captus oculis. Atq; addi oportet, inquit Pollux, oculorum nomen, si cæcitatem significare uelimus. Nam πεπηρωμένος; mancus & læsus quacunq; corporis parte dicitur. ἀνάπηρος autem toto corpore malè affectus, & inualidus. & res ἀναπηρία. & ἔμπηρα βρέφη, imperfecti fœtus, id est ἀτελῆ. Contra ἄπηρα integri dicūtur. Homero ἀλαὸς cæcus est. Οδυσσ. θ΄.

καί κ᾽ ἀλαός τοι ξεῖνε διακρίνειε τὸ σῆμα
ἀμφαφόων.—
Hospes & hoc cæcus signum dignoscere posset
Contrectans.—

Et eidem ἀλαοσκοπιή, uana obseruatio. ἐκτυφλοῦν, excæcare, id est, τυφλὸν ποιῆσαι. De Hippocrate memoratur, τυφλώδης, obtusis sensibus. & τυφλομανής, qui simul phrenitide & lethargo laboret. Alij tamen scripsere τυφομανής. τυφλώττειν, cæcutire. & transfertur ad animi tenebras. Cic. Attic. lib. 2. Ego fortasis τυφλώττω, & nimium τῷ καλῷ προσπέπονθα. Cæcum etiam occultum, & obscurum, atque caliginosum dicitur, κατὰ μετάληψιν. ut cæcæ latebræ. &, Cæco carpitur igni. Noctisque & nimborum occæcat nigror. Et Græcis similiter, τυφλὸν ἄντρον. Plut. Sylla, de fluuio Melane: πόῤῥω δ' οὐ πρόεισιν, ἀλλὰ τὸ μὴ πλεῖστον εὐθὺ εἰς λίμνας τυφλὰς καὶ ὑλώδεις ἀφανίζεται. Et πηγαὶ τυφλούμεναι, arescentes, seu euanescentes. Et Pindarus ὀλυμ. ιβ΄. τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φράδαι, Ad futura cæcæ sunt mentes. Annotant & nomen serpentis, τυφλίας, à cæcitate. Sed & Cæcilius uidetur esse à cæculo, usitata mutatione literæ, & hoc à cæco. Et cæcultant oculi, id est cæcutiunt. Verùm ἀμβλυώττειν, hebeti esse uisu significat. Cæcos negat Aristoteles caluescere. πηρὸν etiam, & πωρὸν, cæcum interpretantur: & πήρωσιν, ac πώρωσιν, τυφλότητα, cæcitatē: cum neutrum propriè hoc significare uideatur. Nam πώρωσις notat duriciem, πήρωσις autem membri cuiuscunque læsionē. Aristoph. Βατράχοις·

— κἂν τι πηρώσω γέ σοι,
τὸν παῖδα τούτων τἀργύριόν σοι κείσεται.

Si quod membrum læsum fuerit pueri, aiunt pecuniam pro damno præstò futuram esse. Intelligēda autem læsio, qua membrum corrūpatur & deprauetur. Qui alterius oculi lumine deficiuntur, Græcis sunt ἑτερόφθαλμοι. Coclites accepit Plinius sic genitos, ut essent altero oculo priuati. Sed ἑτερόφθαλμος luscus est: & apud Plautum unoculus, Curculione. & eluscare, Iuriscōsulto. Oculum exculpito, Terentius dixit. Sed Priscianus, oculum excludito, locum illum adducens, legit, lib. 17. de Coniunct. μονόφθαλμοι, quibus non nisi unum oculum tribuisset natura: ut fuere Cyclopes, & de Arimaspis Herodot. memorat μουνοφθάλμους, & Thalia, ubi uerū hoc esse non putat, νυκτάλωπες, lusciosi, & μύωπες. Sic enim Gell. lib. 4. cap. 2. De Myope, qui lusciosus appellatur, qui non nisi conniuentibus oculis cernunt. μύειν enim συμμύειν est, conniuere. Et in Petri epistola 2. μυωπάζων. & ἀναμύειν, oculos ostendere, quod & de gemmatione stirpium dicitur. & σκνιποί, ijdem. Lippi sunt γλαμῶντες, λημῶντες. Item γλάμων, & γλαμυρὸς, lippus. Et prouerbiū, ἐν τυφλῶν πόλει γλαμυρὸς βασιλεύει. Plinius κορυβαντιᾶν interpretatur, patentibus oculis dormire. Apud Arist. tamen σφαξεῖν hoc uerbum interpretantur, μαίνεσθαι, id est insanire. Ex oculis lacrimæ destillant, expressæ dolore, nonnunquam & gaudio. Nam ut ait Xenophon ἑλλ. ζ. κοινὸν χαρᾶς καὶ λύπης δάκρυά ἐστιν. Et referuntur Sophoclis uersus ab interprete, πυθ. δ΄.

χῶρος γὰρ οὗτός ἐστιν ἀνθρώπου φρενῶν,
ὅπου τὸ τερπνὸν καὶ τὸ πημαῖνον φύει
δακρυῤῥοεῖ γοῦν καὶ τὰ καὶ τὰ τυγχάνων.

Hic est enim, quo quicquid animo uel dolet,
Vel est suaue, conspici solet, locus.
Ergo hinc utraque fletus aquam fors elicit.

De græca uoce ridiculè aliqui latinam duxerunt, quam magis ridiculè fecere crassam. Græcam autem uocem esse uolunt ἀπὸ τοῦ σὺν δάκει ῥεῖν, quòd cum morsu quodā, id est dolore fluant. Latinam Pontanus à laceratione etiam deduxit, ut sint quasi lacerimæ, lacrimæ. Apud Xenophontem, eodē libro, quem paulo ante indicauimus, est & κλαυσίγελως, mistis lacrimis risus. Et Homerica Andromacha introducitur ιλ. ζ.

δακρυόεν γελάσασα. —

Et in Electra ait Chorus,

γεγηθὸς ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο.

Inter risum lacrimæ apud eundem procis oboriuntur, pessimo omine. Ὀδυσσ. υ.

ὣς φάτο Τηλέμαχος, μνηστῆρσι δὲ Παλλὰς Ἀθήνη
ἄσβεστον γέλων ὦρσε, παρέπλαγξεν δὲ νόημα.
οἳ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελώων ἀλλοτρίοισιν,
αἱμοφόρυκτα δὲ δὴ κρέα ἤσθιον, ὄσσε δ' ἄρα σφέων
δακρυόφιν πίμπλαντο, γόον δ' ὠΐετο θυμός.

Hoc est,

Tum risum immodicum concinit Pallas Achiuis,
Peruertitque animos. Ast illis ore cachinnus
Tanquam non resonare suo, fœdoque cruore
Absumi carnes, lacrimis sed plena subortis,
Lumina præsagire malum, & mens intima luctum.

Latinè dixere, plorare, flere, lacrimare, & la-

& lacrimari. Græca multo plura, ut & aliarum rerum. δακρῦσαι, κλαῦσαι, κλαυθμυρίζεσθαι, κλάειν, δακρυρροεῖν. et ἀποδακρῦσαι, καταδακρῦσαι, deflere. ἀνακλαῦσαι, ἀνακλαύσασθαι, ἀποκλαῦσαι, deplorare. ἀστακτὶ ἐχώρει τὰ δάκρυα, de largo fletu, in Phædone. κλαυσιᾶν, lacrimaturire, ut ita uocem. Et κλαυθμὸς, κλαυθμυρισμὸς, κλαυθμονὴ, ploratus. Et φιλόδακρυς, πολύδακρυς, & ἀρίδακρυς. ut poetæ. Sed & Aristoteles in Problematis, qui citò & multum lacrimantur, id quod fortissimis etiam uiris accidit: quibusque non accidit, ij plerunque sunt natura immites & feri: ut Aiax in fabulis. cum & Achilles, et alij heroes lacrimantes introducantur. & esse hoc ἀνδρὸς εὐγενοῦς, ait apud Euripidē Menelaus, ἐν ξυμφοραῖσι δάκρυ ἀπ' ὀφθαλμῶν βαλεῖν, in miserijs lacrymas ab oculis fundere. ἑτοιμοδάκρυες etiā appellati fuerunt procliues ad fletum. καὶ δηλοῖ ἀγαθοῦ ἤθους τὸ τοιοῦτον πάθος ἐπαινετικόν, id est, declarat ingenij bonitatem. διὸ καὶ παροιμία φησὶν, ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες, inquit Eustathius in Ιλ. ά. πανδάκρυτον βιοτὰν, uitam quę tota in lacrimis degeretur, dixit Sophoc. Philoct. πολυδακρύτοιο γόοιο. Οδυσσ. τ'. ἄδακρυς, sine lacrimis. & ἀδάκρυτος. & ἀδακρύτω ὄσσε, sicci oculi, Homero. Apud hunc etiam lacrimantur Achillis equi,

—ἐπειδὴ πρῶτα πυθέσθην ἡνιόχοιο
ἐν κονίῃσι πεσόντος ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο.

Quibus δάκρυα, ut idem ait,

θερμὰ κατὰ βλεφάρων χαμάδις ῥέε μυρομένοισιν
ἡνιόχοιο πόθῳ. —

& Maro lib. 11.

Pôst bellator equus, positis insignibus, Aethon,
It lacrimans, guttisq; humectat grandibus ora.

Lacrimātur sæpe & facile ebrij, id quod & Homerus innuit Οδυσσ. τ'.

φῆ δὲ δάκρυ πλώειν βεβαρηότα με φρένας οἴνῳ.
Meq; grauem uino lacrimas effundere dicat.

Teutones hoc nostri per iocum deplorare uocant miseriam ebrietatis. δακρύειν etiam in morbis μὴ κατὰ προαίρεσιν. id est, non sua uoluntate interdū: idque esse absurdius, ait Hippoc. Aphoris. De oculis hæc amplius Pollux, ὀφθαλμοὺς ἐξορύττειν, κοιλαίνειν, σβεννύναι, βαθύνειν, ἐκκοπεῖν, effodere oculos. ἀναρρηγνύειν, ἐκ πυθμένων ἀνασπᾶν, ἀνέλκειν, eruere, funditus eruere. In Oedipo oculi κύκλοι dicuntur.

ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὐτοῦ κύκλων.

Suum orbium compagines ferit.

ὀφθαλμὸς ὕφαιμος, rubens. ταραχώδης, instabilis. κοιλόφθαλμος, & κοιλοφθαλμιῶν, profundis oculis. & λαγόφθαλμος, quasi leporinis oculis patētibus, palpebra deminuta. & μελανόφθαλμος, nigris oculis. σκληρόφθαλμα, animalia duris oculis. Sic et ξηρόφθαλμον fieret, quod est apud Plautum siccoculum. & alia, quę suprà recensuimus. ὀφθαλμὸς etiam βασιλέως, Herod. κλειοῖ. Et apud Aristoph. ἀχαρνεῦσι, primarius in regni administratione. Et δεσπότου ὀφθαλμὸς, præsentia domini, Xenophonti. Et præstantiam notat Pindaro, σικελίας τ' ἔσαν ὀφθαλμός. Andromacha, ὀφθαλμὸς βίου, uitę lux. Et Oedipo Tyranno, μέγας ὀφθαλμός. Oculis enim nihil est in corpore excellentius. Ita & Euripideum hoc interpretantur, ὄμμα κιθαιρῶν, in Phœnissis, καλλιστεύων ὄρος ὡς πολύθηρον, eximium ob ferarum copiam montem. Et suas uillulas alicubi Cicero uocat ocellos Italiæ. Et ὀφθαλμοὺς nominarūt, qui alio nomine essent οἰνόπται, quorum curatio esset, ut in cōuiuijs æquabiliter potaretur, ut Athenæus docuit lib. 10. Et in remo foramen, & piscem ὀφθαλμὸν dixere. ὀφθαλμικὸς, medicus est oculorū, apud Martialem, & Galenum. Veteres dixere ὀφθαλμῶν ἰατρὸν, ut Herod. θαλείᾳ. Item ὀφθαλμοὶ λάμποντες, clari oculi. & φωσφόροι, illustres. & φωσφόρα ὄμματα. σίλβοντες, splendentes. θυμοειδεῖς, iracundi & minaces. πυρώδεις, igniti ac flammei. μαρμαρυγὰς ἀφιέντες, micantes ac scintillantes. & αἰγλῶν, αὐγῶν, ἀφιέντες, nitidi, renidētes. ἡδεῖς, blandi, & apud Catullum melliti. ἐπαγωγοὶ, ἐπαφρόδιτοι, amabiles. Et ἵμερος de his fluere dicit, qui est amoris affectus, & fores hæ cupidinis perhibentur. Oculum trepidare inter signa quædam futurorū antiqui notarūt, ut ille apud Theocritum pastor ait,

ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός, ἦ ῥά γ' ἰδησῶ.

πρὸ ὀφθαλμῶν autem, et πρὸ ὀμμάτων, itemque ἐν ὀφθαλμοῖς, id est, quod latinè dicitur, ante oculos, in oculis. Polyb. 3. πρὸ ὀφθαλμῶν θέντες τὸ μέγεθος τῶν εἰς ἑκάτερον τὸ μέρος ἀποβησομένων ἐκ τῆς μάχης: Ante oculos posita magnitudine euentuū belli utraque ex parte. Et ὀφθαλμοφανῶς dixit aliquis, cui teutonicum respōdet, quo indicatur notum aliquid & manifestum.

Ιλ. ά.

Il. α'. dicitur, οὐδ' Ἀχιλλῆος ὀφθαλμοὺς εἴσειμι, non prodibo in cōspectum Achillis. Et ἐξ ὀφθαλμῶν, absens. Xenophon Hierone, ἥδιστ' ἂν ὡς τάχιστα ἐξ ὀφθαλμῶν σου γένοιτο: Hoc illi iucundissimum futurum sit, si à te abesse liceat. Herod. τερψιχόρῃ, καὶ σύ μοι ἐγγένοιο ἐξ ὀφθαλμῶν, neq; te uidere licuit. Eurip. ὀμμάτων ἄπο, Medea. In oculis autem esse, Latini dixere, in conspectu, & etiam in admiratione esse. Cicero Tusc. 2. Te autem, etsi in oculis sis multitudinis, tamē eius iudicio stare nolim. Idem de Arusp. responsis: Ferebant in oculis hominem quidam boni uiri, sed illius, ut ego arbitror, furoris ignari. Et Q. Fr. Balbum in oculis fero. Et conspicuum. Act. 3. in Verr. Quod templum in oculis, cotidianoq; aspectu P. R. est positū. Att. lib. 4. Et interea me esse in oculis ciuium de me optimè meritorum. Euripides paulo aliter Medea,

δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν.

Oculi hominū non rectè iudicant. Ante oculos, manifestum. Pro Cæc. Non uti demōstraretur quod ante oculos est. Et Aeneid. 11.

Ante oculos, interq; manus sunt omnia uestra.

Quod autem Latini dixere, Visus sum uidere, & uidere uideor, id est Græcis δοκεῖν, ut de somnijs. Et Terentio, Audire uocem uisa sum modò militis. ἐδόκουν ἀκούειν. Ita enim Plato Theæteto. Dolorē oculorū dixere Gręci de offensionibus. αἰτίας ἴσεσθαι ἀλγηδόνας περὶ ὀφθαλμῶν, Herod. τερψιχ. Illas mulieres ibi corām assidere, facereq; ut oculi ipsis doleant. sicut ait Phormio Terentianus. Sunt autem oculi, ὄργανον quoddā sensus eius, quem uisum, id est ὄψιν uocamus, hoc est, fenestræ quædam, per quas illa se uis animi effert. Oculorum autem est in nobis sensus acerrimus, ut interpretatur Cicero 2. de Finib. Platonica de Phędro, ὄψις ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων. Itaq; mirificè solet animus affici ijs quæ per oculos ad se deferuntur. Hac amor, hac odium, nota tritaq; uia commeant. Hinc etiam philosophiā partam esse, qua nihil melius, neq; maius à dijs tribui hominib. potuerit, Plato ait. Sed cum reliquis sensuum instrumētis nihil magnopere ad suum opus perficiendū, nisi obiectum quoddā accedere necesse sit, oculi, ut idē Plato docuit in 6. de Repub. sine tertio quodam quasi adminiculo, suo fungi munere non possunt. Hoc ipse φῶς uocat, alij διαφανὲς dixere. Obiectum autē habent χρῶμα, id est colorem, de quo uisum est & ipso pauca quasi delibare. Est autem χρῶμα, seu χρόα, secundum Platonem in Menone, ἀπορροὴ σχημάτων ὄψει σύμμετρος καὶ αἰσθητός, id est, defluxio quædam de figuris rerum, oculis cōsentanea & exposita. In Timæo splendorem quendam esse ait colorē defluentem singilatim de corporibus, & talibus quibusdam partibus, quæ sint aptæ ad sensum oculorum. Sed nunc colorum præcipua, & maximè usitata nomina exponamus, propositis quibusdā differentijs horum, de quibus certius intelligi, quales ipsi sint, possit. nam mirifica est & diuersitas & uarietas, & mutabilis assensus horum. Sunt autem simplices, quos primos necesse est accipere. Aristoteli ξανθὸς & λευκός, id est flauus & albus. ac nigrum docet de exustione creari. τὸ δὲ μέλαν, inquit, χρῶμα συμβαίνει γίνεσθαι, ὅταν ὁ ἀὴρ καὶ τὸ ὕδωρ ὑπὸ τοῦ πυρὸς διακαυθῇ, cum aerem & aquam ignis combusserit. Ita placet illi συνακολουθεῖν nigrū elementorum, id est, primorum corporum mutationi. Itaq; ille de his reliquos colores componit. Plato in Timæo, de albo, nigro, & rubro, alios colores miscet. Duodecim hi solent à Gręcis nominari, constitutis contrarijs duobus, albo & nigro, & intra hos alijs diuersis, hoc modo: Præscribantur cōtrarij, λευκός, μέλας: & subijciantur sub horum utrunq;, qui maximè alteri, utri affines uisi fuerint: sub λευκόν, ξανθός, ὠχρός, κυάνεος, λαμπρός: sub nigrum, φαιός, ἐρυθρός, ἀλουργός, ὄρφνιος. Hi erunt μεταξὺ τῶν ἐναντίων, id est, inter contrarios diuersi, neq; contrarij illis, neq; sibi. Ac innumerabiles uarietates in ipsis notari poterunt, uel saturatioribus, uel attenuatioribus. Ac λαμπρὸν et ὄρφνιον etiā generaliter intelligi possunt, singulas colorum species uariare. Luce enim attenuantur, & umbra quadā ueluti crassescunt. Itaq; subtilissimi ingenij uir Aristoteles, ita scripsit: τῶν δὲ χρωμάτων οὐδὲν ὁρῶμεν εἰλικρινές, οἷόν ἐστιν, ἀλλὰ πάντα κεκραμένα ἑτέροις. καὶ γὰρ ἂν μηδὲν τῶν ἄλλων, ταῖς γε τοῦ φωτὸς αὐγαῖς, καὶ ταῖς σκιαῖς κεραννύ-

κεραννύμενα, ἀλλοῖα, καὶ οὐχ' οἷα ὄντα φαίνεται: Nullus color à nobis, qualis est, talis in synceritate cernitur: sed omnes sunt misti cum alijs. Ac saltem luminibus & umbris confusi, diuersitatem in apparendo habent. De ea autem mistione & temperatione, qua singuli effici uideãtur, egregiè Plato: τὸ δὲ ὅσον μέτρον, inquit, ὅσοις, οὐδ' εἴ τις εἰδείη, νοῦν ἔχει τὸ λέγειν, ὧν μήτε τινὰ ἀνάγκην, μήτε τὸν εἰκότα λόγον καὶ μετρίως ἄν τις εἰπεῖν εἴη δυνατός. Quæ autem quorum mensura sit, neq; si quis teneat, cur memoretur, causa fuerit, cum neque cur ita fieri necesse sit, neq; probabilẽ disputationem, uel mediocrem admodum, afferre quisquam possit. Erit igitur iam illustre album, candidum, & niueum, & argenteum, quo & Græci usi, ut ἀργυρόπεζα Θέτις. Nam neq; χιονοειδὲς, neq; διάπυρον, de albo, nisi fallor, posuere: sed alterum de igneo splendore, alterũ de frigore. etsi sunt Ιλ. κ'. equi Rhesi λευκότεροι χιόνος, niue candidiores. Dicitur & lacteus color, de quo γαλάκτεια est, & γαλαξίας, Galatea, et circulus in cœlo lacteus. & γαλήνη, tranquillitas. Οδυσσ. κ'.

— λευκὴ δ' ἦν ἀμφὶ γαλήνη.

In hoc puritas intelligitur. unde & ad animum Latini transtulere. Ouid.

Candor in hoc æuo res intermortua penè.

id est, animi simplicitas & puritas, ac innocentia. Hi fortasse sunt ἁπλοῖ & ἐλευθέριοι. In Heliodori Aethiopicis legitur; ἀναγκάζεται καὶ λευκότερον διαλεχθῆναι τῶν διαγγίων, id est, clarius ac apertius. μέλαν, nigrum. Atrũ ἀνθρακινὸν uolunt dictum. Hinc atramentum, quod Græci certè μέλαν dixere: Latini atrum, improbum, & obscurum. Et furuus color, haud scio an is sit, quem ὄρφνινον dixere, quasi combustæ purpuræ, ut Plato ait. Est autem hinc μελαίνεσθαι uerbum, nigricare: ut ab albo albicare, λευκαίνεσθαι. Est autem, ut idem Plato inquit, τὸ λευκὸν διακριτικὸν τῆς ὄψεως, id est, distinguens uisa: τὸ δὲ ἐναντίον αὐτοῦ μέλαν. Pergamus nunc, atq; iuxta expositum διάγραμμα, constituamus sub albo ξανθὸν, id est flauum. Hic iam obscurior erit fuluus color. Flauum quidẽ Gellianus Fronto ad rubrum detorsit, de quo ipse uiderit. Sed φαιὸς fuscus erit. Latinis infuscare est inficere, contrarium τοῦ ἀκραίου, id est sinceritati. Cistella. Id merũ infuscabat. Plato miscet de albo & nigro. Hunc fortasse clariusculum fuluum poterimus nominare. λευκοφαιὸν autem illustre albo fuscum dixere. ὠχρὸς est pallidus. Plato miscet de albo & flauo. Itẽq; giluus, πυῤῥὸς, qui ad ruborẽ tamen uergit. Huc fortasse pertineat & heluus color, intra album & ruffum. & saturatior uiridis, χλωρὸς. & quasi tinctior, ποώδης, herbidus. & πρασινὸς, in cõmistione giluí ac nigri. ἐρυθρὸς uerò, id est ruber, seu rubeus, Platoni simplex color, uarius est. Puniceus, id est φοινικοῦς, nitentior, ut inflammatus carbo. Itidemq; κιῤῥὸς, uermiculus, quasi puri sanguinis nitidus color, ut Marcello Virgil. placuit. Nam apud Gelliũ lib. 13. cap ult. κιῤῥὸν, giluum, Varro interpretatur. Et Galen. lib. 5. ὑγιεινῶν, posse ait & ξανθὸν appellari uinum; quod sit Hippocrati κιῤῥόν. Erit igitur hic, ut existimo, luteus. φλογινὸς, illustris & flammeus rubor. Et apud Pollucem φλογόλευκον, flammeus candor, id est, album fulgens rubore. Coccinus autem, κοκκινὸς, à grano tincturæ uocatus, & ipse rubore clarus, atque φοινίζον. Ideóq; ad hunc quidam τὸν σπάδικα, id est spadicem, adiunxere: qui tamen propriè uidetur significare in uiriditate quadã relucentem ruborem. Et sandix clarum ruborẽ uidetur habuisse. Plinius herbam existimasse sandicem Maronem ait, neque tamen certo argumento utitur. Tinctior est, qui communiter sanguineus, & qui roseus dicitur, qualis in ore muliebri laudatur. Saturatior etiã purpureus, & croceus. Itemq; πυῤῥὸς, quem pallido quoq; attribuimus, quasi tenuiorem, id est giluum. Est autem πυῤῥὸς uulpiũ color, mistus de flauo & fusco. Dixere Latini & rauum, sublustrem colorem flauedine quadam ueluti canescentem: ut lupa raua, Horatio. Theocrito autẽ λύκος πολιὸς. & mare rauum, in Acad. & raua fulix, de Diuin. ubi tamen alij cana. & raui oculi gallinaceorum, in rustico Politiani. Sed omnino πυῤῥὸν flammeũ quiddam notat, quod & πυρσὸν apud Eurip. Hecuba, de oculis caninis, πυρσ' ἔχουσα δέργματα. In Phœniss. uero, πυρσαῖς γένυν ἐξανδρούμενος, de flaua lanugine barbæ. Rutilus & ruffus color, & citrinus, tenuior & ipse est, atq; flauescentior: ut

rutila ruffaq; coma, & urina ruffa. Contra hunc ponitur ruber, saturatior. Plin. de urina: Si manè candida, deinde ruffa sit. Et mox: Mala signa rubræ, pessima nigræ. Verbum autem rubere commune. Erubescunt, quibus in uerecundia facies rubescit. Rubidus color, est quodã atrore mistus, ut eorum quæ putrescunt, aut uitiosa fiunt, aut corrumpuntur. τὸ δυσωπὸς hic est, & δυσώπητα rubida dici uidentur posse, ut orci regna. Hic enim est color, qualis fumi densi, iam infecti flamma, teter & horribilis. Et russus color inamœnum rubet. Catullus:

Dentem, atq; russam defricare gingiuam.

Et Martialis:

— Rufsi persona Batavi.

ἀπὸ τοῦ ἐρυθροῦ, ἐρυθρόδανον, & ἐρευθέδανον. nam & ἔρευθος ruborem significat. Rubia tinctorũ. Rubrica autẽ est minium, id est μίλτος. sed adiectis distinguitur. Rubicundus, ὑπέρυθρος, ut puto. Rubiginosa autem rubigine infecta, rubida sunt. κύανος, id est cæruleus, ita fit Platoni, ut illustris candor in saturatũ nigrum incidat. λαμπρὸν δὲ λευκῷ, inquit, ξυνελθὸν, καὶ εἰς μέλαν κατακορὲς ἐμπεσὸν, κυανοῦν χρῶμα ἀποτελεῖται. Etsi κυάνεον planè nigrum aut fuluum notat, quod & de capillo dicitur. Et κυανόχρωτα χαίταν, capillum Polynicis adolescentis Euripides Phœnis. appellat. & οἰνωπὸν γένυν Parthenopæi, quod utrunq; certè nigrorem notat nisi οἰνωπὸν malumus flauũ accipere: ut cum oculi οἰνωποὶ dicuntur. Hic tenuior, id est cum albo mistus, fit γλαυκός. Glaucum dixere Latini quoq;, & cæsium. Sunt & silacei colores cærulei. Sil autẽ Atticum quondam laudatissimum fuit. Ferrugineus qui sit, quęsitũ. ὑακίνθινον aliqui esse perhibuere, id est purpureum: sic enim ille flos esse traditur. Quod si uerum maximè sit, non tamen cęruleum esse, dicere etiã poterimus, cum Maro alibi, suaue rubentem hyacinthum uocet: & purpureum florem esse, Ouidius manifestè affirmet. Et ferrugo quoq; πορφυρίζει μᾶλλον ἢ κυανίζει. Quin etiã Homerus flauam comam similem hyacinthi floris dixit, quæ cærulea intelligi non potest. Neq; me mouet, quod Nonius de Plauto citat, colorem hunc esse Thalassicum. nam & πορφύρεον κῦμα dicitur. Neque à ferro magis deducitur, quàm à ferrugine, quæ est ferri rubigo. Sed nos aliud agimus. Purpureus color est πορφυροῦς, in quo rubor semper relucet, ut et in ὀστρείῳ: sic enim Plato πολιτείας δ'. & in ἁλουργῷ, quod & ipsum haud scio an conchiliatum rectè uocaturi simus. Dicitur autem πορφυρὶς, et ἁλουργὶς, uestis purpurea. ἁλουργὲς autem, & ἁλουργὸν, purpureum. Ostrum autem Latini quoq;. ut Lucret. lib. 2. Ostroq; rubenti. Et Maro:

— Auroq; insignis & ostro
Stat sonipes. —

Homero autẽ est αἷμα πορφύρεον. Et Maro lib. 9.

Purpuream uomit ille animam. —

& κυανέη νεφέλη. & cæruleus imber, eidẽ. ὀρφνινὸς omnino nigrescit: ideoq; & uestes nigras, ὀρφνινὰς uocarunt, ut ait Pollux. Hæc de coloribus breuiter dixisse sufficiat, quorum in quadam infinita & inobseruabili uarietate, plurima nomina reperiũtur, tam apud Græcos, quàm Latinos. Ab herbis, floribus, metallis, locis, animantibus, liquoribus, fructibus, elementis. ut (pauca enim exempli gratia cõmemorare uisum) ὑσγινοβαφῆ, ἰάβινον, ὑακίνθινον, uiolaceũ, hyacinthinum. & Persio, ianthina lacæna. & ἰοειδὴς πόντος, Homero. κροκοειδὴς, croceus. ῥοδοειδὴς, roseus. χρυσοειδὴς, aureus. & ὑάλινος, uitreus. Horatio pontus uitreus. ἀργυροειδὴς, argẽteus. Melinus, ab insula Melo, albus. & Syricum inter rubeos, ut & sinopis. Conchiliatus, ὄστρειος, & in uestib. βατραχὶς. κορακινὸς, à coruis. Melleus, uitellinus, μήλινος, λεκυθοειδὴς. μήλινος, à malis. ὀμφακινὸς, ab immaturis uuis. ἀεροειδὴς, aerius. & ἠεροειδέα πόντον appellat Homerus. Itẽ ab aqua, ut ait Sext. Pom. color aquilus, neq; albus neq; niger. hic est fuscus, unde uolucri nomen factum. Verba sunt, χρωματίζεσθαι, colorari, & χρωννύναι, & χρῶσαι. & ἀποχρῶσαι, pingere, seu colorare. Itemq; ἐπιχρῶσαι, colorẽ inducere. & χραίνειν, ἀποχραίνειν, ut Plato νόμων ς'. & ἐπιχραίνειν. Herodoto κλωσοὶ colores sunt φαρμακα. οἱ παραχρῶντες ἐνθισμένοι εἰσὶ φαρμάκοισι. Aristot. autem μονόχρωμα ὄμματα, unicolores oculi, in plerisq; animalibus. nam in homine sunt πολύχροα. Et equorum aliqui, ut in homine, sunt ἑτερόγλαυκοι, id est, cæsio colore, eoq; ueluti uariante.

uariante. Pictores autem, ut & hos obiter attingamus, sunt γραφεῖς, & ζωγράφοι. & γραφικοὶ, periti τῆς γραφικῆς, id est picturæ. & graphice in Comœdia scitè. γράφειν etiam, & γλάφειν, scribere significat. & γράμματα sunt literæ, quib. exaramus sententiam animi nostri: γραμμὴ uerò linea. Hinc γραμμικός. ut γραμμικαὶ ἀποδείξεις, demonstrationes geometricę. & διάγραμμα, descriptio. & εὐθύγραμμον σχῆμα, figura linearum rectarum. illinc γραμματική, & πολυγράμματος, &c. γραμμάτιον, Platoni Politico, & γραφίς, pugillares, & stilus. Volunt & penicillum significare γραφίδα. Sed de his satis.

Palpebræ, βλέφαρα, pellis oculis obducta, & hos tegens. Ideoq; καλύμματα uocantur, ab Aristotele ἔλυτρα, 2. περὶ ψυχῆς: à Cicerone, tegumenta oculorũ. Galeno sunt quasi τεῖχος. Sed Plinio nescio quid in mente fuit, cum superiores & inferiores genas nominauit, & pilos palpebras. Etsi Virgilius sic fecit in 6.

Effusæq; genis lacrimæ. —

Et adducitur ex Ennio, de dormiente: Imprimitq; genę genam. & alter uersus, *Pandite sultis genas, & corde relinquite somnum.* Græci summas palpebras, σκύνια, id est cilia: & cilij quasi proiecta, ἐπισκύνια dixere. Ιλ. ρ΄. de leone exagitato:

πᾶν δέ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται ὄσσε καλύπτων.

Hinc σκύζεσθαι Grammatici deduxere, irasci, & indignari: quòd ita illi uultum fingant, ut palpebræ contrahantur. Nominarunt & Græci κύλα, ac ἀνάκυλα, & ὑποκυλίδας. ac κύλον quidem inferiorem: κυλίδα autem & ὑποκυλίδα, superiorem palpebram. Hinc uerbũ κυλοιδιᾷν, oculis esse quasi natantibus, contracto uitio de lõgo desiderio & peruigilijs. Theoc.

— οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος
δῆθα κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

Atq; hinc mihi cogitãti factum nomen uidetur τῶν κυλώνων, quo ipso & libidinosi, ac luxu perditi significarẽtur. ut in Salustiana: Quicquid impudicorum, cylonum, parricidarum, &c. Palpebrarũ sulculos, & quasi rugulas, poetę ἕλιγγας uocarunt. His μύομεν, & καταμύομεν, id est, conniuemus, & nictamus. ἐπιμύομεν. Polybius lib. 4. ἄνοια μετὰ κακίας τὸ δοκεῖν ἐάν τις αὐτὸς ἐπιμύσῃ μηδὲ τοὺς πέλας ὁρᾶν: Stultitia est coniuncta maliciæ, si quis ipse forte cõnixerit, arbitrari, ne ab alijs quidem se conspici. Et ἀμυστὶ πιεῖν, ebibere omne quod infusum fuit. Græci autẽ solebant aliquid effundere de poculo: qui erat ritus quidam religionis illorũ, quem aliæ quoq; nationes seruarunt. Sed Scythas, narrat Lucianus Toxari, hoc, ut contumeliosum in Deum, neutiquam facere consueuisse. Itaq; ille procus, πιὼν ἀμυστὶ, petit sibi uirginem desponderi. Est & ἄμυστις, genus poculi, & ipsa continuato spiritu potus eductio. Eurip. Cyclope, ἔσπασεν ἄμυστιν ἑλκύσας. Et Aristoph. ἄμυστιν ἐξέλαψα. Et ἀμυστίζειν, educere, secundum Plautum. Eurip. Cyclope, ἡδέως ἀμύστισα. & ἐξαμυστίζειν. Hinc sunt μύσται, & μυστήρια, arcana sacra, & horũ antistites. Et quidã lusit in uerbo, ac μυστήρια dixit esse τὰς τῶν μυῶν ὀπάς, quasi τηρέοντες τοὺς μῦς. Etsi, ut uerũ fatear, non ἀπὸ τοῦ μύω, sed ἀπὸ τοῦ μύζω potius hæc ducta esse existimo. nam quomodo in μύω sit insertũ σ, non uideo. μύζω autem & sorbitionis & mussitationis habet significationem, ποιητικῶς. unde & ἀμυστὶ πίνειν, iniurgitare potum. & μυστήριον, quod silẽtio tegendum esset. Dicũt Græci & βλέφαρα συμβαλεῖν, & ἐπιβαλεῖν, καταβαλεῖν, προσβαλεῖν, Itẽq; κλεῖσαι, ἐπικλεῖσαι, συγκλεῖσαι, palpebras adducere & claudere. σκαρδαμύττειν, nictare, id est, crebrò cõniuere: quod timiditatis indicium putatur. Idem appellarunt βλεφαρίζειν. Nictare Plauto est signũ dare oculis. In Asin. Nutet, nictet, annuat. & ἀσκαρδαμυκτὶ βλέπειν, apertis oculis, & intrepidũ obtueri: quod confidentiæ & audaciæ est. Et in Equitib. Aristoph. βλέψον εἰς ἐμὲ ἀσκαρδάμυκτος, intuere me oculis intrepidis. σκαρδαμύξαι autem est nictare, ut diximus, seu conniuere. Xenoph. in primo Κύρου παιδ. Et in Conuiuio dicit Socrates se quendam uidisse σκαρδαμύξαντα, cuius prius aperti semper oculi quasi riguissent. Aristoteles περὶ ζώων μορίων δ΄. τῶν μὲν οὖν ὀρνίθων ἔνιοι καὶ σκαρδαμύττουσιν ὑμένι ἐκ τοῦ κανθοῦ. Idem ὀρθοῖς ὀφθαλμοῖς προσβλέπειν, id est, directis oculis intueri, Theocritus dixit. Lucianus, ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας, de uigilantia & attentione dixit auaritię, in Timone. Idem Icaromenippo, de Aquilis: καὶ τὸ δεῖν βασιλεὺς καὶ γνήσιος αὐτὸς ἦν ἀσκαρ-

δαμυκτὶ πρὸς τὰς ἀκτῖνας βλέπει. Sed συνκλᾶν βλέφαρον, id est νυστάξαι, & κατανυστάξαι, nictare in somnolentia, ut solent dormiturientes. Hippocrati est γλοιάζειν. Grāmatici deducūt ἀπὸ τοῦ νευστάζειν, quia caput tum moueatur. Et nomen uerbale poeticum, ut uidetur, memorant νύσταλον, & νυσταλογρόντιον, somnolentum, & senecionem dormiturientem. Hoc loco Pollux notandum esse monet, Aristotelem tradidisse, scissam palpebram non iterum coire, perinde ut neque maxillam, neque glandis pelliculā. βλεφαρίδες sunt palpebrarum pili, non solum attributæ ad speciem oculis, sed etiam ad usum & obiectum contra ea quæ incidere cum molestia possent, utque prospectus quasi cohibitus esset directior, minusque aberraret. Xenophon ad flatus quasi attenuandos, esse additos hos pilos ait. Cicero uallum uocat. Et Galenus lib. 11. περὶ χρείας μορίων, χάρακα, qui hos semper esse & numero ait, & magnitudine pares. Aristoteli tamen est βλεφαρὶς & palpebra, ut περὶ ζώων μορίων δ'. οὐκ ἔχουσι δὲ τὰ ζῶα ταῦτα τὴν ἄνω βλεφαρίδα. nisi & hoc loco pilus significatur. Nam in 11. περὶ μορίων plane dicitur, βλεφαρίδας δὲ οὐδὲ τὸ βλέφαρον ἔχει, ὅσα τρίχας ἔχει. In primo tamen ἱστορίας ζώων dicit, quòd non coeat scissa βλεφαρὶς, id est omnino palpebra. Piscibus neque palpebræ datæ sunt, neque pili. Aues palpebras quidem habent, sed horum pilis carent. Aliæ animantes etiam pilos habent, sed non in ambabus palpebris. nam inferiores in illis carent pilis. Ideoque à Simone, qui de re equestri scripsit, reprehensum hoc in pictura Miconis fuit, ut inscitè factum, quòd inferiori etiam genæ equorum pilos addidisset. Pinxit hic partē porticus Athenis, quæ ideo ποικίλη dicta, mercede quidē, cum suam Polygnotus gratuitò pingeret, ut Plinius lib. 35. cap. 9. cōmemorauit. Hoc aliqui sic retulere, quasi idem Micon de equis hoc scripserit. Falsô hoc quidem, nosque in Hippocomico nostro incogitanter & malè secuti sumus. Enascuntur quidem equis sub oculis pili longiusculi, qui & euelli, ne fortè in oculos intorqueantur, & renasci solēt: sed de extima palpebra non oriuntur. Qua ueluti tereti fimbriola enascūtur hi pili, ea pars nominatur à Græcis ἔλυτρον, ὑποτρίχωμα, ὄρχος, ταρσός. Theocritus somnium in palpebris dicit residere:

ὕπνος ὅταν μάλιστα γλυκίων βλεφάροισιν ἐφίζει.

Quia deprimūtur hæ quasi ianuę, secundum Xenophontem, in quiete somni. etsi oculos illum significasse, accipere licet. nam et de oculis Sophocles uerbum posuit Aiace:

ἐγὼ σκοτώσω βλέφαρα καὶ δεδορκότα.

χαριτοβλέφαρον, fruticem quendam efficacem in amatorijs, Plinius uocat: & hoc nomine scribit Laertius Demetriū fuisse appellatum, quod uenustatem oculorum notat. Et καλλιβλέφαρα dixere medicamenta, uel pigmenta potius palpebrarum, quibus conspicuæ & uenustæ redderentur, ut uerbum græcum indicat. Exponamus etiam hoc loco, lucis & caliginis præcipua uocabula, quæ ad λαμπρὸν & ὄρφνιον referri poterunt. λαμπρὸν lucē habet, id est φῶς. In pictura autem, ut & Plinius scripsit lib. 35. cap. 5. lumen umbræ opponitur, differentia colorum alterna uice sese excitante. Splendor autem alius hic, quàm lumen, inter hoc & umbrā est, ideoque τόνος appellatus: commissuræ autem colorum, & transitus, ἁρμογαί. Referemus igitur ad λαμπρὸν, id est clarum, seu splendidum, αὐγὴν, splendorem. ut Ιλ. ν'.

αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἄπο λαμπομενάων.

Et αἴγλην, quod est Naiadis nomen, apud Virgil. αἴγλας etiam & ὕλις aliqui filias fecere τὰς χάριτας. In Theogonia, Iouis & εὐνομίας perhibentur. Nitorē quendam: ut αἰγλήεις ὄλυμπος, nitidū cœlum, uel sudum, ut Plautus. Eadem & αἴθρα, serenitas dicitur. Οδυσ. ζ'.

— ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

φέγγος, lux, & dies. Theocrito lux:

καὶ γὰρ ἐμὸν γλυκὺ φέγγος ἀπερχομένου παλαιόστων.

Dies, ubi uetus uerbum ab Aristotele commemoratur:

ὅποτε νυκτερινὸς βορέας τρίτον ἵκοιτο φέγγος.

ἀκτῖνες radij sunt, quasi quædam flammæ renidentia. ut Οδυσ. τ'.

ὅτε μὲν ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν.

σέλας aūt, ignis splēdor. et φλὸξ, flāma. Ιλ.

— πῦρ δὲ

— πὰρ δὲ ἑκάστῳ
εἵατο πεντήκοντα σέλα πυρὸς αἰθομένοιο.

Et iubar. Sophocli Electra: λαμπρὸν ἡλίου σέλας. Est & μαρμαρυγὴ Platoni scintilla. et μαρμάρεον Homero leue atque lucidum. & uerbū μαρμαίρειν, nitere. unde & marmor. Et de mari poeta 10.

— Spumant uada marmore uasto.

στίλβειν autem nitere: & Mercurij sidus, στίλβων. & à uerbo λάμπω, λαμπηδὼν, claritas. & λαμπὰς, fax, lampas.

— Phœbeæ lampadis instar.

& diminutum λαμπάδιον, facula. & appellatio iracundorū ὑποκορισμοῦ. Lucret.

At flagrans, odiosa, loquacula, λαμπάδιον fit.

Est & λαμπάδιον, uinculum quoddam medicum. Acharnensibus:

ἔρι' οἰσυπηρὰ, λαμπάδιον περὶ τὸ σφυρόν.

Iubet parari saucio lanam & fascias. Et λαμπουρὶς, uulpes candicante cauda. & λαμπυρὶς, quæ & πυγολαμπὶς, cicindela. λαμπρείμων, splendidè uestitus. λαμπρῶς, præclarè, seu egregiè, id est γενναίως. Sed & manifestè in secundo libro Thucyd. ὀλολύζειν ὑπέρλαμπρον, exultare clamore admodū claro. In oratione περὶ στεφάνου, & mox, λαμπροφωνότατος dicitur Aeschines. Et λαμπτῆρες, ὀδύσς. ς'. super quibus ignis excitaretur. Item uerbū λαμπρύνεσθαι, superbire. & λαμπρύνειν, illustrare. & λαμπροὶ, clari, atque lumina. Maro 11.

Lumina tot cecidisse ducum. —

Et in oratione διαλάμποντα, lumina orationis. λαμπαδικοὶ ἀγῶνες fuere Athenis λαμπαδοδρομίαι, quibus nomen λαμπάς. Plato πολιτ. α'. οὐδ' ἴστε ὅτι λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ; Fugitque uos lampada futuram uesperi in diuę honorem? Et mox, λαμπάδια ἔχοντες διαδώσουσιν ἀλλήλοις ἁμιλλώμενοι τοῖς ἵπποις, ἢ πῶς λέγεις; οὕτως ἔφη ὁ πολέμαρχος: In equestri quodam certamine cum faculis decurrent, & illas inter se tradent? uel quid fiet? Ita, inquit Polemarchus. Tradiderūt autem tribus in festiuitatibus τὴν λαμπάδα celebratam fuisse in Ceramico, Mineruæ, Vulcani, Promethei: cum hæc tamen, et noua quidem ratione equestris, in Pireo ducatur Βενδιδείοις, id est, Dianę quibusdam ferijs. Hinc Plato prouerbiali figura dixit, uitam tradere alijs, καθάπερ λαμπάδα, νόμων ς'. Verbum poeticum λαμπετᾶν, splendere.

— ὅσσοι δὲ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην.

& Λάμπος, unus de senibus Troianis, ιλ. γ'. frater Priami. & Hectoreus equus, ιλ. θ'.

ξάνθε τε, καὶ σὺ πόδαργε, καὶ αἴθων, λάμπε τε δῖε.

Et Λάμπον, Diei equus. & λαμπτίας, Sol. & Λαμπρίας, proprium nomen. & Λαμπετίη, filia Solis, ὀδύσς. μ'. Habet & ἀργὸν, splendoris significationem. ut ἀργέτα δημὸν, adipem nitidum. & ἀργῆτι κεραυνῷ, micāte fulmine. & ἑανῷ ἀργῆτι φαεινῷ. ιλ. γ'. Et hinc, ut uidetur, nomen cani Vlyssis, ὀδύσς. ρ'. Interpretantur autem κύνας ἀργοὺς etiam ueloces. φάος autem, et φῶς, & poeticè φόως, & Latinis lux, et lumen, uitam quoque notat, itemque salutem.

— Spoliatum lumine corpus. Aeneid. 12.

Eurip. ἑκάβ. λεύσσω γ' ἡμᾶς ἐκεῖνον ἦμαρ ἐν φάει. &,

— αἴκε τι φόως Δαναοῖσι γένηαι. ιλ. θ'.

&, O' lux Dardaniæ. ὦ μέγιστον Ἕλλησι φάος. ἑκάβ. Itemque diem. Callimach. τὰ δὲ φάεα μηκύνονται, dies producuntur. Et Virgil.

Luce sedet custos. —

φῶς ἡλίου ἴδοι, lucem Solis aspexerit, πολιτειῶν ι'. Virgil. 6.

— In lumina Solis ituras.

Edere in lucem. Aeneid. 10.

In lucem genitori Amyco dedit. —

Et luminibus accēsis, ac illatis, de noctis tempore dixere, id est, περὶ λύχνων ἁφὰς, ut Herod πολυμνίᾳ. φωταγωγὸς autem est Luciano Lapithis, fenestra. & uerbū φωτίζειν, illustrare. Nazianzeno autem est φωταγωγία, festum luminis dies, quam et λαμπαδοφορίαν uocat. & καταφωτίζειν τὴν νύκτα δαψιλεῖ πυρί, illustrare noctem. Et stella Veneris, φωσφόρος, Lucifer: & φαέθων, Iouis. Et amatoria blandimēta, Mea lux, ζωὴ καὶ ψυχή. Ad ὄρφνην autem pertinet, ἀχλὺς, caligo. & uerbum ἀχλύειν, nigrescere. ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς. ιλ. μ'. Et quod dixere κελαινόν. ut αἷμα κελαινὸν, nigricans sanguis. σκότος autē, & ζόφος, & γνόφος, tenebræ sunt. & δνοφερὸν, tenebrosum & turbidum. ut νὺξ δνοφερὰ, & ὕδωρ δνοφερόν. λυκόφως, emicans lux, Charisius interpretatur lucar. κνέφας & κνέφος, crepusculum licet interpretari, caliginem oboriētis aut reliquæ noctis. Est & ψέφος, caligo. & νεμέων γ'. ψεφεννὸς αἰνὴς, obscurus. Et ἀλύγη, ad quod alludit

 elucum,

elucum, quod & ipsum quasi sine luce quidam dictum uolũt: quemadmodum egelidum Notum, gelu carentem. Hinc elucos tenebriones appellatos, nugarum amatores, & allucinatores, ut interpretatur Festus. Sed hactenus ista, nam recedere ab instituto argumento iam uidentur longius, perstrinxisse satis fuerit. Ac nunc ad oculos, unde discessit, oratio nostra reuertatur. Oculorum membranulas uocarunt medici χιτῶνας, id est tunicas. Albũ Graecis est λευκὸς, uel σφενδόνη, id est funda. Proximus orbis, qui includit aciem oculorum, quam Graeci γλήνην, ut πολυγλήνου βουκόλου ἰναχίδος, de Argo, & κόρην uocant, Latini pupulam, & pupillam, ἶρις. Vel ut clarius exponamus, Acies, id est, lux oculorũ, est γλήνη, illud inquam in pupula nitidum, πυωσοὺς etiam nominant. Post κόρην, ambitus ille ἶρις. Mox σφενδόνη, album. Interq́ hanc etiã, & ἶριδα ponitur ἅλως, à Graecis, nihil relinquentibus innominatum. Vbi albũ finitur, πρέμνον uocant. Ibidem sunt & fines palpebrarum (ipsi appellant κανθοὺς) id est, anguli oculorũ, quos hircos latinè dictos perhibetur horum radiculę quędam ἀδενώδη. Iuxta nasum, ῥαντῆρ & πηγὴ nam inde lacrimę manant. κροταφία iuxta tempora. Sed caua oculorum, κόγχαι: tota complexio, ὤψ est. γλήνην in conuicio appellat fugientem Diomedem Hector, Ἰλ. θ΄.

ἔρρε κακὴ γλήνη.—

Et γλῆναι item Homero, ut interpretantur ἀξιοθέατα, id est spectabilia. τρίγληνα autem ὅρματα, Ἰλ. ξ΄. & Ὀδυσσ. σ΄. aurium ornamenta, triplici quasi oculorũ luce insignia, dicta esse tradidere. & τρίγληνος ἡ ἑκάτη, apud Athen. libro 7. παγγλαυκώμενος ὄσσοις, de leone omnia collustrante oculis, Theocritus dixit. κόρη autem est illud nitidum in oculo, ubi imago quasi in speculo semper relucet. Et Plin. lib. 28. Augurium esse ex homine ipso non timendi mortem, quamdiu oculorum pupillae imaginem reddãt. & has duplices gentium quarundam oculis inesse, scripsit lib. 7. cap. 2. Ibidẽq́ ad Ciceronem autorem retulit, foeminas ubiq́ uisu nocere, quae duplices pupillas habeant. Idẽ lib. 6. cap. 30. τοὺς τριοφθάλμους καὶ τετραοφθάλμους λεγομένους, id est, qui tradãtur habere ternos & quaternos oculos, ἀλληγορῆ ἱστορικῶς, non quia sic sit, sed quia sagittis praecipua contemplatione utantur. Sed & hoc annotatur, Anastasium Zenonis filium, Imperatorẽ Rom. δίκορον cognominatum, à diuersicoloribus oculis, ita ut gemina pupilla appareret. Significatur autem latina uoce pupae, ut notum est, effigies uirginalis. Et pupi, ac pupę, pueri sunt, & puellę, antiqua appellatione. Ac de impudẽte, non habere κόρας in oculis, sed πόρνας, dixit rhetor, ut ait Plutarch. in libello de Praepostera uerecundia, id est, περὶ τῆς δυσωπίας. διακορίζειν autem dixere intentis oculis contueri. κάρκινον etiam dictum, quasi κορκινον, à motu pupillarum, Grammatici perhibent. Et κρόμμυον, ut Athen. ait lib. 9. Grammatici dictum uolũt, ὅτι τὰς κόρας μύομεν ὑπὸ τῆς ὀδμῆς. ut σίναπι, ὅτι σίνει τὰς ὦπα. quòd caepae odore suo efficiant, ut oculis conniueamus, & quòd hos sinapi laedat. Apud Plin. lib. 11. cap. 36. hęc leguntur de oculis: Media eorum cornea fenestrauit pupilla, cuius angustiae non sinunt uagari incertam aciem, & ueluti canali dirigunt, obiterq́ incidentia facilè inclinant. Alijs nigra, alijs atra, alijs rufa, alijs glauci coloris orbibus circundatis. Qui locus aut mẽdosus est, aut in eo pupilla & acies non eadẽ accipiẽda. Idem Plinius in Albania quibusdam ait aciem esse glaucam, qui statim à pueritia cani sint, & noctu plus quàm interdiu cernant. Galenus lib. 14. θεραπευτικῆς μεθόδου, sic dicit: τὸ χωρίον καθ' ὃ συμφύονται πρὸς ἀλλήλους ἅπαντες οἱ χιτῶνες ὀνομάζουσιν οἱ μὲν ἶριν, οἱ δὲ στεφάνην: Eum locum, ubi uniuersae tunicae concrescunt, alij irin, alij coronam nominant. Aristoteles ita: In oculis acies, qua cernimus, ὑγρὸν ipse nominat, pupilla est: hanc includit τὸ μέλαν, quod non habet in omnibus eundem colorem. Nam in alijs est μέλαν, id est nigrum: in alijs γλαυκόν, caesium. Item χαροπὸν, caeruleum, uel etiam fuluum. & αἰγωπὸν, caprinum. Extremum est albũ. κανθοὶ utrinq́ oculorum anguli dicũtur. Praeterea in Physiognomicis, ὀφθαλμοὺς ὑποφοινίσσοντας iracundorum fecit Aristot. id est rubicũdos. ἄγαν autem μέλανας, admodum nigros, & flauescentes, hoc est, κλίνοντας πρὸς τὸ ξανθὸν χρῶμα,

χαῦμα, fortium. γλαυκοὺς ἢ λευκούς, cæsios et albos, timidorum. μὴ γλαυκούς, ἀλλὰ χαροπούς, non cæsios, sed cęruleos, aut fuluos, fortium. quę forma ad leones & aquilas refeၑratur. Præterea quibus sunt oculi οἰνωποί, flaui, ut caprarum, dicit esse stolidos: quibus πυρώδεις, eos esse impudentes, ut canes. Qui sint ὠχρόμματοι, id est, pallidis oculis. & οἱ τὰ παραγμένους ἔχοντες τοὺς ὀφθαλμούς, aspectu instabili, formidolosos. στιλπνοὺς ἔχοντες τοὺς ὀφθαλμούς, nitentibus oculis esse libidinosos, secundum gallinaceos & coruos. Sed quòd χαροπὸν uertimus cæruleum & fuluum, eo fecimus, quòd hi colores splendentes quidem ambo, & clari, in græci uocabuli significatione quasi confundi uideantur. Ac Aristoteles quidem colores distinguens, alios γλαυκούς, alios χαροπούς fecit. Potest autem hic ὁ χαροπότητος color, de leonum oculis intelligi, in quibus nigrum medium ambit orbis quidam, fuluo nitore, & quasi aureolo resplendens, & hunc alius cæsio clarus. Ita quidam lętus, & quasi alacris color apparet. Plutarcho χαροπότης sine dubio cæruleum colorem significat. Sic enim scribit in libro de Iside & Osiride, ubi uerba facit de Isiacis sacerdotibus: φοροῦσι δὲ τὰ λινᾶ, διὰ τὴν χρόαν, ἣν τὸ λίνον ἀνθοῦν ἀνίησι τῇ περιεχούσῃ τὸν κόσμον αἰθερίῳ χαροπότητι προσεοικυῖαν. Lini florem esse similem colore dicit ætheris splendori cæruleo. Apollonius libro primo, fulua miscuit claritate, cum χαροπὴν appellauit orientem auroram:

ἆμος δ' οὐρανόθεν χαροπὴ ὑπολάμπεται ἠὼς
ἐκ περάτης ἀνιοῦσα, διαγλαύσσουσι δ' ἀταρποί.
Iamq; refulgebat fuluis aurora quadrigis
Exoriens, claraq; uiæ de luce nitebant.

Huc respicientes scilicet Grammatici, etiam roseum τὸ χαροπὸν fecere. Theocritus autem in Bucolisco,

— ὄμματα τᾶς χαροπώτερα πολλὸν Ἀθάνας.

Clariores oculos uidetur dixisse, quàm Mineruæ sint. Aiunt etiam Grammatici, τὸ χαροπὸν καὶ τὸ γλαυκὸν συνωνύμως λέγεσθαι, id est, idem quodammodo notare utrunque uocabulum, id quod accipiendum est de claritate, seu splēdore. γλαύσσειν enim splendescere est. inde γλαύξ. Et apud Homerum leo ille egregius, ιλ. υ.

γλαυκιόων ἰθὺς φέρεται μένει, ἤν τινα πέφνῃ
ἀνδρῶν, ἢ αὐτὸς φθίεται πρώτῳ ἐν ὁμίλῳ.

Ardētibus oculis impetum facit in aduersarios, ut uel occidat aliquē, uel ipse cadat. Omnino autē τὸ χαροπὸν τῶν ὀφθαλμῶν, generaliter hilaritatem, id est εὐθυμίαν, significat. Sed de his satis.

Sequitur nasus, & ueteribus nasum. ῥίς. & μυκτήρ, & μυξωτήρ. & μυκτῆρες ac ῥώθωνες, nares, quæ μύξαι Sophocli. Vnde in usu sermonis communis Pollux factum putat λύχνον δίμυξον, τρίμυξον, πολύμυξον. de qua Lucerna Martialis:

Illustrem cum tota meis conuiuia flammis,
Totq; geram myxos, una lucerna uocor.

Dixere autē μύξαν & μύξον lucernæ, hoc est λύχνου. unde ἐλλύχνιον, quæ & θρυαλλίς, emineret. Aratus Prognosticis:

ἢ λύχνοιο μύκητες ἀγείρονται περὶ μύξαν.

quod Virgilius uertit,

— Putres concrescere fungos.

Quędam enim ueluti fungosa specie impedimenta obijci flammæ claritati, impendente tēpestate & hyeme, traditum est. Vel sunt μύκητες λύχνου, ipsa ἐλλύχνια, quæ tum concrescunt, à Virgilio fungi dicti. Nam & Plinius scripsit lib. 28. cap. 11. ursinum adipem emēdare alopecias, cum fungis lucernarum, ac fuligine, quę est in rostris earum. Vbi & hoc notandum, Pliniū uideri rostra appellasse τὰς μύξας. Apud eundem & myxa sunt pruna Syriaca. Est & merguli quædam appellatio ἐλλυχνίς. Vsus est & in Vespis Aristophanes uocabulo:

ἔπεισι γοῦν τοῖσι λύχνοις οὗτοι μύκητες,
φιλεῖ δ' ὅταν ᾖ τοῦτο ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα.

Dicit senex incessi lucernam ὑπὸ τῶν μυκήτων, esseque hoc signum futuræ pluuiæ. Sed μύκητες fuerunt interpretati aliqui scintillas: quidam significare uoluerunt uermiculos uolucres, appetentes ignis. Eustathius in ιλ. β'. dicit, μύκητα etiam significare μύξαν, quæ ἀνθρακώδης τῶν ἀναπτομένων, inquit, ἐλλυχνίων προβέβληται: hoc est, adusta pars funiculi, propendens de lucerna. Promittere autem ἐλλύχνιον, & emungere lucernam, ἀπομύξαι Græci dixere. In Vespis est προβύουσαν. ἐμπεδῶν ἐκβαλεῖν τὸ ἐλλύχνιον, quod digitis fieri cum olei iactura senex ægrè fert. Suidas interpretatur μύξον nouo & ignoto uocabulo, & addit carmē ad repressam urinam asinorū, id est, ὄνου δυσουρίαν· ἀλίκλωψ πίνε,

καὶ ἐκ οὐρῶν μύξος ὁ πῖνα, καὶ οὐρῶν. Hippocrati est μύξα humor pituitosus, qui in iuncturis artuum colligi solet. Nares autem, foramina, & quasi canales nasi, Aristoteli sunt ὀχετεύματα. Dicuntur & θαλάμαι, desinentes in λωβόν. Quæ pars nasi proxima est superciliis, ἠθμὸς nominatur, id est colum, ubi spiritus ueluti percolādo attenuatur. Cartilago est media nares dirimēs, sic enim χόνδρον dixerūt: uel potius mediū hoc in summo os desinit in cartilaginem, eo magis carnosam, quo ad labra accedit propius. Nominarunt hunc ueluti paruulū parietem, κίονα, διάφραγμα, συλίδα. Quidam etiam distinxere sic, ut uocarēt interius illud διάφραγμα: prominentius autem hoc, & labris uicinius, κίονα. Quod suprà utrinque quasi recedit ad genas, ῥάχις est ῥινός. Totum autem ambitum narium, id est ἀκρορίνιον, nominarunt σφαιρίον. ubi exterius huius quasi tubuli sunt, πτέρυγες, & πτερύγια, quæ & apud Galenum est appellatio. Narium est κατάῤῥους, & κατάσταγμος, & κορύζα, πλίγνα etiam & βλέννα Hippocrati, muccus. Hanc etiam μύξαν à recentioribus appellari Galenus ait, πολὺ χρείας μορίων ι. Et κορυζᾶν, ac μυξάζειν, & βλεννώδης, muccosus. Et apud Plautum, blenni. Et agnina caro βλεννώδης, Galeno, id est humidior, ac pituitosa. ἀπομύττειν, emungere. Et iocus in Comœdia, Emunxi argēto senes. quomodo & Græci Comici suo uerbo usi fuerunt. Nam hæc ætas κορύζης μεστή, id est, abundat pituita. Aristophanes simpliciter in Equitibus, uerbo usus est, ἀπομυξάμενος ἐμοῦ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀπόψω: Emungitor, & ad caput meum detergetor. Et de fletu simulato illo quidem Xenophon Symposio: ἀπεμύττετό τε καὶ τῇ φωνῇ σαφῶς κλαίειν ἐφαίνετο: Emungebatur, & uoce simulabat fletum. Cratinus etiam, ut Pollux annotauit, ludens, ὕλιζε, dixit, τὰς ῥῖνας, id est repurga, translatione ducta à frondatoribus & putatione. μυκτηρίζειν, naso suspēdere. Irrisioni enim subdolæ hunc noui, ut Plinius ait, dicauere mores. Et μυκτηρισμός, irrisio, ac ludibrium. & μυκτὴρ ὁ ἄῤῥων, nasutus. μυσάττεσθαι etiam auersari, & abhorrere, de gestu narium factum, Pollux ait. Nasi figuras memorant his uerbis: γρυπός, ἐπίγρυπος, aquilus nasus, quam regiam formam esse perhibent. Idēque τετράγωνος, quadratus. Huic contrarius repādus. σιμός, simus, & inde τὴν νύμφας σίμων. Poëta simas capellas dixit. γρυπότης & σιμότης est in octauo πολιτείας, & ῥητορικῶν Aristot. primo. Et γαστὴρ γρυπὴ τῶν μεστῶν, plenus & tumens uēter. ἡ δὲ ἀδείπνων σιμή, id est, depressus uenter ieiunorum. Nasuti autem autem derisores latinè dicūtur Plinius tam Simorum quàm Silonum cognomina hinc deduxit. Silonum alij à superciliis fecere prominētibus, & fronte quasi recisa. In quo errorē esse apparet: hi enim cilones fuerint. Sili autem, ut apud Ciceronem, & silones, quibus esset reduncus nasus, appellati: ut simi, quibus, quemadmodum diximus, depressior. Hinc Lucretiana, Simula, silena, ac satyra est. Et σιμότεροι Aristoteli οἱ οὐλότριχες, καὶ οἷς ἐπιστρέπται τὸ τριχίον. Qui sint crispo & contorto capillo, eos ferè simos esse dicit, in Problem. Aquili gibboso naso sunt. unde & τὴν σιμὴν κοίλην, & τὴν γρυπὴν καμπύλην ῥῖνα nominarunt. & ὀρθὴν, & ὑψηλὴν, ut in Conuiuio Xenoph. Significat τὸ σιμὸν & cliuum. Ἑλλην. δ'. πρὸς τὸ σιμὸν διώκειν, id est, persequi ad loca editiora. et in uulnere paululum deflexum ictum transuersum, σιμὸν uocat Galenus. Et ἀποσιμῶσαι τὰς ναῦς, interpretantur μετεωρίσαι. μύζειν autem, & μυχθίζειν uolunt esse πεποιημένον, id est, significare sonitū quendam, qui in indignatione edi soleat flatu narium. Atque hinc esse factum Ιλ. δ'. uerbū,

— αὐδ' ἐπέμυξαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη.

Alij interpretati fuere de murmure. Pustulas in naso erumpentes, id est ἰόνθους, seu ψυδράκια quędam, uocarunt ψεύσματα, & ψεῦδα, quòd crederentur de mendacio dicto existere. Theocritus:

— σὺ δὲ τὸν καλὸν αἰνέων
ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιᾶς οὐκ ἀναφύσω.

In naribus etiam pilis uibrissis nomen fecerunt. Simos quondam pro bellis habuere. Et talem Socratem fuisse, ostenditur in Symposio Xenophontis. Atque hoc σχῆμα εὔχαρι, id est, bella figura uisa. Hippocrati in 2. ἐπιδημ. sunt ὀξύῤῥινες, naso acuto. Pollux de equo adducit è Platone σιμοπρόσωπον. Idem de naso factas appellationes & has refert: ῥώθων, & ῥώθωνος. ἄῤῥις, & ἄῤῥινος. quorum utroque de

canibus sagacibus & nō sagacibus usus est Xenophon. εὐθύῤῥις, recto naso. καὶ ἡ τοιαύτη ῥὶς δικαία λέγεται, qui nasus probus perhibetur. εὐθυτενὴς ῥὶς, nasus directus. διχῇ ἴσου τὸ πρόσωπον διακρίνουσα, in duas partes æquales faciem distinguens, qui uisum deducit, & dirigit prospectum eminentia sua. ῥινηλατεῖν, olfacere. & ῥινηλάτης κύων, in Tragœdia, canis olfactās, seu odorator. ῥινήλατον ἴχνος, Oppian.

ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἀνὰ ξυλόχους ὀξείην ὁδὸν ἐξερεείνων
Βεβρυχὼς ἔλαφος ῥινήλατον ἴχνος ἀνεῦρε.

reperit uestigium odoratu secutus. ἀποτραγεῖν τὴν ῥῖνα, & ἀποφαγεῖν, Demostheni κατ᾽ ἀριστογείτονος, morsu nasum abripere. Denasare caput, Plautus dixit Captiuis. Est & κολοβόῤῥις, & μικρόῤῥις, quasi mutilo, præcisoque, & paruo naso dicas. αἰσθητήριον, hoc est τῆς ὀσφρήσεως, id est odoratus, quæ & ὀδμὴ, χειρίστη τῶν αἰσθήσεων, id est, sensus maxime imbecillis & hebes. Habēt autem nares foramina duo, quà sensus à cerebro ueluti defluit: & aperiuntur itē duo sub palato, quà commeatus est animæ. Naso suspendere diximus esse suprà μυκτηρίζειν. Fortasse & id fuerit, quod Græci dixere τὸ ῥινὸς ἐλαυθῆναι. ῥινοκοπῶ, nares seco. ῥινολαβὶς quę fuerit, non satis explicat Suidas. Apprehensionis quidē narium significatio in uerbo inest. Lucianus in Dionyso ῥινόσιμον dixit, simis naribus. Theocriteo Pani;

— δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.

Et Plautus moram dixit & famem ciere bilem in naribus. Et in Bœotia Hercules ῥινοκολούστης, quòd ille aliquando legatis quibusdā nares amputasset. Et Iustinianus ῥινότμητος, cui Leontiana factione nasus desectus fuisset. ὑπόῤῥινος autem interpretatur Hesych. οἱ ὑπὸ ῥινὸς φθεγγόμενοι, qui sic loquuntur, ut uox in naribus stridat. Et medicis ἔῤῥινα, medicamenta quæ naribus induntur. Discernit autem odoratus beneuolentia à maleuolentibus, siue fœtidis. Ad quæ referuntur putrescentia, madentia, tabescentia, & uapores, ac suffitus, seu suffimina. Ea sunt σηπόμενα, βρεχόμενα, τηκόμενα, & θυμιώμενα. Verbum ὀσφρᾶσθαι, τὰς ὀδμὰς ὑποδέχεσθαι, odorari. quod & ad animi attentionem transfertur. Cicero Attico lib. 14. Cupio enim, antequam Romam uenio, odorari diligētius, quid futurum sit. ὄζειν uerò, ἐκπέμπεσθαι τὰς ὀσμὰς, id est, emittere odorem, significat olere. unde & ὀζόλας, Locros olidos fuisse appellatos tradunt. Dicunt autē Græci, ὄζειν μύρου: Latini, olere ungentum. In Pluto tamen alia forma, ὄζειν τι τῆς χρόας ἔφασκεν ἡδύ μοι, Suauem esse odorem aiebat corporis mei. Dixere Græci, ἕλκειν τὰ προσφερόμενα πνεύματα τῇ ῥινὶ, ducere narib. flatus, qui sese obtulerint. τὴν εὐωδίαν ὀσφραίνεσθαι, odorifera naribus captare. τὴν δυσωδίαν ἐκτρέπεσθαι, refugere fœtorem. τὰ εὐώδη εἰδέναι, intelligere odores. Dicitur & ὀσμᾶσθαι. & ὀσμὴ, odor, & ὀδμὴ Ionicè. Item πνεῦμα & αὔρα, spiritus, seu halitus, & aura. πνεῖν εὐῶδες, ac δυσῶδες; odorem emittere gratū, aut cōtrarium. Et μοῖσ᾽ ἁδύπνοος, suaue spirans Musa, ὀλυμπίων ιγ΄. Et Callimach. ἄπνοα dixit, quorū odor euanuisset. Est & μυρόπνοον in significatione odoris ungentorum, poeticum. Eurip. Phœnissis dixit, μακρόπνουν ζωὴν, de uita longa. Et apud Hippocratē legitur μακρόπνους & βραχύπνους, qui spiritum ducit longius et breuius. Et in epigrammate,

— μύρων ἔμπνοος ἀμπεχόνη.

amiculum redolens ungenta. εὔπνουν & δύσπνουν, non solum τὸ εὔοσμον & δύσοσμον, id est, gratum ingratumque odorem uidentur significare, sed etiam facilem, & expeditum, aut peruium spiritum: itemque difficilem, & impeditum, & grauem. Hinc denominata, εὔπνοια, εὐοσμία, seu εὐοδμία, & δυσοδμία: quæ interpretari de superiorib. cuilibet fuerit in promptu. ἄοσμα autem sunt, quæ odore carēt. Est & teter odor, δυσωδία, & κακοσμία. Grāmatici tradunt, quòd βδέλος & βδόλος significet fœtorem, qualis extinctæ lucernæ & pedoris esse solet. Faciuntque βδόλον, quasi ὀζολὸν, ablata initiali litera, & mutatione ζ in βδ. ut ῥοῖζος, ῥοῖβδος. Atque ita βδεῖν, quod est pedere, ἀπὸ τοῦ ὄζειν, hoc est de fœtore, deducunt. Pollux poetica uocabula monet esse ὀσμὴν & δυσοσμίαν. Et ὀσμύλια, pisciculos, qui & ὀζαινῶν habeant uulgo nomen. Esse autem genus polyporum, quibus canula sit intra caput: & qui fibras habeant, unde halitus fœdus exeat. Exponit Pollux & has locutiones, ἀσκεῖσθαι κατὰ τὰς ῥῖνας τὸ πνεῦμα: itemque ὀσφρεῖν, & ὀχεῖσθαι, naribus per-

bus percipi spiritum, & in nares influere ac infundi. Et eundem ἐκρεῖν καὶ ἐκχεῖσθαι, effluere, ac effundi. Galenus lib. δ΄. συμπτωμάτων, de sensuum obiectis luculenta breuitate hæc scripsit: ἔστι δὲ αὐγῆς μὲν, ἡ ὄψεως αἴσθησις· ἀὴρ δὲ ἡ τῆς ἀκοῆς, ἀτμὸς δὲ ἡ τῆς ὀσφρήσεως. ὥσπερ γε καὶ ἡ μὲν τῆς γεύσεως, ὑγρᾶς φύσεως. ἡ δὲ ἁφῆς, στερεὸν σῶμα τό. Horum fermè hic est sensus: Visus quidem sentit atque percipit splendida, auditus autem aerem, olfactus uerò uapores: quemadmodum gustus quidem naturaliter humida, tactus uerò corpora solida. Sed animalia etiã dum uiuunt, ἀναπνέουσιν & ἐκπνέουσιν, id est, spiritum attrahunt & emittũt: & εἰς τὸν ἀέρα ἀναπνέουσι, efflant in aerem. Dicitur & ἀναπνοὴ, respiratio, propriè quæ fit pulmonibus & pectore. Nam ad hanc musculis pectoris, qui sunt μύες τοῦ θώρακος, laxantibus meatus spirituum opus est. Et διαπνοὴ, quę est cordis & totius corporis intus, & per occultos meatus cutis transit: sic enim distinxere medici. Galenus libro laborantium partium ultimo: ὑπολαμβάνω αὐτοῖς ὀλίγην θερμασίαν φυλάττεσθαι διὰ τῶν ἀρτηριῶν τε καὶ τῆς καρδίας ἔργου, καλουμένου δὲ ὑπό τινων ἰατρῶν διαπνοῆς, ὥσπερ τοῦ διὰ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἀναπνοῆς. Et lib. xi. Rationis medendi: ἐν μὲν δὴ τῷ τῆς καρδίας σώματι διὰ τῆς ἀναπνοῆς, ἐν ἅπασι δὲ τοῖς ἄλλοις μέρεσι διά τε τῆς πρὸς τὴν καρδίαν κοινωνίας, ἔτι δ᾽ ἑτέρας τινὸς εἴδους ἀναπνοῆς, ὃ καθ᾽ ὅλον τὸ δέρμα γιγνόμενον ὀνόμασται διαπνοή. Ac sine hac ne momentum quidem uiuere animal potest, sed extincta statim moritur. cum & hystericę mulieres, & animalia incubantia, quæ φωλεύοντα dicũtur, sine illa manifesta respiratione uitam tamen retinere cõperiantur. Quare cum respirantem posse uiuere uel momento temporis negant, πεπίστευται γὰρ, inquit Galenus, ἀχώριστον εἶναι τοῦ ἀναπνεῖν τὸ ζῆν, τῷ τε ζῆν τὸ ἀναπνεῖν. Et addit de copia sua: ὥστε καὶ τὸν ζῶντα πάντως ἀναπνεῖν, καὶ τὸν ἀναπνέοντα πάντως ζῆν. Hæc igitur de conseruatione quacunque spirituum uitalium accipienda sunt: quibus deficientibus, interire animal necesse est. Sed nunc de flatus uocabulis, ac promiscuè quidem disputabimus: non enim ἰατρικὴν, sed ὀνομαστικὴν partium διασκευὴν professi sumus. Est igitur εὔπνοια, spirandi expedita facultas. δύσπνοια, impedita. ὀρθόπνοια, adhuc etiam difficilior, cum anniti aliquem necesse est. ἄπνοια autem, facultatis huius priuatio. ut ἄπνοια ὑστερική, suffocatio naturæ in mulieribus. Et ἄπνους Empedoclis apud Laertium, τοῦτό τι ὥστε τριάκοντα ἡμέρας συντηρεῖν ἄπνουν καὶ ἄσφυκτον τὸ σῶμα: Vt corpus triginta dies sine spiritu duraret, neq; putresceret. Et ἄπνους Heraclidæ Pontici liber, cuius fit mẽtio τῶν πεπονθότων τόπων ς΄. de muliere, in qua nulla uestigia fuissent reliqua uitæ, neq; spiritus, neq; motus uenarum, id est, γυναίκας ἄπνου καὶ ἀσφύκτου. πνεῦμα, spiritus, flatus, alitus, anima. πνοὴ Thucydidi uentum, seu flatum notat. Xenophonti μυκτῆρες sunt εὐπνοώτεροι, id est, nares expediti spiritus. ἐπίπνοια est in Cratylo, afflatus. et in Menone dixit, ἐπιπνοῦς ὄντας καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ θεοῦ, afflatos & plenos numine diuino. Dixerunt & διακρίνεσθαι τὰ πνεύματα, alitus discerni. & δοκιμάζεσθαι τὰς ὀσμὰς, notari odores. & πνεῦμα εἰλικρινὲς, alitum syncerum. Item οἶνον ἀνθοσμίαν, uinum odoriferum, de floribus & odore deducto nomine. Hoc gratissimo gustu, & minimè noxium, ac delicatissimum habitum. Itaq; scripsit Xenophon ἑλληνικῶν libro sexto, in Corcyra insula ita fastidiosos factos fuisse milites, ut nisi odoratum uinum esset, recusarent bibere: id est, εἰς τοσοῦτο τρυφῆς ἐλθεῖν, ὥστε οὐκ ἐθέλειν πίνειν, εἰ μὴ ἀνθοσμίας εἴη. In Ranis Aristophanis uolũt hoc dictum prouerbialiter, Διόνυσε πίνεις οἶνον οὐκ ἀνθοσμίαν, ab Aeschylo, qui significaret illum delirare κραιπαλῶντα, id est, à crapula, & uti uino lædente facilè caput. Hic est οἶνος καρηβαρείτης, & χυδαῖος, uinum uile ac uulgare. Dixerunt & ἄνοσμον, uinum tenue ac euanidum. In Curculione etiam Plauti, nominatur flos uini ueteris. Est & τὸ τῶν ἀρωμάτων πνεῦμα εὐῶδες, id est, aromata odoratum quiddam spirant. nam odoratum, odoriferũ est. ut,

Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum. &,

Iactat odoratos uota per Armenios.

Fœtor est δυσωδία, ut diximus. In hircis, & sub alis, κινάβρα appellatur. & κιναβρᾶν, olidus. & γράσος, idem fœtor. & γράσου ὄζειν. Aristot. προβλημ. δ΄. καὶ τὸ καλούμενον γράσου ὄζειν. & ιδ΄. νηστείας ὄζειν. Fœtet enim

enim anima ieiunorum. Et apud Horatium, olidæ capræ. Et Ouidius,

—Ne trux caper iret in alas.

Et γραόσων, fœtens, seu olidus, πρωνύμως. & apud Plautum nautea. Verba autem & locutiones τοῦ πνεῖν, tales quædam reperiuntur. πνεῖν, spirare. Odyss. ι.

αὔρη δ' ἐκ ποταμῶν ψυχρὴ πνέει ἠῶθι πρό.

&, ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος θερμὸν καὶ ψυχρὸν πνεῖν, indidem calidum & frigidum spirare. & πολὺς πνέων, commotus. & Ιλ. β.

— μένεα πνείοντες ἄβαντες.

& πῦρ πνέοντες, Xenophōti in septimo historiæ Græcorum, feroces. Et ὀργιστῶν, ἐλαφρὸν πνέων, de festinante. Et in Actis, σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου, spirās adhuc minas & cædem. At Propert.

—Qui nunc magnum spiramus amantes. lib. 2.

Hanc enim ueram scripturam esse existimo. ἐμπνεῖν autem absolute, spirare est, id est uiuere. ut Quinto Fratri lib. secundo: Quandam effigiem spirantis mortui. Et Aeneid. 6. Spirantia æra. & 4. Spirantia consulit exta Dido, quasi adhuc uiua. Euripides de Alcestide moribunda, σμικρὸν ἐμπνέουσ' ἔτι. Apologia Platonis, ἕως ἂν ἐμπνέω. id quod grādius Maro,

—Dum spiritus hos reget artus.

& ἔμπνους ἔτι, nondum exanimus. Exanimus autem est ἄπνους, & ἄπνευστος. & Hesiodo ἀνάπνευστος καὶ ἄναυδος. In Symposio Platonis significat ἀπνευστὶ repressionē spiritus. ἐὰν μέν σοι ἐθέλῃ ἀπνευστὶ χρόνον ἔχοντι πολὺν παύεσθαι ἡ λύγξ: Quòd si te diutius continente spiritum, cessauerit singultus. Hoc est Aristoteli ἀπνευστιάζειν, in Problem. ἐάν τις ἀπνευστιάζῃ, παύεται ἡ λύγξ. ἀπνευστὶ interpretantur etiam ἀπόνως, id est absq; negotio. In oratione περὶ στεφάνου· συνειλοχὼς ῥήματα καὶ λόγους, συνείρει τούτους σαφῶς καὶ ἀπνευστί, Collecta uerba & orationem corripit planè ac facilè. Et ἀπνευστὶ πιεῖν, ductim bibere, ut interpretatur Priscianus lib. 15. Plautus Curcul. Inuergere in me liquores tuos sino ductim. ἡμίπνους autem est semianimus. Galeno πεπονθότων τόπων δ'. ἡμιπνόων ζώων, meatibus spiritus in altera utra pectoris parte obturatis. Item ἐμπνεῖν actiuè. Xenophon ἑλλην. ζ'. τὴν ἀρετὴν θεὸς ἐμπνεύσειε, si Deus inspiret uirtutem. Ιλ. υ. ὣς εἰπὼν, ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν. Et μένος, in Androm. Eurip. ἐμπνεύσομαι τῇδε. Latinis autem aspirat Deus fauorem, fortunā, successus. Maroni autem,

— Aspirat primo fortuna labori.

ἐλλειπτικῶς, ut uidetur, fortuna aspirat successum primo labori. Absolutè etiam idem uerbum posuit,

Aspirant auræ in noctem. — & alibi,

Vos ô Calliope precor aspirate canenti.

Ductum est, inquit Seruius, uerbum à prosperè nauigantibus, quibus dicitur uentus ἐξ οὐρίων spirare. Ita igitur & alibi,

Ferte uiam facilem uento, & spirate secundi.

ἐκπνεῖν, expirare, id est, efflare animam. ut in Luca, καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐξέπνευσεν, de salutari morte Iesu Christi, filius Domini nostri. Et Eurip. Iphigenia Taurica, συνεκπνεῦσαι, unà mori. Idem & casum addidit, Phœnissis,

ἄμφω δ' ἅμ' ἐξέπνευσαν ἄθλιον βίον.

Amboq; simul exalarunt miseram animam.

Et similiter Homerus Ιλ. δ'. θυμὸν ἀποπνείων. Sed ἐκπνεῖν uerbo in Oreste Eurip. μεταφορικῶς est usus de uulgo commoto, in significatione acquiescentiæ:

εἰ δ' ἡσύχως τις αὐτῷ ἐντείνοντι μὲν,
χαλῶν ὑπείκοι καιρὸν εὐλαβούμενος,
ἴσως ἂν ἐκπνεύσειεν· ὅταν δ' ἀνῇ πνοάς,
τύχοις ἂν αὐτοῦ ῥᾳδίως ὅσον θέλεις.

At concitatum, cedere huic si quis sciat,
Et frena laxans tempori substernat,
Fortè acquierit uulgus: ac tranquillum ubi
Iam fuerit, hoc uti, ut uolet, quisq; poterit.

Apparet autem translationem ductam à mari uentoso. Ita & in Phœnissis,

χάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς.

Et pro Flacco: Remittant spiritus. Et alibi spiritus tribunitios dixit. & cum homines inflati opinionibus, turpiter irridentur. Et Maro:

Det libertatem fandi, flatusq; remittat.

Annotarunt & διαπνεῖν in significatione τὰ λοίσθια πνεῖν, id est, ducere extremum spiritum. Plato Phædone, uerbo hoc etiam de corpore usus est: ᾧ προσήκει διαλύεσθαι, καὶ διαπίπτειν, καὶ διαπνεῖσθαι: Quod dissolui debet, & intercidere, & expirare, uel potius expirando interire. Et διαπνεῖν, ac ἀποπνεῖν, est πέρδεσθαι, id est pedere. διαπνεῖν etiam actiuè posuerūt. ut, ζέφυρος διαπνεῖ λειμῶνα, spirat per pratum, uel perflat pratum Fauonius. Hippocrati est in 6. ἔκπνοον καὶ εἴσπνοον, nimirum totū corpus, id est eiusmodi, unde

ſpiritus exit, & quò intrat. Eidem & σύμπνουν, & σύῤῥουν, corpus eſt, id eſt, in quo ſpiritus & humores perpetuò commiſceantur. Eſt & συμπνεῖν, cōſentire, id eſt conſpirare. etſi uerbum latinum κατοφρυσμεῖν ferè ſignificat, ſonās in deteriorem partem. In oratione περὶ στεφάνου, συμπνευσάντων ὑμῶν καὶ Θηβαίων, Si uos cum Thebanis conſenſeritis. Conflare autē propriè de metallis, & translatè dicitur de coniunctionibus. ἀναπνεῦσαι, reſpirare. Plato Euthydemo: καὶ πρὶν ἀναπνεῦσαι καλῶς τι καὶ εὖ τὸ μειράκιον, priuſquā reſpirare poſſet adoleſcēs. Plautus Perſa: Sine reſpirare me, tibi ut reſpondeam. Sed & Ariſtoph. in fabula, cui nomen ὄρνιθες, ita eſt hoc uerbo in ioco uſus: κἀκπερδόμων κἀναπνεύσας αὖθις αὖ κατέπτατο: emiſſo crepitu & ſpiritu recepto. Sed καταπνεύματα λωτοῦ, de tibijs dixit Eurip. Phœniſsis. Harum enim apud ueteres eximia materia lotus fuit. Et mox, στρατὸν ἀργείων ἐπιπνεύσας, incitato exercitu Achiuorum. Quod autem ſuprà diximus, ſine ſpiritu uitam durare non poſſe, uſqueadeò uerum eſt, ut uulgò nihil aliud ſpectetur, neq; cōſideretur ad mortem, quàm ſpiritus amiſsio. Et in ægrotis, & qui animo linquūtur, tentant uariè, num quid ſpiritus ſeu animæ adhuc adſit. ut ſe facere ille ait in Milite glorioſo: Tentabam, ſpiraret, an non. etſi hæc in editis libris aliter leguntur. Sed de hoc aliàs. Homerus etiam oculis & naribus oblatum finem mortis fuiſſe ait, ιλ.π'.

— τέλος θανάτοιο κάλυψεν
ὀφθαλμοὺς ῥῖνάς τε. —

Verùm de his ſatis. πνευστιᾶν, eſt anhelare, ut in defatigationibus accidit, & equi inſtigati ſolent. Significat autem πνεῦμα & uentum. ut in oratione περὶ στεφάνου, ῥήτωρ ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἡσυχίας, ὥσπερ πνεῦμα ἐφάνη. Et Ioan 3. τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ. Et πνεῦμα θεοῦ ἅγιον, Spiritus Dei ſanctus, Deus uerus & æternus cum patre & filio, ſanctificans & illuminans corda fidelium. Sic enim ſentire pios neceſſe, & loqui fas eſt. φυσᾶν, eſt flare. & φῦσαι, flatus ſunt. & ἐκφυσᾶν, efflare quendam ſpiritum ſtreperū. Nam ut Galenus ait, ἐκφύσησις eſt ἐκπνοὴ ῥοιζώδης, id eſt, cum ſtrepitu emiſſus ſpiritus. Eadē eſt eidem βίαιος & μεγάλη ἐκπνοή, cuius ὄργανον eſt pectus & pulmones. Hæc fingitur in gutture, id eſt ibi, ubi λάρυγξ nominatur. & fit uox, id eſt φωνή. Quæ rurſus fingitur à lingua, & fit διάλεκτος, quæ iam eſt oratio. Hæc copioſius memorātur à Galeno: nos enim locū tantum attigimus, qui eſt in ſecundo libro Placitorum Hippocratis ac Platonis. φῦσαι autem Homero etiam folles ſunt, ιλ.σ'.

φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων.

Suidas interpretatur φυσαλλίδας, τοὺς αὐλοὺς, id eſt, eſſe ſic tibias appellatas, nimirum ab inflatione. nam & tibicines inflant tibias. Vnde locus in hoc hominum genus plerunq; leue & uanū, epigrammatis expoſiti ab Athenæo lib. 8.

ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν,
ἀλλ' ἅμα τῷ φυσῆν χ' ὡ νόος ἐκπέταται.
Munere diuorum nulla in tibicine mens eſt:
Dumq; frequens flatus ducitur, illa fugit.

Lucianus Charone, ſeu deſpicientibus, hoc nomine indicat bullas aquaticas: ἤδη ποτὲ πομφόλυγας ἐν ὕδατι ἐθεάσω, ὑπὸ κρουνῷ τινι καταῤῥάττοντι ἀνισταμένας, τὰς φυσαλλίδας λέγω, ἀφ' ὧν ξυναγείρεται ὁ ἀφρός. Demoſthenes falſæ legationis: θοἰμάτιον καθεὶς μέχρι τῶν σφυρῶν ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, τὰς γνάθους φυσῶν: Demiſſo ad talos uſq; pallio, ita ingrediens, ut Pythocles, buccas flatu diſtendens. Vno uocabulo hic erit φυσίγναθος, quod nomen èſt βατράχου, in Homerico ranarum prælio. In Nebula Ariſtoph. dicitur, quòd nubes incluſus uētus, ἔνδοθεν ὥσπερ κύστιν φυσᾷ, intus tanquā ueſicam inflet. Et mox de uentre ad ignem inflato, ἡ δ' ἐξεφυσᾶτο. Et in Pluto, ἡ γαστὴρ δ' ἐπεφύσητό μοι, uenter tùmebat flatibus. Idem in Equitibus, συμπεφυσημένα dixit de conſpiratione. Ioan. cap. 20. καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς: Hæc locutus, inflauit, & dixit eis. ἐκφυσᾶν τὴν ψυχὴν, exalare animam. & ἐκφυσήσας τὸ ψυχίδιον. Alcibiade poſteriore Plato: ἀνδρῶν πολιτικῶν, πολιτικὸν φύσημα φυσώντων, uirorū qui inflati ſunt gloria adminiſtrationis Reipublicæ. Et Phædone, dixit de anima: δεδιέναι τὸ τῶν παίδων μὴ ὡς ἀληθῶς ὁ ἄνεμος αὐτὴν ἐκβαίνουσαν ἐκ τοῦ σώματος διαφυσᾷ, καὶ διασκεδάννυσι: Metuere, id quod pueri ſoleant, ne reuera uentus illam egredientem è corpore difflet & diſpergat. Plautus Milite: Cuius tu legiones difflauiſti ſpiritu.

φυσιῶ

φυσιᾶμ est equorũ, qui apud Maronem spirant naribus ignem. Ιλ. δ'. sunt φυσιόωντες. Et Paulinum uerbum φυσιοῦσθαι, inflari. Esse & ἄαπτος, τὸ πνεῦμα, annotant κατὰ διάλεκτον. Ιλ. χ'.

—ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσσε.

Etiam ῥέγχομεν naribus, id est, stertimus. unde ῥόγχος, sonitus stertentium, quem irrisores imitantes ῥογχάζουσι. Capuis autem quidam, ut in Festo legitur, παρέγχων dictus fuit, de quo prouerbium natum, Non omnibus dormio. Verbum autem notat simulatè stertentem. Ad nasum etiam addi sternutationes poterũt. Sternutare autem est Catullo sternuere, Dextra sternuit approbatione. πταρνῦσθαι Graeci, & πταρεῖν. Theocr. Thalysijs,

σιμιχίδᾳ μὲν ἔρωτες ἐπέπταρον. —

Et πταρμικόν, quo sternutatio cietur. Fuere inter omina ueteribus sternutamẽta, id est πταρμοί. Quare hunc solum sacrum spiritum Aristoteles uocat. Xenophon ἀναβάσεως γ'. τοῦτο δὲ λέγοντος αὐτοῦ, πτάρνυταί τις. ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται, πάντες μιᾷ ὁρμῇ προσεκύνησαν τὸν θεόν. καὶ ξενοφῶν εἶπε· δοκεῖ μοι ὦ ἄνδρες, ἐπεὶ περὶ σωτηρίας ἡμῶν λεγόντων, οἰωνὸς τοῦ διὸς τοῦ σωτῆρος ἐφάνη, εὔξασθαι τῷ θεῷ τούτῳ, θύσειν σωτήρια, ὅπου ἂν πρῶτον εἰς φιλίαν χώραν ἀφικώμεθα, συνεύξασθαι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς θύσειν κατὰ δύναμιν: Hæc illo dicente, sternuit quidam. Quo audito, milites omnes uno impetu Deum adorauerũt. Dixitq; Xenophon: Mihi uidetur commilitones, quoniam uerba nobis de salute facientibus, augurium Iouis Salutaris oblatum est, uota huic deo nuncupãda esse, nos, ubi primùm pacata loca attigerimus, rem diuinam facere, ob præstitam salutem, atq; unà & alijs dijs pro facultatibus sacrificare uelle. Fit huius & apud Homerum perelegãs mentio, quem locum de Οδυσσ. ρ'. asscripsimus, & Græcum, & qualibuscunque uersibus latinè redditum.

ὣς φάτο. τηλέμαχος δὲ μέγ' ἔπταρεν. ἀμφὶ δὲ δῶμα
σμερδαλέον κονάβησε. γέλασσε δὲ πηνελόπεια,
αἶψα δ' ἄρ' εὔμαιον ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
ἔρχεό μοι τὸν ξεῖνον ἐναντίον ὧδε κάλεσσον,
οὐχ ὁράας ὅ μοι υἱὸς ἐπέπταρε πᾶσιν ἔπεσσιν;
τῷ κε καὶ οὐκ ἀτελὴς θάνατος μνηστῆρσι γένοιτο,
πᾶσι μάλ', οὐδέ κέ τις θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξει.

Sic ait. At magno sonitu tunc filius omnem
Sternutante domum repleuit nare: sed illa
Risit, & Eumæum sic est affata subulcum:
Hospitem age huc mihi siste uocãs assidere coràm.
Nonne uides, natus quàm clarum sternuit? hoc est
Non falsum indiciũ, mortẽ impendere propinquam
Cunctis qui thalamos nostros petiere Pelasgis.

Plutarchus dicit fuisse πταρμοῦ οἰωνόν, dæmonium illud celebratum à Platone Socratis. Aristoteles Problemat. μελλοπτάρμους, sternutaturientes dixit. Dixere & ἐπιλαβεῖν ῥῖνα, continere nasum, quod foetoris uitandi causa faciunt. In Pluto,

—χ' ὁ πανάκεια ἀποστρέφει
τὴν ῥῖν' ἐπιλαβοῦσα. —

Deminutum ἀπὸ τοῦ ῥινός, est ῥινίον, Physiognomonicis Aristot. ῥίνην autem limam interpretantur: & ῥίνημα, scobem. & ῥίνη, piscis squatina dicta. & ῥινοῦσθαι, limare. Et inde ducunt κατερρινημένον in Ranis, subtile. Alij leue maluerunt, & deridiculum. Nam ῥινᾶν esse Menandro deridere, id est, naso suspendere. Pili qui sub naso de labro superiore enascuntur, μύστακες. Theocritus,

χ' ὡ μύσταξ πολὺς οὗτος ἀναιδέος ἀλλὰ λεπτὸς ὁ κάπρος(?)

Et præconiũ τῶν ἐφόρων Spartæ, cum magistratum inirent, apud Plutarchum in libello de Sera numinis animaduersione, μὴ τρέφειν μύστακα, καὶ πείθειν τοῖς νόμοις, ὡς μὴ χαλεποὶ ὦσιν. Et ὑπορρίνιον, ac πρωτογένειον, in prima origine sua nominãtur. Inferiores autem labri, πάππος: totaq; quasi syluula, ὑπήνη, unde ὑπηνήτης. Sed & genas ὑπήνην dixere. Et in Vespis, partium Lacedęmoniarũ est τὴν ὑπήνην ἄκουρον τρέφων. Sub oculis genæ iuxta nasum utrinq; eminent, & ad mentum demittuntur, quæ in uerecundia & pudore rubescunt: unde sedes hæc pudoris dicta. παρειὰς Græci nominarunt. & ὄφις παρείας, in Pluto, grandibus buccis, ut uidetur. Et τὰς ὄφεις τὰς παρείας θλίβων, de Aeschine dixit Demosth. περὶ στεφάνου. Et παρήϊον ἔμμεναι ἵππων, de equestri ornatu, Ιλ. δ'. Ionicè pro παρεῖον. Sed illi sub oculis quasi globuli, propriè μῆλα à Gręcis appellantur, Hippocrati κύκλοι προσώπου. Haud scio, an Latini hinc malas suas non acceperint: cum etiam ex Oratore Ciceronis cognosci posit, à maxilla malas, ut axilla alas esse factas. μῆλα, ait Pollux, παρὰ τὸ αὐξάνειν ἐν ὥρᾳ, uocantur, id est,

quòd in his flos ætatis eluceat. Nominat idem genas, ὑποφθάλμιον φρουρὰν, id est, oculorum custodiam. Hos enim munire uidetur supra prominētia τῶν ὀφρύων, infra eminentia τῶν μήλων. ἀπὸ τῶν παρειῶν fiunt εὐπάρειος, καλλιπάρειος, & Ionica ectasi καλλιπάρηος, in quibus significatio est genarum honestarū. Naues sunt Homero μιλτοπάρῃοι, & Odyss. λ. φοινικοπάρῃοι, miniatæ, & puniceo colore pictæ. Galea autem χαλκοπάρειος, cuius æs & genas defenderet. Ιλ. μ'.

— κυνέης διὰ χαλκοπαρήου.

Pindarus uerò χαλκοπάραον ἄκοντα, dixit præferratum iaculum. Et χαλκοπάραον θοὰν γλῶσσαν, νεμέων ζ'. quasi ferro acutam linguam. ἁμαλοπάραος ἀγαύα, Theocrito, teneris & purpureis genis, & similibus malis arborum. Et Pausaniæ ἀθλωᾶ cognomento παρεία. Dicuntur ἀνθοῦσαι παρειαὶ, floridæ genæ. & ξανθαῖς, eædem. ἐρυθαινόμεναι, rubicundæ. ἐρυθριῶσαι, rubentes. ὑποφαίνουσαι τὴν τοῦ αἰδοῦς χρόαν. tinctæ pudoris colore. Atque huc etiam uidetur pertinere, ἄγαλμα αἰδοῦς, in Nebulis. Hæc enim est effigies quædam uerecundiæ, si erubescant pueri. ὡς ὑπολάμπειν αὐταῖς τὸ ἦθος, ut in his resplendeat indoles. ut ἐμφαίνεσθαι τὴν αἰδῶ, ut uerecundia appareat. Item παρειαὶ λάμπουσαι, στίλβουσαι, renidētes, nitentes. In ore quod inflari solet, buccas dixere. In Suetonij Galba & buccula deminutum legitur. Significat autem uocabulū cauitatem. Plin. 11. cap. 45. In ipsa genu utriusque commissura, gemina buccarum inanitas inest. Horatius:

— Quin illi Iuppiter ambas
Iratus buccas inflet. —

Græcis sunt γνάθοι, & γναθμοί. Hippocrati autem est ἡ κάτω καὶ ἡ ἄνω γνάθος, inferior & superior mala. Homer. Odyss. σ'.

— χαμαὶ δ' ἐκ πάντας ὀδόντας
γναθμῶν ἐξελάσαιμι. —

Atque ita etiam in bestijs nominarunt. Et Xenophonti est equus ἱτφόγναθος, oris contumacis, is plerunque, qui habet μὴ ὁμοίας τὰς γνάθους. Illis autem Diomedis Thracis equis ait Admetus in Euripid. Alcestide,

οὐκ εὐμαρὲς χαλινὸν ἐμβαλεῖν γνάθοις.

Et de ijsdem mox,

ἀλλ' ἄνδρας ἀρταμοῦσι λαιψηραῖς γνάθοις.

Sed deuorant uoracibus malis uiros.

Ridicula est denominatio parasitorum; ut γνάθωνες appellentur. Latinis autem buccones sunt, qui stolidiores habētur. Plautus Bacchid. Bardi, blenni, buccones. Apud Homerum etiam rident proci γναθμοῖς ἀλλοτρίοις, Odyss. υ'. risum alienum & importunum. quod prouerbiali figura dixere, ξενίαις παρειαῖς γελᾶν, alienis ridere genis. Teutones huius risus negant esse cor conscium. Est & γνάθαινα, & γναθαίνιον, mulierculę nomen, in Athenæi lib. 12. & φυσίγναθος, ranunculus Homericus, ut diximus.

Maxillæ, seu malæ, γένυες, & σιαγόνες. Apud Hippocratem sunt & σιαγόνια. Aristoteles superiorem σιαγόνα, nominat γένυν, inferiorem γένυι. In Physiognomonicis tamē legitur, ἄνω καὶ κάτω γένυς, de Laone. In πυθίων δ'. est χαλκογένυς ἄγκυρα. Et γένυς securim seu bipennem significat. Electra Sophocl. ὅτε σοι παγχάλκων ἀνταία γενύων ὡρμάθη πλαγὰ, cum impacta fuit aduersa tibi plaga æratæ bipennis. Hæc enim est tragica mors Agamemnonis. Mandibula aliqui fuerunt ausi nominare, à mandendo, ut apparet. Celsus superiorem malam, inferiorem maxillam appellat. Sed malæ sunt certè maxillæ Latinis. Virgil.

Quem malæ texere lupi cum dentibus albis.

Et Plautus Bacchid. Ne nucifrangibula excussit è malis meis. Et γένυς similiter de malis & mento ponitur. πυρσαῖς γένυσιν ἐξανθούμενος. &,

ἐπεὶ δὲ τέκνον γένυς ἐμὴν σκιάζεται.

in Euripidis Phœnissis. Sed maxillam superiorem, omnium animātium solus crocodilus mobilem habet. Herodotus εὐτέρπῃ· γλῶσσαν δὲ μοῦνον θηρίων οὐκ ἔφυσε, οὐδὲ τὴν κάτω κινέει γνάθον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μοῦνον θηρίων τὴν ἄνω γνάθον προσάγει τῇ κάτω: Vni huic bestiarū omnium linguam natura non dedit. Neque inferiorem hic maxillam mobilem habet: sed adducit contrà, atque aliæ bestiæ, superiorem maxillam ad inferiorem. Plinius hæc breuiter: Vnū hoc animal terrestre linguæ usu caret, unum superiore mobili maxilla imprimit morsum. Os autem, id est στόμα, labra includunt. Ea sunt χείλη, quasi χεῦλη τινα, id est, quasi dicamus lauabra. Os etiam & buccam aliqui dixere: atque

hinc

hinc quoq; fortasse buccones & bucculenti, Plauto. Et quicquid in buccam uenerit, ὅταν ἐπὶ τὸ στόμα ἔλθῃ. A' labijs sunt Labiones, & χειλωνίδαι. ὑπερχειλὴς, ὑπερπόλαιος, superflues, de garrulis. ἀγκυλοχείλης, in Equitibus Aristophanis. & ἀγκυλοχειλος hic est σκολιόχειλος, rostro adunco, ut aquilæ, & aliæ uolucres γαμψώνυχοι, hoc est, uncis unguibus. Hesiodo sunt γαμψώνυχες ἀγκυλοχεῖλαι, accipitres. συγχειλίαι in Physiognomonicis Aristot. labiorum cōpressiones, λαγόχειλοι, qui sunt labris scissis, ut lepores. Et χεῖλος, labrū uasi et poculi. ut Hesiodus retentā spem solam dicit, πίθου ὑπὸ χείλεσι, ad dolij labra. Et in balneis labrum est, Grecis πύελος, & Homero ἀσάμινθος. Hinc ἰσοχειλῆ τὰ ἐπίμετρα, id est, ad mensuram cumulate adæquata. ὑπερχειλῆ autem, quæ abundant, quasi labrum excedentia. At ὑπερχειλὴς, deficiens & deminutum notat. Aristoph. ἱππεῦσιν ὡς ἐποίησε τὴν πόλιν ἡμῶν, μεστὴν κενὴν, ὑπερχειλῆ: Qui repertā urbem nostram plenam reddidit magna ex parte uacuam. Eupolis & nauis χεῖλος dixit, teste Polluce. Herodot. χεῖλος Euphratis, ὄχθη, ripā fluuij. μοιμύλλειν & μοιμυᾶν, labra contrahere, de Comicis memorat Pollux. διμυλλαίνειν autem, distorquere labra: quòd de labris quoq; reperiatur τῶν μύλων appellatio. Græci nihil reliquerūt sine nomine, gens diues uocū. Totum igitur oris ambitum appellarunt ὑπομύλιον. Illam superioris labri quasi canulam, seu lacunam, φίλτρον. Inferioris uerò uallicu lam, τύπον, & νύμφην. Labiorum prominentiam, προχειλίδιον, & πρόχειλον. Hippocrati est προβολὴ χείλεος. Consertionem, πρόστομιον, & προστομίαν. Desinentiam utrobiq; in buccas, χαλινούς. In Eunuchi Terentiani explicatione legitur, labia esse maiora labra, & inde denominatos Labiones. Legitur & hoc, labia esse inferiora, superiora labra: labias autē & labras, asinorum. quæ quidem seu Donati, seu alterius exquisitiones, magis uidentur esse bellæ, quàm ueræ. Superius labrum inuenio à quibusdam χειλαίαν nominari. Aristoph. σφηξίν, ὑπ' ὀργῆς τὴν χειλαίαν ἐσθίων, prę ira labrum superius arrodens. Labrosa est apud Lucretium, labris magnis, fortasse πρόχειλος. Videtur & labrusca à labris facta, quæ Græcis est ἄμπελος ἀγρία, id est uitis syluestris. In Acharnēsibus est μαστρύζειν, de sene tristi. quod interpretantur labra cogere, & acuere, ut infantes soleant, appetentes mammam. Genæ & labra uestiuntur barba. Prima autem lanugo dicitur χνοῦς. & χνοάζειν poetis, ostendere illā lanuginem. Dicitur & ἴουλος. Odyss. λ'.

— πρίν σφωϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους ἀνθῆσαι. —

Hoc nomen est & uermiculi millipedis, quem alio nomine uocarunt ὄνον. Aliqui scolopendram acceperunt. etsi Plinius millipedem τὴν σῆπα. Et crinium implicationes dixerunt ἰούλους. Et iulos item auellanarum comantes callos in hyeme. Et ἴουλος, carmen lanicij, aut messis etiā, ut Athenæus docet 14. ubi & Cererem ἰουλὼ nominatam memorat: & ἰούλους, colligatos manipulos, id est ἀμάλλας. In commentarijs primi libri ἀργοναυτικῶν Apollonij, duo uersus exponuntur Eratosthenis, in quibus ita fit carminis huius mentio, ut quod accini ad colum cōsueuisset,

ἡ χερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος,
ἀγνιδαλίδας τέμχουσα, καλοὺς ἤειδεν ἰούλους.

Etsi dubium est, utrum lanificij, an panificij carmē hoc existimandū sit. nam ἀγνιδαλίδας panes interpretātur, seu μάζας. Et ἔριθος χερνῆτις, quæ opus faceret manibus, possit accipi. Et Hesiodo operaria mulier est ἔριθος,

θῆτ' ἄοικον ποιεῖσθαι καὶ ἄτεκνον ἔριθον.

Verùm ibidem refertur, Didymum scripsisse, hymnum esse Iulum Cereris, ut apud Trœzenios ὕπιγγον Dianæ. Colligatos enim manipulos uocati οὔλους, & ἰούλους, & Cererē Οὐλώ. πώγων, iam plena barba: quam appellari & γένειον solere, ait Pollux. atq; ita est Il. χ'.

— πολιόν τε κάρη, πολιόν τε γένειον.

Et ἀγένειος Tragicis, imberbis. βαθυγένειος, profunda barba. εὐγένειος, barbatus. Est et Homero λίην ἠϋγένειος, Ionica ectasi. μαδαρογένειος, fluxa & rara barba. κακογένειος, tenui. τριψίχοροι dixit Herodotus, ἄνδρας λειογενείους, leues. προγένειος, prominētibus genis, seu mento. Et γενειάδες propriè barbæ pili, ut capitis ἔθειραι, quo uerbo & de equis Homerus usus est Il. θ'. de equis Iouis,

ὡς εἰπὼν ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο χαλκόποδ' ἵππω

ὠκυπέτα,

ἀκοντί τε, χρυσείοισιν ἐθείρησιν κομόωντε.

Itaque Aristophanem, nisi fallor, grammaticum, Homeri uersum sic ferũt correxisse, ὀδυσσ. π΄.

κυάνεαι δὲ γένοντο γενειάδες ἀμφὶ γένειον.

Sic enim legitur in nostris libris,

κυάνεαι δ' ἐγένοντο ἐθειράδες ἀμφὶ γένειον.

ἐκ δασκίου γενειάδος, densæ barbę appellatio est, in Trachinijs. Et uerbum γενειάσκειν. παιδείας δ'. ἄρτι γενειάσκοντα τὸν ἄριστον παῖδα, cui iam prima lanugo puero optimo enasceret. Hic erit Maronianus

Ora puer prima signans intonsa iuuenta.

γένειον leonis, dixit Lucianus in Cynico, barbam illius, πώγωνα, ἐπιδειδιέναι. In Luciani sacrificijs, id est περὶ θυσιῶν, est Iupiter γενειήτης, barbatus. Græci annotarũt, ῥέθη Aeolica lingua esse πρόσωπα, id est ora: indeque ῥεθομαλίδας uocatas puellas εὐπροσώπους, id est formosas. Theocrito hoc uocabulum labra, ut uidetur, significat:

— τὸ πρὶν δέ τοι οὐκέτ' ἔρωτος
σώζετ' ὑπὸ ῥεθέεσσι. —

Etsi genas potest notare, ut Sophocli Antigona manifestè, νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν ῥέθος αἰσχύνει. Homero autem ora. ut,

ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἄϊδος δὲ βεβήκει.
& ιλ. χ΄.

— ῥεθέων δ' ἐκ θυμὸν ἕλητο.

Interpretantur tamen aliqui Homerica hoc modo, ἐκ ῥεθέων esse ἐκ μελέων. Et Grammatici docent, ῥέθος quamcunque partem corporis significare, sed κατ' ἐξοχὴν os: ut apud Apollonium lib. 2.

*αὐτίκ' ἀνασχόμενοι ῥεθέων προπάροιθε βαρείας
χεῖρας. —*

Validas ait manus protendisse pugiles illos ante ora. A barba poeticum est ὑπήνη: quod admodũ uulgare & protritum esse uocabulum, Pollux ait: hic erit barbatus. Apud Ionem Tragicum reperiri idem dicit, σπανοπώγωνα, qui esset rara barba. Eundem dixere λεπτοτριχοῦντα τὸ γένειον. βαθυπώγων, & Aristophanicum δασυπώγων, qui promissam habet et densam barbam. πώγωνας etiam acies ferri sagittarum, id est τὰς ἀκίδας, nominari à poetis, refert Pollux. Homero sunt γλωχῖνες. Unde ὀϊστῷ τριγλώχινι, icta perhibetur ab Hercule, ιλ. ε. Iuno, id est, τρεῖς ἀκίδας ἔχοντι, seu τριγώνῳ, hoc est, cuius cuspis tres acies, seu angulos acutos haberet. Idem πώγων πυρὸς Tragicis, fastigiata flammæ eruptio. πωγωνίας autem est πωγωνίτης, qui & πωγωνιήτης poeticè. ut πωγωνιήτης ζεύς, promissa barba Iupiter. Et stella caudata, ut uulgò uocant, πωγωνίας dicitur: sicut κομήτης, cincinnata. Huiusmodi cum anno Partus salutiferi M. D. X X X I, mense Sextili, in cœli occidua plaga apparuisset, iterum proximo mense Septembri præcedere orientem Solem, & annis duobus sequentibus iterum atque iterum uisa est. Fuit & πώγων, Trœzenij portus nomen. Vnde prouerbium in imberbes, aut malè barbatos, βαδίζειν εἰς τροιζῆνα. Et μισοπώγων, osor barbæ. quo nomine inscripsit Iulianus apostata παλινῳδικόν suũ aduersum Antiochenos. Vocarunt & πώγωνας τῶν ἀλεκτρυόνων, quę sunt κάλλαια, dependentes calli rubentes ante guttur. A barba deminutum, barbula. Pro Cœlio: Non hac barbula, qua ista delectatur. πωγωνίσκοι, & πωγώνιον, barbati, ualidi. Imberbes, aut bene barbatos, in Catil. 1. Iidem sunt, qui à Græcis uocantur ἀρχαῖοι. Pro Murena: Hæc iam tum apud illos barbatos ridicula, credo, uidebantur. De Finib. 4. Antiqui illi quasi barbati, ut nos de nostris solemus dicere. Et πωγώνατος, unus de Imperatoribus Constantinopolitanis, perperam nomine facto secundum formam latinam. Barbætenus sapiẽtes, ἄχρι πώγωνος σοφοί. In quos epigramma græcũ, quo dicitur, non esse φρενῶν ποιητὴς ὁ πώγων, sed φθειρῶν. & alterum, quo hoc, futurum hircum facilè Platonem, si prolixa barba sapientes faceret. utrunque notum. Vbi & per iocum barba longa appellatur μυοσόβη, id est flabellum, quo muscæ abiguntur. τρέφειν autem πώγωνα, est barbam nutrire. & duplici uerbo, πωγωνοτροφεῖν. Barbam, seu genarum pilos, non modò has tegere, ait Galenus, sed etiam ornare faciem uirilẽ, quæ muliebri esse σεμνοτέρα, id est, maiorem habere dignitatem debeat. Ac traditur Nicander Spartanus interrogatus, διὰ τί κομῶσι καὶ πωγωνοτροφοῦσιν οἱ Σπαρτιᾶται, respondisse, ὅτι πάντων κάλλιστος καὶ ἀδαπανώτατος ἀνδρὶ ὁ ἴδιος κόσμος, ut retulit Plutarchus, dictis Laconicis. Ideo esse capillatos & barbatos Lacedæmonios,

nios, quòd suus uiro & proprius ornatus esset pulcerrimus; & minimo impendio cōstaret. Sed Galeni disputatio, quam paulo antè attigimus, est in 11. περὶ χρείας μορίων. ubi & hoc legitur: Cum sint pili τῶν περιττωμάτων, quo magis hic sexus muliebri calidus sit, eo naturam in hoc plus pilorum producere. Esse enim uapores ascendētes, maximeq; crassiores horum, nutrimenta pilorum. Verùm nos de his satis uerborum fecimus: longius etiā fortasse ac latiu suagati, quàm fieri oportuisse uideatur. Quare capitis, & partium huius reliquas nomenclaturas pertexamus.

Os est στόμα, quod dētes tum definiūt, tum constituunt: de cuius uocabulis postea dicetur. Sed in maxillis fixi dentes, ὀδόντες sunt. Hinc aduerbium ὀδὰξ, mordicus. ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες. Ὀδυσσ. ς′. Et ὀδὰξ ἔχειν. & αὐτοδὰξ Aristoph. iocans de ira & animi uehementia dixit, cuius ille gestus in silentio esse solet, ut labra, quasi mordicus apprehendantur. In Pluto autem ὀδὰξ ἐλαβόμην, mordicus apprehendi. Numerus iustus horum, duo & triginta, sedecim in utraque parte. Hos nudamus loquentes, & multo magis ridentes: de quibus uerbis paulo pòst. Hinc Dentati cognomē, ut Curij, quòd cum dentibus genitus esset. Græcis est ἀμφιόδων, qui & ἀμφόδοντα ζῶα, suprà & infrà dentata uocarunt. Item καρχαρόδοντα, ut in piscibus quoq; reperiuntur, qui & σαρκοφάγοι sunt. Significat autem uocabulum, quasi dentium conserrationem & stridorē. κάρχαρον de Gabriæ Aesopicis adduxit Suidas, ut subiecimus. Sunt enim perelegantes uersus: ut libellum esse hunc amissum, admodum sit dolendum. Nam pleræq; fabulæ, quę illius nomine extant, supposititię uidentur. Sunt autem illi uersus de fabula lupi & gruis. Cum enim exemisset nescio quid, quod intra fauces lupo adhæserat, & mercedem postularet medicationis, lupus,

— κάρχαρόν τι μειδιάσας
Ἅις μισθὸς ἀρκεῖ, φησί, τῶν ἰατρείων,
κεφαλὴν λύκου φάρυγγος ἐξελεῖν σώαν.
— *Nudatis dentibus, sed arridens,*
Curationis sit tibi, inquit, hæc merces,
De fauce quòd lupi caput refers saluum.

Et pisces συνόδοντες, ijdemq; συνόδοντες, apud Athen. 7. τριόδους autem est τρίαινα, tridens, insigne Neptuni, Pind. ὀλυμ. θ′. ferramentum piscatorum, quo feriunt pisces. unde & piscaturæ huic nomen factum, τριοδοντία, ut Plato docuit in Sophista. ὀδοντότριμμα, dētifricium dixere, ut sunt pulueres, pumicis, balaustiorū, cyperi, aluminis scissilis. ὀδόντες autē παρακλίνοντες τὴν ἀφὴν τῶν ἀλλήλων, dentes sunt inæquabiles & detorti, Aristot. περὶ ζώων γενεσ. β′. Aduersi dentes, qui acuti sunt, diuidunt escas, ut ait Cicero. Hi sunt medij acuti quaterni, Græcis τομεῖς, & τμητικοί, & διχαστῆρες, quòd cibum secent & diuidant, atq; partiantur quicquid oblatum fuerit. Et κτένες, à pectinum similitudine: sunt enim exæquati, & pares. Polluci placet ideo sic uocatos, quòd oblata enecare, id est κτείνειν, soleant. Et γελασῖνοι, quia in risu ostenduntur: quorum loca si uacua sint, facies deformatur. ut & Martialis innuit:

Nec grata est facies, cui gelasinus abest.

Post hos acutiores in utraq; maxilla bini, ut Pollux: quatuor, ut Celsus, κυνόδοντες, id est canini: propterea quòd admodum acuti, canum dentibus similes esse uideantur, una radice nixi. Vltra quos ferè maxillares quaterni: Pollux quinos tradidit, duabus nisos radicibus, & γομφίους nominat. Interq; hos collocat μύλας appellatas: quidam μυλίτας, & molares latinè dixerūt, quibus extenuatur cibus, & quasi molitur: ut in molis, quæ σιτηροὶ uocantur, frumenta. Sed Pollucis narratio post hæc est indisertior: uel locus, ut plurimi, mendosus. Exponemus igitur rem secundū Galenum, qui in libro 11. de officio partium docet, in homine mirabili artificio naturam produxisse quaternos dentes, τομεῖς dictos: binos autem caninos, qui sunt κυνόδοντες, & λυκόδοντες. Reliquos interiores uniuersos uocat γομφίους, atq; horum numerum certū esse negat. nam quosdam octonos, plerosq; autem denos habere. Minoribus autem dentibus radicem unam, maioribus duas & tres, maximis quatuor attributas esse. Cicero γομφίους omnes intimos & genuinos. Plinius genuinos uocat eos, qui Aristoteli libro secundo historiæ animaliū sunt κραντῆρες. Pollux ὀψιγόνους nominat, & ponit post

σωφρονιστῆρας. Ac κραντῆρας scribit Aristoteles postremos nasci, anno ætatis X X. sed & in senecta quibusdam, ac mulieribus quibusdam octogenarijs illos demum erupisse. Aristoteles quinto libro de Generatione, & tertio de Partibus animalium, discernit dentes nominibus, προσθίων & γομφίων: eosque & τοὺς γνάθους uocat in secundo Historiæ, qui sunt exteriores & interiores. Itē ὀξέων & πλατέων, qui sunt acuti et lati. Apud eundem sunt χαυλιόδοντες, dentes exerti. & ζῷον χαυλιόδουν, Aristoteli tertio de Partibus. Memorantur enim diuersæ dentium formę τῶν καρχαροδόντων, qui sunt serrati. χαυλιόδοντες, exerti & continui. Ii sunt, ut opinor, ὁμοφυεῖς. Caprum ἀργιόδοντα, id est, fulmineis dentibus, uocat Homerus ιλ. ί. Aristoteles in secundo Historiæ, alijs alios rariores dētes habere ait: eosque minus esse longęuos, quos ἀνόδοντας appellauit. Excidunt autem dentes, id est ἐκπίπτουσι. Et animalia βάλλουσιν, & ἐκβάλλουσι. & πρωτοβόλοι, qui τοὺς πρώτους ἐξέβαλον. & ἀβλῆτος & ἄβολος, tam asinus quàm equus, qui nondum protulerunt dentes, ætatis indices. Plinius mutare dixit. In Teutonico græcis uerbū respōdet, quo de equis utuntur, qui ut homines manifestè mutant dentes. Plinius columellares in his nominat. Plaut. Mercatore: Nam illi quidem haud sanè diu est, cum dentes exciderunt. Et cadunt. Idem Menæchmis: Septuennis, nam tum dentes mihi cadebant primulùm. Secundum quod Ausonius hoc fecit,

Indicat in pueris septennia prima nouus dens.

Vocant & ἐν πώλοις, id est in equis, γνώμονα, & γνῶμα, dentem indicem ætatis. & λειπογνώμονας, quibus ille excidit. & eosdem κατηρτυκότας, & κατωλιωκότας, quorum ætas incerta esse putatur. φρατῆρας autem uolunt in pueris esse septēnij dentes: eoque allusisse Aristophanem in Ranis, mutato nomine, σκώπτοντα Archidemum, ὡς ἑπτέτης ὢν οὐκ ἔφυσε φράτερας. φύονται autem dentes, id est, nascuntur ac gignuntur. Aristoteli quinto de Generat. etiam ἀνατέλλουσιν, id est, oriuntur. Dentatum Plaut. in Pseudolo de milite posuit, significans ferocem & sæuum, ut uidetur. Denticulus autem possit esse ὀδόντιον, ut λεόντιον. Nam etsi ὀδοὺς à uerbo ἔδω, ut placet Grammaticis, quasi ἐδοὺς, dicitur usitatè: reperitur tamen & ὀδών, unde & λευκόδων ὀδοντογλυφίδα interpretantur dentiscalpium. Fuit autem σχῖνος, id est lentiscus, delicatiorib. in usu, ut & Martialis in distichis indicauit: & hinc factus est σχινοτρώξ. In aratro iuxta uomerem dentalia nominantur. Apud Vitruuium uerò dēticulus in ædificijs & alijs operibus, nominatur extans quiddam. Et serra dentes, & quicquid serratū est, habet. Plaut. autem Bacchidib. iocans, dentifrāgibula, pugnos fortasse: et mox dentifrangibulū dixit, dentium excussorem. Dentire, de dolore dentiū, Plaut. in Milit: Ne dentes dentiant. Plin. hoc hoc uerbo interpretatus est græcū ὀδοντοφυεῖν. Erumpunt autē infantibus cum dolore semper, sæpe etiam cum magna corporum afflictione, neque conferti unquam absque periculo Res est ὀδοντοφυΐα, dentitio. & ὀδοντοφυῆ βρέφη, dentientes pueri. Et in Phædro, τῶν ὀδοντοφυούντων πάθος κνῆσις καὶ ἀγανάκτησις περὶ τὰ οὖλα, pruritus & molestia gingiuarū. Hippocrati est οὔλων ὀδαξησμὸς ἤγουν κνησμός. Verbū autem ὀδαξᾶν, dolorem, quem dentes morsu fecerunt, etiam notat, cuius aoristo secundo usus est Xenophon Conuiuio, ὥσπερ ὑπὸ θηρίου τινὸς δεδηγμένος τόν τε ὦμον πλεῖον ἢ πέντε ἡμέρας ὤδαξον: Dolebam humerū, tanquam me bestia momordisset. ὀδακτάζοντι autem equo, id est morsicanti, frenos concuti & resonare dixit Apollonius Argonaut. lib. 4. Dolor autem dentium est ὀδονταλγία. In Polluce etiam hæc leguntur, in utraque maxilla æquales et similes, siue oppositos dentes numerari oportere, ut suprà & infrà quatuor τομεῖς, & duos caninos. Sed μύλαι sunt latiores, quas duplices uocat Plinius. Harum igitur & partibus nomina Græci indiderunt. Qua enim gingiuæ proximi sunt, μυμίσκον dixerunt. Qua cibus manditur, τραπεζαν. Qua concaui sunt, ὀλμίσκον. Quibus autem locis maxillæ infixi sunt, ea, in maxilla quidem, ut ostendit Galenus, φάτνας & φατνία dixere, id est præsepia, in quibus singuli dentes firmi consistunt, mirabili naturæ opere comprehensi. Iam tota series dentium, φραγμὸς dicitur, id est septū, quod Homero est ἕρκος ὀδόντων. Sed in una

parte

parte σιαγὼν, quod & in equis Xenophon nominat. Ac quidam scripsere uocabulũ per υ, συαγόνα, ut Athen. indicat libro tertio. Et γαμφηλαὶ nominatur, quo uerbo & de equorum malis Homerus usus, ιλ. τ'.

—ὑπὸ δὲ χαλινοὺς
γαμφηλῇς ἔβαλον. —

Carnes quæ dentes ambiunt, οὖλα extrà, ὑποῦλα intrà uocantur. Interstitia autem dentium, ἁρμοί. Verba Aristotelis sunt, ἔστι δὲ γλῶττα σὰρξ μανὴ καὶ σομφή. ταύτης τὸ μέρος ὑπογλωττίς. καὶ τὸ μὲν διφυὲς τοῦ στόματος προσίθμιον. τὸ δὲ πολυφυὲς οὖλον. σαρκινὰ δὲ ταῦτα. Gaza uertit gingiuas, quod uerbum extat apud Catullum. Verba facta de nomine græco Pollux & hæc retulit: σίδηρος ὀδοντωμένος, serra. ὀδοντοξέστης, medicinæ instrumentum, ad repurgandos, ut uidetur: & ὀδοντάγρα, ad extrahendos dentes. Edentulum, νωδὸν, & à Pherecrate ἀνόδοντα uocari ait, qui est, ut diximus, Aristoteli, ἀραιοὺς ὀδόντας ἔχων, id est raris dentibus. νωδὸς uerò, qui dentes amisit. Itaque infantes neque νωδοί, neque edentuli sunt: sed senes, ut illa apud Aristophanem anus, quæ ἕνα γόμφιον μόνον ἔχει. Et Aelia Martialis, de qua sic ille:

Si memini, fuerant tibi quattuor Aelia dentes,
Expuit una duos tussis & una duos.
Iam secura potes totis tussire diebus:
Nil istic quod agat tertia tussis habet.

Prouerbiali quadam figura dixit Theocritus,

—ἔχω δέ τοι οὐδ' ὅσον ὄραν
χείματος, ἢ νωδὸς καρύων ἀμύλοιο παρόντος.

Plutarchus tamen dixit in primo de carnium esu, νωδὰ πρὸς τὸ δακεῖν, animalia carentia dentibus, quibus morsu lacerare alia possent. Qui eminentioribus dentibus est, προόδων, & fœmina προόδους dicitur. Addidit Pollux & historica quædã ex Aristotele, pauciores habere fœminas dentes, quàm mares: & quæ suprà de raritate dẽtium memorauimus. Item Pyrrhum regem Epiri habuisse dentes συμφυεῖς, id est, unum os æqualiter extentum, & quasi linearum notis ad speciem dentium distinctum. Valerius pro superiore modo dentium ordine, tale os habuisse Prusiæ filium tradidit: ideoque μονόδους appellatus fuit, ut scripsit Pomp. Festus. Sed Pollux cùm in aliis hoc deprehensum ait, tum in Euryphye Cyrenæo: quin etiam iuxta Alcathoi uicum, in Cypro, talem infantẽ genitum fuisse Cyprio Mestori: eũque propter quasdam suspiciones expositum, capram suis uberibus nutriisse. unde illum postea appellatum αἰγινόμαν, à pastu nimirum caprino: & mox Euryptolemum, potitumque regno fuisse Cypri.. Adiicit his Timarchum, patrem Nicoclis Cypriorum regis. Sed in Isocrate Euagoram legimus, ad quem præcepta ab hoc cõscripta fuerunt, duplicem ordinem dentium habuisse, autore Aristotele. quod & de Mithridatis filia à Valerio refertur. Secundum autem Ionem Chium, Herculem tres ordines habuisse dentium. Herodotus hæc scripsit in Calliopa: ἐφάνη δὲ καὶ γνάθος, καὶ τὸ ἐπάνω τῆς γνάθου, ἔχουσα ὀδόντας μονοφυέας δι' ἑνὸς ὀστέου πάντας, τούς τε ὀδόντας καὶ τοὺς γομφίους. ubi quidẽ γνάθος pro inferiore maxilla ponitur. Suspicor autem deesse προσθίους, ut ita fieret, τούς τε προσθίους ὀδόντας καὶ τοὺς γομφίους. Dẽtibus mandimus, & manducamus, & mordemus, & rodimus. Græca uerba sunt μασσᾶσθαι. Theophrast. 4. de Stirpib. μασῶνται γὰρ ἅπαντες οἱ ἐν τῇ χώρᾳ τὸν πάπυρον, καὶ ὠμὸν, καὶ ἑφθὸν, καὶ ὀπτόν. καὶ τὸν μὲν χυλὸν καταπίνουσι, τὸ δὲ μάσημα ἐκβάλλουσι. Plin. lib. 13. Mandunt quoque crudum decoctumque, succum tantum deuorãtes. Et ille apud Maronem,

Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit.

Et præmãsum. & μασσητῆρες μύες, apud medicos. & προμασσητοί, προδεδεστοί. δάκνειν, quod ad alia transfertur, ut fumus δάκνει. Et mordent quæ molesta sunt. Theocr. ιβ'.

ἦν γάρ καί τι δάκῃς. —

Si me fortè offenderis. Cicero Appio: Neque non tamẽ me mordet aliquid. ιλ. ε.

—δάκε δὲ φρένας Ἕκτορι μῦθος.

Vbi ab Eustathio annotatur & δακέθυμος ἄτα, & θυμοδακὴς μῦθος, οδ. θ. quod utrunque uocabulum molestiam & dolorem animi notat. Et mordet ὁ σκώπτων. στόμα δακὼν, est Græcis, qui reprimit gestientem erumpere orationem. ut θυμὸν δακὼν, iram reprimẽs, in Nebulis. δάκος autẽ, & δακετὸν, fera. Et mordet frenos equus, id est ὑποδάκνει. ἐκτείνας τὴν κέρκον, ὑποδακὼν τὸν χαλινὸν, extensa cauda, &

mordicus correpto freno, Phædro. τρώγειν, & σπαράζειν Ionicè, quod transfertur & ad alia. Nam Hippocrati σπαράζουσι τὰ ἀμφόδοντα τῶν προσφάγων, ut sunt equi, asini, id est, prata tondent. Et Scytha apud Herod. μελπομ. δέρμα capiti hostis detractum, σπαράσας βοὸς πλευρῇ δέψει τῇσι χερσὶν, id est, tondens & nudans. ἀπὸ τοῦ τρώγειν est φυτραγεῖν, arrodere & deuorare. et περιτραγεῖν. Luc. Timone, τὰ ὀστᾶ γυμνώσαντες ἀκριβῶς καὶ περιτραγόντες, nudans, & undiq; arrosis ossibus. & τρωγάλια, Pluto, ἰσχάδια καὶ τρωγάλια. quæ & τραγήματα, & latinè secundæ mensæ dicũtur. Iurisconsultus & uuas τρωξίμας dixit, de Verb. signific. τρώκτης Homero est lucri per fas & nefas sectator, quasi arrosor quidam hominum. Tales sunt apud illum Ὀδυσσ. ό. φοίνικες,

τρῶκται, μυρί᾽ ἄγοντες ἀθύρματα. —

Rodit & erugo, id est, consumit æs, & ferrugo ferrum. κυαμοτρώξ, ab esu fabarum factum, per iocum posuit de populo Atheniẽsi Aristoph. ἱππεῦσι, qui non calculis olim, sed fabis in suffragando & sententias ferendo usus fuit. χυτρότρωξ autem suprà positus est. Est & βρύκειν mordere. ut in Auib. Arist. βρύκεσθ᾽ ἀπολέσθαι τοὺς δακτύλους. Grammatici interpretantur δάκνουσα, quasi βορύκουσα, παρὰ τὴν βορὰν. Frendere quoque, id est βρυχᾶσθαι, dentium: sed & fremere. hoc tamen magis totius oris, in cõmotione animi. unde infremere. Et ἐνεβριμήσατο, in Euangelio. Aristoph. Equitib. ὤν; εἰ σὺ βριμήσαιο, si tu fremas in ira. Est & stridor, id est ἄραβος, dentium, ut in frigore & consternatione. ut ιλ. κ'. de Dolone,

— ἄραβος δὲ διὰ στόματος γένετ᾽ ὀδόντων.

Itemq; τρισμὸς, & βρυγμὸς, dentium stridor. Dixerunt & broncitatem dentium Latini, & hinc broncos. Quibusdam tamen hos brocos, & brocitatẽ hanc esse placet. Ore hiant, & est hoc in quadam obliuione sui attentionis signum. unde & inhiare dixerunt. Græcis est χαίνειν, et χάσκειν, & ἀναχάσκειν, & apud quosdam ἀναχαίνειν. Itẽ διαχάσκειν. Aristoph. Equitib. διαχασκουσῶν ἁρμονιῶν, discedentibus compagibus. Et prouerbia, λύκος, & λάρος, id est fulica, κεχηνώς. & ἐγχανεῖν, quod derisionem notat. Nebulis, σὺ δ᾽ ἐγχανών τεθνήξει, interea tu me deriso mortuus fueris. Et κεχλώνη, inquit Pollux, apud Comicos ὁ καταγέλως, id est derisio. unde fieri potest, ut cachinnum habeamus. Et χάνος apud eosdem τὸ στόμα. Item χανδὸν πίνειν, ingurgitare se potu. Et χὴν, anser, ἀπὸ τοῦ χαίνειν: hoc enim crebrò facere solet. Et Aiace, δεινὰ ῥήματα χανεῖν, maledicta effutijsse. Et Icaromenippo, πρὸς τὸ τέλος ἤδη κέχηνα, iam fini inhio. χασμᾶσθαι, oscitare est. et χάσμη, oscedo. & χάσμα θαλάσσης, μελπομένης. uastum mare. & χάος illud Hesiodeum, uastitas quædam. & ἄβυσσα χάσματα, Phœnissis. Item terram χανεῖν, id est dehiscere, dixere. θύρας κεχασμωμένης, de aperto ostio, Alexis apud Athen. lib. 4. Id quod infra labra in maxilla inferiore eminet, ὀξύγενυς & γένυς nominatur, inquit Pollux, Theocrit. ιδ'.

— καὶ ἀπὸ κροτάφων ἐς γένειον ἕρπει.

Caniciem de tẽporibus mentum rectà inuadere ait. Latinè mentum. Sub hoc carnosum ἀνθερεὼν est, quod quasi flore pilorum uestiatur. Homero planè mentum notat. Siquidem hoc in supplicando attingere, antiquis mos fuit, quod Plinius scripsit. Leguntur enim hæc ιλ. έ.

— καὶ λάβε γούνων

σκαιῇ, δεξιτερῇ δ᾽ ἄρ᾽ ὑπ᾽ ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα

λισσομένη προσέειπε Δία. —

Ibidem nominatur secundũ quosdam λαυκανία, & λευκανία, id est gula. sed alijs græcum nomen placet esse caui quod apparet intra iugula, de quo postea. Intra labra, inquit Pollux, στόμα est, & ipsa labiorum quasi incisio. Quo quidem loco ait λογεῖον à quibusdam nominatum, à sermone, ut uidetur. Item μάστακα, quod & Homerũ ostẽdisse Ὀδυσσ. δ'. putatur:

— ἀλλ᾽ Ὀδυσσεὺς ὦσε μάστακα χερσὶ πιέζων

νωλεμέως κρατερῇσι. —

Ouidius tamen fecit in Ibin, elisusq; guttur, de Anticlo: cum tamen non suffocatum fuisse illũ ab Vlysse, Homerus memoret. Dixerunt & μάστακα cibum, ὁμωνύμως, id est, uno nomine significãtes hũc, & quo capitur, id est os. sicut χοῖνιξ mensuram, & id quod metimur, notat; ιλ. ί. & Theocr. Thyonicho:

μάστακα δ᾽ οἷα τέκνοισιν ὑπωροφίοισι χελιδὼν.

Intelligendum autem φέρουσα. Qualis hirũdo, allato cibo pullis, &c. Oris conuexitas, οὐρανὸς & οὐρανίσκος. Et de Ennio palatum cœli adducitur. Itemq; ὑπερῴα,

quæ

quæ obducitur cute neruosa intimo in ore. ιλ. χ΄.

χείλεα μέν τ' ἐδίηνʼ ὑπερῴην δ' οὐκ ἐδίηνε.

Queritur Andromacha, amicos & propinquos non multum dare consueuisse. Sed desinit hæc in dentes, ut hi utrinque in ea quæ παρίσθμια uocantur, tonsillæ, in sue glandulæ, ait Plinius: sed Celsus in homine quoque nominauit. Hęc denominata sunt ab angustijs faucium, quarum apud Gręcos nomen est ἰσθμός, terra propriè angusta intra duo maria, ut Corinthíacus: ut contrà πορθμός, fretum, id est mare angustū, ut Siculum, Atlanticum. In summo palato supra fauces dependet μορίον σταφυλοφόρον, uel κίων ἐπίβλεφος, ut Aristoteles uocat, quæ & κίονις. Iuxta hanc cibus & potus diuiditur, ne affluēs copia suffocet. A' Latinis uua, & uuula: sed à Græcis quibusdam & βρόγχος, & χόνδρος, & γαργαρεών appellatur. Cum intumuit, & deinde pallet, σταφυλὴ tum Græcis est, id est φλεγμαίνουσα κίονις. Post hanc nominat Pollux πόλον: & ait, quicquid supra gulam sit, φάρυγγα & φαρύγγηθρον dici, de quo paulo pòst.

Ab ore græca nomina, εὔστομος, ita equus, portus, tibia, cantus, obsequiosus, apertus, uocalis, concinnus. Et Aristophani uerbum in Nebulis, εὐστόμει, est εὐφήμει. Sed Sophocli luscinię εὐστομοῦσιν, id est, cantus sonoros edunt, Oedipo Coloneo. ἄστομος tibia, equus, ensis, portus: rauca, asper, obtusus, inaccessus. Gens autém ἀστόμων, sine ore, à Plinio memoratur, lib. 7. cap. 2. Dicitur et λιμένος στόμα, quia portus patet. Et Homero est,

— πολέμοιο μέγα στόμα πευκεδανοῖο. ιλ. κ΄.

id est, infesta belli prælia. & ιλ. τ΄.

— πολέμου στόμα δύμεναι αἱματόεντος.

& ιλ. υ. ὑσμίνης στόμα. Dicunt & λιμένα στομῶσαι, id est portum aperire. & σίδηρον στομῶσαι, id est ferrū durare. Nazanzenus εἰς τὰ φῶτα, ὡς θερμὸς ὁ σίδηρος τῷ ψυχρῷ στομωθέντος. In Melpomena, de compactis & colligatis intra sarmēta falsis Scytharum uatibus, dixit Herodot. χεῖρας ὀπίσω δήσαντες καὶ στομώσαντες. Aristoph. Nebulis trāslato uerbo usus est: καὶ μέμνησ' ὅπως εὖ μοι στομώσεις αὐτὸν, id est, ut acuas, & loquacē reddas. Est & in frenis στόμιον & ὑποστόμιον, dictum utrunque à Xenophonte. Apud Calliam Comicum & μι

πέλλυ στόμα. Ensis acutus, πρόστομον ξίφος: obtusus, ἀπρόστομον. Apud Sophoclem στομώδη sunt δύσφημα. στομοδεῖν significare Pollux ait στωμύλον, apud Pherecratem, qui est loquax. Deducitur autem στωμύλος, & στωμυλία, loquacitas, ἀπὸ τοῦ στόματος. De Platone Pollux & στομαυλεῖν adducit, neque interpretatur. στομαλγία uerò non modò oris dolorē, sed & loquacitatis uitiū. In Medea legimus στόμαργον γλωσσαλγίαν. Ponitur & in Electra Sophoclis hoc nomē. εὐρύστομος, ore lato: ἐπιστομίσαι, obturare os alteri, id est reprimere loquentem. Lucian. Ioue Tragœdo, ἰχθῦν σε ἀκροφανῆ ἐπιστομίζων. χαλκόστομον uult Pollux esse apud poetas, quod χαλκόπρωρον. χαλκέμβολον est, quod Latinis rostri uocabulo indicatur. ἀναστομῶσαι τὰς τάφρους, fossas repurgare, apud Herodotū. Eurip. Cyclope, εὐρείας φάρυγγος ἀναστόμου τὸ χεῖλος, aperi labra patētium faucium. ἀποστομοῦν uerò, obturare. Apud Calliam Comicum, de garrula, ut uidetur:

τραυλὴ μὲν οὖσα, ἀλλ' ἀνεστομωμένη.

Blæsam esse aliquam, dicitur, sed ore minimè cōcluso. In Euthydemo Platonis, ἀποστοματίζειν significat memoriter recitare: & ἀποστοματιζόμενα, quæ recitantur. ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστής, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα: Cum memorabantur à grāmatico quępiam, utri illa discebant pueri, quæ memorabantur? Sed in Polluce legitur ἀποστοματίζεσθαι esse apud Platonem, pueros interrogari à magistris, & iuberi recitare dictata: quod nondū reperi. Ab ore autem lingua latina fecit orare, quod significat & λέγειν καὶ ἀντιβολεῖν. In Theæteto Platonis, et Symposio Xenoph. est ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, recitare memoriter. Et idem Plato alicubi, ἐξ ἑνὸς στόματος, uno ore. Aristoph. ἱππεῦσιν, οἱ δ' ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀνέκραγον, uno omnes ore exclamarunt. Terentius: Vno ore omnes omnia bona dicere. Aeneid.

— Vnoque eadem omnes ore fremebant.

Oris morbos alibi exposuimus, in nominibus morborū. Quod ex ore effluit & eijcitur, πτύσμα, & πτύελον, & σίελος, saliua: ac σίαλος, inquit Pollux. Sed σίαλοι sunt Homero porci opimi. ὀδυσ. ξ΄.

— ἐπεὶ πίονες σιάλοι συβώτης

αἰεὶ σιτευτῶν σιάλων τὸν ἄριστον ἁπάντων.

In Suida etiam hoc legitur, στιλοῦν acuendum eſſe. In Hippocratis libris ſæpe τὸ σίαλον. Verba ſunt πτύειν, ſpuere. ἀποπτύειν, expuere. Lucret. Expuere ex animo rationem. καταπτύειν, cōſpuere & deſpuere. Inde κατάπτυστον & ἀπόπτυστον fecere, abominandū. Et annotauit præter conſuetudinem ſermonis græci, in genere fœminino, dictam ab Anacreonte, καταπτύστην Pollux, atq; hęc ferè ille. Solemus autem in oſtenſis indignantes expuere: & ſæpe, quibus iraſcimur uehementius, quæq; contemnimus, ea conſpuere. Inde ad uilia & ad futilia transferri illa ſolent, in uſu cōmuni ſermonis. Apud Heſiodum ἀποπτύουσι δ' ἔτ' ἀράς, reſpuunt. ἀπέπτυσα in Hecuba interpretantur, nihil curo. Sed magis notat abominationem uerbū illo in loco. Nam ut Plinius quoque annotauit lib. 28. cap. 4. Expuere inter amuleta, habitum priſcis fuit. Ita deſpuimus, inquit, comitiales morbos. Eū ſignificat Plaut. Captiuis, hoc uerſu,

Et illic iſti qui inſputatur morbus interdum uenit.

De quo poſtea ſtatim:

Ne uerere, multos iſtic morbus homines macerat,
Quibus inſputari ſaluti fuit.

Contra faſcinationes etiam deſpuere ſoliti fuere, ut facere ſe ait apud Theocritum Cyclops,

ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

Et apud Tibullū pro amuleto uſurpant ſputa:

Hunc puer, hunc iuuenis turba circumſtetit illa,
Deſpuit in molles & ſibi quiſq; ſinus.

Atq; ita uerſum aliqui Theocriti in Thalyſijs interpretati fuere,

ἅλις ὑποφθύσδοισα τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ὀφθείη,

id eſt ὑποπτύουσα. De qua ſuperſtitione cùm alia, tum hoc quoq; remanſit, ut ſi in aquas, priuſquā equus bibat, aliquis deſpuat, & neſcio quid uerborū admurmuret, potus nocere equo non poſsit. κατάπτυστον dixit pro Cteſiphonte Demoſthenes. Sed nos nunc etiā alia quædam exponamus. ἄστομοι, canes ſunt Xenophonti ore breui aut prauo. Turpilio autem, referente Nonio, oſtreæ inoræ, id eſt abſq; ore. de quo Gellius nimirum & inora animalia appellauit, oris, ut uidetur, forma carētia. ἀρτίστομος, planè loquens. ἀθυρόστομος ἀχὼ Philocte, garrula. Et αὐθαδόστομος, ore contumace, & improbo, ac temerario ἀμφίστομον ὄρυγμα dixit Herod. Θαλείᾳ. Et ξίφος ἀμφίστομον, enſis eſt anceps. In epiſtola ad Hebræos, δίστομος μάχαιρα. & ἀμφίστομος φάλαγξ. Et Polyb. lib. 2. ἀμφίστομος δύναμις. ὀξυστόμους ἐμπίδας, culices cum acutis roſtris, dixit Ariſtophan. ὄρνισι. στομαργὸς, nugax & loquax. Item στόματα, quæ fauces dicuntur latinè, de quibuſcunq; patentibus locis. ut fauces auerni. Atque ora etiam dixit Maro in 6.

— Neq; enim antè dehiſcent
Attonitæ magna ora domus. —

Et Græcis στόμα μήτρας, & στόμα φλεβὸς ἢ ἀρτηρίας. Indeq; oſtia ut facta ſint, fieri poteſt, qui ſunt aditus intra ædes: & fluuiorum ἐκτροπαὶ, quæ ſunt Herodoto στόματα, ut Nili, Iſtri. & ψευδόστομα Iſtri: nam Herodoto hic fluuius eſt πεντάστομος. ſed Plinius ora ſex numerat. ἑπτάστομον autem πύργωμα Θηβαίας χθονός, dixit Eurip. propter celebratas ſeptem portas urbis illius. Nominatur & στόμα in acie, primi ordines, ut poſtremi οὐρά. Et acies ἀμφίστομος, quam Suidas interpretatur διφαλαγγίαν, id eſt, phalangem duplicatam. χαλκοστόμου κώδωνος, de tuba dixit Sophocles Aiace, uel ærea, σιδηρόγχους, uel ingentem ſonitum emittēte. Et στόμα πελάγους ποντικοῦ, fauces Boſpori ſunt in Melpomena. πύλας στόματος, dixit Euripid. Hippolyto,

τὸ δ' ἐμὸν οὐκ ἐπὶ στόματος ἐν πύλαις
καθέξω. —

Et στόμα ἀπύλωτον, os patulum: hac enim prodeunt & emittūtur uerba. Item στόμα, ut diximus, ſicut & οὐρὰ & οὐραγία in acie. κατὰ στόμα, aduerſum notat. Eurip. Reſo,

τάξον μ' Ἀχιλλέως καὶ στρατοῦ κατὰ στόμα.

Rectà contra Achillem & copias Græcorum poſtulat ſe conſtitui. Et mox, ἰὼν κατὰ στόμα. ἀναστόμωσις, apertio ſeu laxatio conceptaculi. ἀναστομοῦν etiam exacuere & reſuſcitare apud Comicos, citante Athenæo lib. 4.

— τοῦτο τῶν ἀδυσμάτων
ἀναστομοῖ τάχιστα τὰς ἀνορεξίας,
τό τε νωθρὸν καὶ κατημβλυμμένον
ἀνκίδας. —

κακοστομοῦμεν eſt apud Soph. Electra, κακῶς λέγομεν. Apud gręcos medicos στοματικὰ ſunt oris medicamenta. στόμα, ut dixi, pars freni, id eſt ferrum, quod ori inſeritur

ſcritur equi. Hippolyto, αἱ δ' ὑφολκοῦσαι στόμια πνευγμῶν γνάθοις. Galenus tamen diminuta hac uoce ἐκ τοῦ στόματος uſus eſt, de faucibus conceptaculorum in corpore, appellans στόμιον ἀγγείου, ut lib. ς. θεραπευτικῆς. Itidemq́ Soph. Antigona, de aditu buſti. στόμφακα in Nebulis, aſperũ dixit de Aeſchylo, ἀξύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν: mirabilem, aſperũ, præcipitem. Volũt eſſe ἐκ τοῦ στόματος & τὸ ὄμφακος. Eſt & στομφάσαι uerbũ, quod notat oſtentationis uanitatem. ἐγχάσκειν σοι στομφάζοντας, in Veſpis, deridere te in uanitate. Eſt & uerbum στωμύλλεσθαι, garrire. & στωμύλματα, nugæ. & στωμύλιθρος, nugator. ἐκ τοῦ στόματος uolunt & στόμβον eſſe, grauiſonum. & στομβάζω uerbum. Et equus στομίας, ὁ ἄστομος. ἀρτίστομος quoq́, accurata oratione utens. & ἀρτιστομία. στόμους etiã conuitia interpretantur. Eſt & στόμαχος, ab ore, de quo ſuo loco. Ipſum στόμα uolunt eſſe quaſi σιτοτόμον. quòd in hoc cibus comminuatur. Eſt & στόμωσις, & στόμωμα, quibus uerbis duratio & acies notatur. εὔστομα aduerbiũ, cautionem ſermonis, & ſilentium notat. Sophocles Philoctete, εὔστομ' ἔχε παῖ, tace fili Et Herod. Εὐτέρπη, καὶ ταύτης μοι πέρι εὔστομα κείσθω. στόμα autẽ ἔχειν, ſimili figura Teutonicæ linguæ, ſilere ſignificat. Eurip. Supplicib. σῖγ' ἀδρας' ἔχε στόμα, id eſt, ſilentio os cohibe. Græci & Latini, oris nomine in ſermone ita ſunt uſi, ut dicerẽt, ἀνὰ στόμ' ἔχειν, in ore habere. Cicero Attico lib. 14. Habent in ore nos ingratos. Et uerſari in ore. In Verr. 3. Iſtius nequitiam & iniquitatem tum in ore uulgi, atq; in communibus prouerbiis eſſe uerſatã. In ore eſſe. Terent. In ore eſt omni populo. ιλ. β'.

τῷ οὔ κ' ἂν βασιλῆας ἀνὰ στόμ' ἔχων ἀγορεύοις.

Ponitur in utranq; partem, id eſt, laudis & uituperationis. πάντες ζώπυρον ἐν στόμασιν ἄχον αἰνέοντες. Xenophon Hierone, ἀνὰ στόμα τι ἔχουσιν ἐπαινοῦντες. Sed in deterius. ὅρα τοι, μιλτιάδεα ἐκρουσήσαντα ἔχον ἐν στόμασιν, maledicebãt Miltiadi. Actione 4. in Verr. Res percrebuit, in ore atque ſermone omniũ cœpit eſſe. Ad Leptã: Lepta ſuauiſs. ediſcat, & habeat in ore, &c. παιδείας α'. πάντες τὸν κῦρον διὰ στόματος ἔχειν, καὶ ἐν λόγοις, καὶ ἐν ᾠδαῖς. Apollon. alia forma fecit de uituperatione, ita,

— καί κέν μιν διὰ στόματος φορέεσθαι

κολχίδες ἄλλυδις ἄλλη ἀεικέα μωμήσονται.

Et ἀπὸ διὰ στόματος, Theocrito ιβ'. πᾶσι διὰ στόματος. intelligitur enim ὤν. Homerus, μῦθον διὰ στόμα ἄγειν, id eſt, orationem ex ore emittere, dixit ιλ. ξ'. Luciano in Toxari ſunt κωφὰ προσωπεῖα διῃρημένα τὸ στόμα καὶ παμμεγέθες κεχηνότα, id eſt, perſonæ ore aperto hiantes. θρασυστομεῖν in Hecuba Euripidis, audaciam loquendi notat. στόμα διῆρε, aperuit os. & ἐμφράττουσι στόματα, obturant os, Demoſth. dixit in oratione de Falſa legatione. Eſt autem os Latinis, id quod Græcis πρόσωπον, ut ſuprà oſtendimus: ut & Virgilianus uerſus indicat,

Os humerosq; deo ſimilis. —

Item ὄψις, apud eundem poetam,

Quis ante ora patrum, Troiæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere. —

Cicero pro Roſcio Amerino: In foro atque in ore omnium uerſabatur. Ab ore in lingua latina oſculum eſt: & uerbum oſculari, id eſt ſuauiari: & exoſculari, quod transfertur ad omnia quæ ſuauiter complectimur. Græcis φίλημα, & φιλεῖν, & κύσαι. Veteres ſolebãt manus & oculos oſculari, itemq́ caput & humeros. οδυσσ. ω.

κύσσε χεῖρ' ἑλὼν καρπῷ. & οδυσσ. π'.

κύσσε δ' ἄρα μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλά.

οδυσσ. φ'.

καὶ κύνεον ἀγαπαζόμενοι κεφαλήν τε καὶ ὤμους
ὣς δ' αὔτως ὀδυσσεὺς κεφαλὰς καὶ χεῖρας ἔκυσσε.

Iam lingua, quæ γλῶσσα & γλῶττα eſt, in ore, intra dentes, quaſi ſepto incluſa, uerſatur, unum de præclariſsimis membris in corpore, & cùm bonorum tum malorum ingentium efficiens, ſecundum prouerbium Græcorum, γλῶττα ποῖ πορεύῃ. Hæc orationem fingit, & ſapores diſcernit. Hæc ab Euripide ἱκετίσιν, appellatur ἄγγελος λόγων, ſermonis nuncia. Et ut inquit Pollux, agilitate & flexu internæ conuerſionis, uocem conformat, & cedendo locum cibis præbet, ut intra corpus perueniãt. Exeritur etiam extra os, uel cum λείχουσιν animalia, id eſt lingunt, unde et lingua ducta uidetur. Hinc ſunt λειχῆνες. Et mures Homerici, λειχήνωρ, λειχοπίναξ, λειχομύλης. Item λιχμῶνται, lambunt. Aeneid. 2.

Sibila lambebant linguis uibrantibus ora.

Lambit & loca aliqua flumen. Et ignis lambit, quibus inhæreſcit. A' quibuſdam uocatur guſtus & plectrũ: guſtus, ex opere ipſo: plectrum, quia feriendo aerem, ſermonẽ excudit. Textũ hoc eſt de mẽbranis & uenis, carnoſum, rarũ, uerſatile: inferius iuxta oris quaſi pauimentum, læue: ſuperius iuxta palatum, aſperius: ubi ad aerem exit, acutum: qua parte & προγλωσσὶς nominatur. Intima lingua, id eſt ortus ac radix illius, qua parte ad imam maxillã annectitur, ὑπογλωσσὶς. Suprà, iuxta palatum, ἐπιγλωσσὶς, minor lingua. Operculũ, ut Cicero uocat, aſperæ arteriæ. ἐπιγλωττίδα ab Hippocrate, ni fallor. Apud eundem & ἐπιγλωττίδα & ὑπογλωσσὶς etiam morborum partium illarum nomina ſunt. Sed de minore lingua, ut Plinius appellat, hæc fermè Pollux. Palato ἐπιγλωσσὶς annexa eſt. Exeritur enim de cauo oris internè lingua, & uenis alligatur: iuxtaq; radicem interius carunculam habet, ſimilem folio hederæ: cuius acutior pars, fauces uerſus ſita, iter cibi impedit, ne impetu quodã deferatur, & ut ad illud operculum reſultet. Et hæc quidem caruncula ἐπιγλωττὶς appellatur. Galenus autem in ſeptimo de Vſu partium, dicit eſſe, τὴν ἐπιγλωττίδα ποδιφορῆ καὶ χονδρώδη, καὶ τὸ μέγεθος ὀλίγῳ μείζω τοῦ κατὰ τὸν λάρυγγα ςόματος, εἰς τὰ πρὸς τὸν ςόμαχον ἐςραμμένην μέρη. Apud Pollucem & hæc leguntur: Broncho, ut uocant, & ſtomachi primis eminentijs, annectitur lingua, de cerebri membranis demiſſa. Præcipuam autem uim guſtus habet iuxta fauces, qua parte & γεῦσιν & ἐγκεφαλίνην appellant. Illas uerò utrinque quaſi excauationes, χηραμοὺς & προθύρα. γλώττας etiam & poſteriores γλωσσήματα dixere, cùm poeticas uoces, tum inuſitatas aliquibus populis. ut τράγος apud Meſſenios caprificus: et λάιτον Achæis τὸ πρυτανεῖον, inquit Herodot. & ὕλαδον, uomer, ſimile'ue quid Spartanis. Tales uoces linguæ ſecretioris, ut ipſe appellat, pueris proponi Fabius uult, cùm lectioni operam dare incipiunt. Puſtulæ in lingua, φλυκτίδες & ὀλοφυκτίδες dicuntur. Apud Theocritum ὀλοφυγόνα legimus:

μηκέτ' ἐπὶ γλώσσης ἄκρας ὀλοφυγόνα φυσῶ.

Hanc enim pœnam ſupprimẽtium aliquid eſſe uoluerunt, φύσκαν ſeu φῦμα in lingua. Pollux linguæ eſſe ait opera γεῦσιν, φωνὴν, λόγον, id eſt guſtum, uocem, orationem. Galenus autem γεῦσιν & κίνησιν linguæ tribuens, φωνὴν ac διάλεκτον diſtinguit, cùm alibi, tum laborantiũ partium lib. 4. Dicit enim, φωνὴν opus eſſe τῶν φωνητικῶν ὀργάνων, id eſt λάρυγγος, & muſculorum huius, & hos mouentium neruorum orientiũ in cerebro. διάλεκτον autem eſſe τῶν διαλεκτικῶν. Horum præcipuũ eſt ὄργανον, inquit, lingua. Momenti autem plurimum habent & nares, & labra, & dentes, de quibus aliquid poſtea etiam dicetur. Nos περὶ γεύσεως primùm aliquid dicemus: ac deinceps quæ apud Pollucem leguntur, interpretabimur, & alia quędam commemorabimus. Eſt autem guſtus is ſenſus, qui diſcernit ſapores, id eſt χυμούς. Quorũ ut in colore extremi albus & niger, ita oppoſiti quidã ſtatuuntur, dulcis & amarus, id eſt, γλυκὺς & πικρός. de quibus ſummam uoluptatem cum ſummo dolore commiſtam in nuptijs ἔρως notat, γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον. Transferuntur autem ſuauitatis uocabula ad iucunditatem: ut amaritudinis & acerbitatis, ad ingrata, & contraria. ut ἄνθρωπος ἡδὺς, ſuauis, id eſt cõmodus. Plato Theæteto, ταῦτα δή, ὦ Θεαίτητε, ἆρα ἡδέα δοκεῖ σοι εἶναι; καὶ γεύσει αὖ αὐτῶν ὡς ἀρεσκόντων: Nunquid hæc tibi ſuauia uidentur, & grata guſtu? Amariorẽ me ſenectus facit, inquit Cicero, Attico ſcribens, id eſt moroſiorẽ. πικρόγαμοι. Οἱ δ' ἄν πάντες κ' ὠκύμοροί τε γενοίατο πικρόγαμοί τε, acerbæ eſſent illis nuptiæ. Sunt autem uerba. ἡδύνειν, dulce: & πικραίνω, & πικραίνειν, amarum facere. Et apud Hipp. ςόμα ἐκπικρούμενον, amareſcens os. Ab acerbo Latinis eſt exacerbare. Et πικρία ſignificat inhumanitatem. Sunt igitur χυμοὶ ſeptem, γλυκὺς, πικρός, ὀξὺς, δριμὺς, αὐστηρός, ἁλυκός, ςρυφνός. Totidem enim nominantur in Timæo. Ac uiſum eſt quibuſdam, ſeptem planetis, ſingulis ſingulos attribuere, quemadmodum & de coloribus fecerunt. Nam attributis quaſi tutelæ illorum metallis, conſequẽter & colores addiderunt. Placuit enim, Solis eſſe aurum, & colorem fuluum ac nitidum. Lunæ argentum, atq; album, ſeu cãdidum. Martis ferrum, & rutilũ. Saturni plumbum, &

bum, & liuidum. Iouis electrum, & flauum. Mercurij stannum, & cæruleum. Veneris æs, & uiridem. Ita & de saporibus fecerunt, ut ascriberēt τὸ μὲν ὀξὺ Mercurio, τὸ δὲ δριμὺ Marti, τὸ πικρὸν Lunę, τὸ γλυκὺ Soli, τὸ ἁλμυρὸν Veneri, τὸ αὐστηρὸν Ioui, τὸ στρυφνὸν Saturno. Quorum causas exquirere, hoc quidem loco superuacaneum, ac nimis longum esset, ideoq; omisimus: non quòd indignam rem eruditione, aut futilē iudicassemus, ut à Suida esse dicitur. Placet autem Theophrasto, numerum septenarium ut maximè naturalem seruari, non modò in saporibus, sed etiam in coloribus & odoribus. Fecerat enim iam Aristoteles octo, qui & λιπαρὸν nominasset. sed Theophrastus hunc quidē relinquit, ἁλμυρὸν uerò sub πικρὸν subijcit. Galenus in fine primi libri Medicamentorum simplicium scribit, non facilè numero aliquo comprehendi posse species saporū, qui sentiantur singilatim cùm in stirpibus, tum animantibus, tum ipso etiam solo: uerùm differentias tamen quasdam in gustu numerari, ab aliquibus octo, ab aliquibus septem, ab aliquib. pauciores. Ac deinceps docet, αὐστηρὸν esse, quem postea στύφοντα uocarint. Ac λιπαρὸν rectè à Platone inter sapores non nominatū, ὡς οὐδ' ἂν προσήκοντα τῇ γεύσει. Sed & hæc, & alias de saporibus controuersias, & disputationem exquisitiorem qui requirit, Galeni scripta legere potest. Etiam differentiam esse inter γλυκὺ & ἡδύ, dicitur in 3. Sympos. Plutarchi. Hoc, priusquam interpretationem græcorū uerborum aggrediamur, non alienū ab instituto commemorabimus, quod idem autor eo libro, quem indicauimus, retulit: à Theophrasteis, & Aristotelicis, & Mnesithei sectatoribus, eam uim quæ gustum mouet, appellari χυμὸν, posteriore syllaba exarata litera μ: sed quod de humido & arido percoctis calido cōstiterit, id χυλὸν dici, secunda syllaba notata litera λ. Verùm antiquiores non solum Atticos, sed etiam Ionas in utraq; significatione usos esse uno uerbo χυμῷ, per μ scripto. Atq; hoc ita reperiri & apud Platonem philosophum, & apud Hippocratē, & apud ueteres Comicos. Se tamē, ait, docendi gratia, uim seu qualitatem, quæ gustum moueat, appellaturū esse χυμὸν, litera μ: humorem autem densatum tam in animātibus, quàm stirpibus, χυλὸν, litera λ. Plato autē præclare rem distinxit in Timæo, ubi facit quatuor species mistę inter se humiditatis, quos quidem & ipsos χυμοὺς nominat. Sed secundū expositam paulo antè distinctionē nominū, essent χυλοί. οἶνον, τὸ τῆς ψυχῆς μετὰ τοῦ σώματος θερμαντικόν, id est, uinū quo tam animus quàm corpus incalescat. τὸ ἐλαιηρόν, quod sit ἰδέαν λαμπρὸν καὶ στίλβον, λιπαρόν τι φανταζόμενον. πίτταν, κίκι, ἔλαιον αὐτό: in quo olei natura sit, uisu splendidum, & nitidum apparens, ac pingue, picem, cici, ipsum oleum, & similia. Tertium facit μέλι, id est mel, in quo sit suauis diffusio sensus in gustando. Quartum ponit ὀπόν, quòd quasi guttas succi notat, urēs quoddam & spumosum genus, separatum à reliquis. Hæc fere ille. Nunc igitur ad interpretationem accedamus. Sequemur autem Aristotelicam distinctionem. Nam Galenus, qui ὀξὺ & δριμὺ extrema constituit, non tam de gustu, quàm facultate & effectione eorum, in quibus tales χυμοὶ essent, ut medicum decuit, uidetur differuisse. Sed interpretantes τὸν χυμὸν saporem, τὸν χυλὸν succum appellamus. Sunt igitur simplices sapores in succis, & contrarij, dulcis & amarus, γλυκὺς καὶ πικρός. Vicinus autē dulci est λιπαρός, pinguis. amaro ἁλμυρὸς, seu ἁλυκὸς, salsus. Inter hos δριμὺς & αὐστηρὸς, acer & austerus. nam hoc uerbo Latini, ut suo, usi fuerunt. Itemq; στρυφνὸς, acerbus: & ὀξὺς, acutus. Atq; hæc satis ad hunc quidem modum plana uidentur esse. Sed Plin. lib. 15. cap. 27. rem aliquantulum inuoluit, enumeratis tredecim saporū generibus: quorum tamē duo diuersa sunt genera, id est χυλοί, qui & à Theophrasto memorantur, οἰνώδης & γαλακτώδης. Tertium, id est aqua, στοιχειώδης quiddam est, & primū: ideoq; & ἄχυλον, & ἄχυμον, & ἄοσμον ὕδωρ δεῖ καθαρόν: hoc est, Aqua pura neque peculiarem succum, neq; saporem, neq; odorem habet, sed est nihil nisi humidum. Ex decem autem quomodo seiunxerit dulcē, qui certè est ἡδὺς & γλυκὺς, & idē λεῖος ἢ προσηνής τις αἰσθητικῶς, à suaui, quiq; sit illi acidus, alius quàm ὀξὺς, non uideo. Nam si remissiones & inten-

intensiones, id est, τὸ ἧττον καὶ τὸ μᾶλλον, genera facere uelimus, neque numero complecti, neque nominibus notare uniuersa discrimina poterimus. Sed uocabula de his fiunt, ἄχυλον & ἄχυμον, ut diximus. & εὔχυλον, ac εὔχυμον, boni succi. ac cōtrà κακόχυλον, & κακόχυμον, mali. ἀλμυρὸν autem & δύσχυμον est in 4. περὶ ζώων γενέσεως. Et Hippocratis uerbum, ἐκχυμοῦσθαι, humorem effundi. φλεβία δ' ἐκχυμοῦνται, περὶ ἀγμῶν. & effluxiones ἐκχυμώματα uocat. Sunt autem κακόχυμοι, in quib. copia unius cuiuspiam de quatuor exuberat: ut πληθωρικοί, in quibus æquè omnes. Dicuntur enim & χυμοί, illa elementa corporum animalium, quę sunt, ut est notum, αἷμα, χολή, φλέγμα. Item ἔγχυμον, succulentum dixere. Latinis autem succus τὸ εὐτραφὲς notat: ut succus & sanguis incorruptus oratorum, apud Ciceronem: & uirgo succi plena, apud Terentium. Sed de his satis. Sensus autem gustus, seu gustatus, ut apud Cicerone͂, est γεῦσις, quasi δεῦσις, ut aiunt ἐτυμολόγοι, propterea quòd est ἀπολαυστικὸς hic sensus τῶν χυμῶν, id est, habet subiectos humores. Verbum γεύω actiuè significat, & est usus illius ἐν μεταβάσει ἐκ αἰτιατικῆς εἰς γενικήν. nam persona debet esse accusatiuus, & res genitiuus. γεύω σε αἵματος. Et in ζ'. πολιτειῶν, γευστέον αἵματος ὥσπερ τοὺς σκύλακας: Adducendi ad sanguinem sunt, ut illū gustent. In Cyclope tamen Eurip. hic uersus legitur,

βούλει σε γεύσω πρῶτον ἄκρατον μέθυ.

ubi ad accusatiuū transitur. Et ἀμεταβάτως in Polymnia, ὁ δὲ θεὸς γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα, degustata dulci æternitate. id quod γεύομαι significat, id est gusto: trāsferturque ad sensus animi. γεύομαι πόνους, Alcestide. ἐγεύσατο ἀρχῆς, Herod. λόγου γεύσασθαι, Plato Alcibid. α'. Pindarus πυθίων δ'. γεύεται δ' ἀλκᾶς ἀπειράντου, immensum robur experitur. Et Homerus,

γευσόμεθ' ἀλλήλων χαλκήρεσιν ἐγχείῃσι:

experiamur inter nos, quid uterque possit æratis hastis. γεύεσθε πανδήμου στρατοῦ, Soph. Aiace. Precatur Furias, ut impetere uniuersum exercitum uelint. Et in lingua Latina, primis labris degustasse. Et Cicero Att. lib. 13. de libro quodam: Volo tamen regustare, quædam enim uix mihi credo legisse. Verbum autem compositū, οἰνογευστεῖν, uinum degustare significat. παραγεύειν autem, leuiter degustare. Hinc γεῦμα gustum dixere, specimen potus propriè uenalis. ut in Acharnensibus. Et Eurip. Cyclope, ἡ γὰρ γεῦμα τὴν ὠνὴν καλεῖ, gustus emptionem prouocat. γευματίσαι ab hoc ductū, gustare & ipsum significat. Arist. 2. de Anima, ὥσπερ ὅταν προγευματίσῃ τις ἰσχυροῦ χυμοῦ, γεύεται ὕστερον: Si quis, cum prius gustarit aliquid saporis acrioris, postea degustet aliud quippiam. Vocarunt autem γευστά, ea quæ sentiuntur gustu. γευστικὸν autem, sensum ipsum. Vsi & hoc uerbo fuerunt de cibo. Hippocr. ἐπιδημιῶν α'. ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων διετέλεον. & γ'. γεύεσθαι οὐκ ἠδύνατο. Et in epistola Augusti, exposita à Suetonio: Nos in essedo panem & palmulas gustauimus. Significat & πάσασθαι Homero gustare, ιλ. φ'.

πὰρ γάρ σοι πρώτῳ πασάμην Δημήτερος ἀκτήν.

& ιλ. ω'. νῦν δὴ καὶ σίτου πασάμην. & mox,

— πάρος γε μὲν οὔτι πεπάσμην.

Hinc & ἄπαστος, impastus. Hippocrati hæc προσάρματα sunt, quæ offeruntur ad edendum. Linguæ uocabula secundum Pollucem hæc sunt, εὔγλωττος, εὐγλωττία, facundus, facundia. θρασύγλωττος, θρασυγλωττία, audax uerbis, & audacia uerborum. γλωσσαλγία, petulantia uerborum, seu maledicentia. Eurip. Medea,

— ὑπεκδραμεῖν,

τὴν σὴν στομαργὸν ὦ γύναι γλωσσαλγίαν.

Vt effugiam loquacē tuam maledicentiam, inquit Iason. δίγλωττος, duarum linguarum peritus, ut Anacharsis Scytha, percepto sermone græco. Bilinguem autem bestiam Plaut. serpentem dixit. Et notat uerbum latinū fallaciloquentiam. πολύγλωττος, multarum linguarum gnarus. ὁμόγλωσσος Xenophonti, eiusdē linguæ. τῶν ἐθνῶν ἦρξεν οὐδ' ἑαυτῷ ὁμογλώττων ὄντων, οὔτε ἀλλήλοις. παιδ. α'. ὑπογλωσσίς, coronæ genus quoddam, & medicamēti, ad asperitatem uocis, compositum de tragacantha, & glycyriza, & melle, & uino dulci, & gummi, ut refert Galenus lib. 7. Medicamentorum localium. περιγλωττίς apud Athenæum, inuolucrum linguæ. Comici γλωσσογάστορας dixerunt, qui lingua uictum quærerent. Est & tibiæ ligula, γλῶττα. & uasculum harum, γλωττοκομεῖον. & γλωττοποιός, harū artifex. & tibia

ἄγλωττος,

ἄγλωττος, quæ nil sonat. Aristophanes ἀγλωττίαν dixit, dicendi imperitū. Sophocles ἀγλωσσίαν, barbariam. Nam Euripidis ἀθυρόγλωσσος improbatur. Significat autem uocabulum loquacem, cuius lingua nullis quasi foribus cohibeatur, in Oreste. Comici καταγλωττίζειν de osculis dixere. Hinc καταγλωττισμένον, & καταγλωττισμός. In Equitib. Aristoph. ὥστε καταγλωττισμένην σιωπᾶν, id est, obturato ore. Sed ὑπογλωττουμένου interpretaᵗ Pollux, cōuiciandi uerbo, ut sit λοιδορουμένου. & οὐκ ὑπογλωττίζομαι, conuicia non facturus sum. παλίγλωσσον autem, maledicum & leuem, & malè ominantem. Addit apud Socraticum Isæum & alios, γλώττας significare uincula calceamētorum. Sed uoces quoque poeticas, γλώττας dictas: ut Homeri γλῶτται apud Aristoph. Herodotum uerò appellasse χαρακτῆρας γλώσσης, linguarum differentias. Locus est ἐν κλειοῖ, ὅτι χαρακτῆρες γλώσσης τέσσαρες γίνονται, hæ iam sunt formæ sermonis quatuor. Vocatamque γλῶσσαν, ἑλλάδα, βάρβαρον, περσίδα, ἀτθίδα, linguam Græcam, Barbaram, Persicam, Atticam, tam gentium quàm ciuitatum. Sic & Quintilianus libro 1. usus est hoc uocabulo, & Grammatici hinc facere ausi fuerunt γλωσσηματικὰ, secretioris linguæ uerba. Item ἀπὸ γλώττης εἰπεῖν, recitare memoriter, nō de scripto γλώττῃ ἀφεῖναι, uerba facere. τὴν γλῶτταν ἀκρατὴς, lingua indomita. In Phędro, γλῶττα κακηγόρος, maledica lingua. Pustula quæ in lingua erumpit, φλυκτὶς, inquit, nominatur. ἀπὸ δὲ γεύσεως hęc memorat: γεύσασθαι, gustare. ἄγευστος, qui nihil adhuc gustauit. γεῦμα, gustus. γευστήριον, iudiciū gustus. κρίνειν autem χυμοὺς, est sapores diiudicare: quos ille numerat, ὀξεῖς, δριμεῖς, πικροὺς, ἁλμυροὺς, seu ἁλυκοὺς, ut Plato, γλυκεῖς, ἡδεῖς, de quibus iam dictum est. Addit ὀδαξισμοὺς, ut apparet, infestos dētibus. δυσχερεῖς, graues. ἀηδεῖς, ingratos. εὐμενεῖς, faciles & blandos. ἐκκλύζοντας, aut nescio quid. nam illud ἐκλυσῶντας non agnosco. Significat autem ἐκκλύζειν, abluere, seu diluere. Addamus his nostra. Apud Sophoclem est πολυγλώσσου δρυὸς, de quercu Dodonea, in Trachin. & πολύγλωσσος βοὴ, Electra, multilinguis, si ita facere liceat, ut sit elinguis. Pro Flacco: Cōuicit, & elinguem reddidit. Et, post red. in sen. Elinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem uidebatis. Idem Cicero elinguem & pro non diserto posuit. Sunt autem linguaces & linguaculi Latinis, qui intemperanter lingua abutuntur. Lingulaca, an lingulata, herba iuxta fontes nascens: quo nomine mulier uocatur à Plauto, quæ nunquam taceret. qui & elinguandi uerbo usus est in Aularia. Ligulis & promontorijs, de eminentibus locis Cæsar lib. 3. usus. βούγλωσσον autē, & κυνόγλωσσον, & ἀρνόγλωσσον, herbarū sunt nomina. Item βούγλωσσοι & κυνόγλωσσοι, pisces. κακόγλωσσον βοὴν, miserabiles querelarum clamores, dixit Eurip. Hecuba. In epigrammate autem exposito à Pausania ἠλιακῶν β. est ἱερογλώσσων κλυτιδῶν γένος, genus Clytidarum, qui uates fuerunt. μελίγλωσσον autem uocarunt eum, cuius suauis esset oratio. Hoc cognomento appellatum fuisse Aelianum, accepimus. Et μελιγλώσσων ἐπέων, mellitorum carminum, in Auib. Aristoph. Et πάθος ἀγκυλόγλωσσον, linguæ uitium, de quo aliàs. In Euangelio Ioannis, γλωττόκομον, marsupium, seu nidulum notat. cuius nominis ueram formam esse uolunt γλωττοκομεῖον, quod propriè ligulsarū uasculum significat, ut suprà ex Polluce indicauimus. γλῶτται etiam calceorū appellatæ fuere, quas perperam ita ut ligulas tibiarum, deminuta uoce γλωσσίδας quosdā dixisse traditur. γλωττίδα tamen de tibia dixit Lucianus Armonide. Sed de tibijs eleganter in Demosthenem transtulit Aeschines, ὅτι τὴν γλῶσσαν, ὥσπερ τῶν αὐλῶν, ἐάν τις ἀφέληται, λοιπὸν οὐδέν ἐστι: Cui si linguam aliquis ueluti tibijs eximat, nihil reliquū iam futurū est. γλωττοκομεῖον etiam est σωλὴν μηχανικὸς, id est, quiddam ad fracta ossa accōmodatum, eo maximè tempore adhibendum, quo solidari illa incipiunt in ea quæ πώρωσις dicitur. De hoc fit mentio à Galeno lib. 6. de Ratione curationis. Descriptio huius organi, & quid inter illud ác σωλῆνα intersit, exponitur in 2. commentario εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν. ἀλλόγλωσσοι, diuersæ linguę, ἀντὶ τοῦ ἑτερόγλωσσοι. Et ἑτερόγλωσσοι, diuersarum linguarum, in prima epistola ad Corinth. ἄγλωττος autem est Aristot. ἱερογλώττ..., id est, sine lingua. παλίγγλωσσος, abhor-

 rente

rente lingua, id est sermone, Pindaro. ἐδ' ἴσην ὄντω βάρβαρος, οὔτε παλίγγλωσσος πόλις, ἰσθμίων ε΄. Sed νεμέων α΄. diuersum & contrarium notat, id est ἀντιπόφημον, ut interpretãtur. πυθίων β΄. est εὐθύγλωσσος, εὐθυῤῥήμων, quo Cicero utitur, uerax & liber. εὔγλωσσος et βαθύγλωσσος, disertus. Aristoteli uerò ὀρνίθων τῶν μάλιστα φθεγγόμενοι πλατυγλωττότεροι τῶν ἄλλων εἰσὶ, id est, habent linguam latiorem, quę hominis linguæ maximè est similis. ἁδύγλωσσος βοᾷ κάρυξ, ὀλυμπ. ιγ΄. de iucundo præconio uictorię. παγγλωσσίαν clamores dixit in 2. Olymp. πολυγλώσσους eloquentes, in α΄. πυθίων. τανύγλωσσοι κορῶναι, linguis prolixiorib. sunt, ὀδυσσ. ε΄. χαριτογλωττεῖν Aeschyli uerbum est Prometheo δεσμώτῃ, iucunda memorare. γλῶσσαν ἐκστρέφει, inquit Demosth. περὶ παραπρεσβ. id est, t etorquet orationem. γλωσσοκάτοχον autem ὄργανον quoddam medici uocarunt, comparatũ ad linguam continendã. ἐγγλωττοτυπεῖν, de celebratione dixit Aristoph. Equitib. iocans. Et Nebulis, γλωττοστροφεῖν, de lingue agilitate & uersutia. γλωττοτομηθῆναι autem, de amputatione linguæ, Plut. Hyperide. γλῶσσαν, id est linguam, sermonẽ indicare, & diuersarum gentium διαλέκτους, iam diximus. Præclaraq́ est hęc sententia Euripidis, καλόν τοι γλῶσσ' ὅτῳ πίστις πάρῃ. Et notus est uersus Homericus, ιλ. β΄.

ἄλλη δ' ἄλλων γλῶττα πολυσπερέων ἀνθρώπων.

Et γλώσσαις λαλεῖν, diuo Paulo sermonis diuersitatẽ notat. ἐκ γλώσσης uerba Thucydidi, lib. 7. ὅσα τε ἐκ γλώσσης ἐρρήθη αὐτοῖς εἰπεῖν, uerbis peręgerũt mandata. Et uerba inania quoq; notat Theognidi,

ἀλλὰ δίκαι μὲν πᾶσιν ἐκ γλώττης φίλος ἔστω.

Verbotenus amicũ esse iubet omnium. Pindarus αἰπεινῇ γλῶσσαν dixit, ἔχειν τορεύματα, de carminum celebritate, ἰσθμ. ε΄. Et Aeschylus ait,

γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προσγίγνεται,
Stolida sibi ipsi lingua maximè nocet.

Euripides uerò Andromacha,

ἄγαν γ' ἐφῆκας γλῶτταν εἰς τὸ σύμφυτον,
Nimis inueheris oratione in commune genus.

ἀμφοτερόγλωσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδνὸν Ζήνωνος, — dixit Phliasius, ut refertur à Plutarcho in Pericle, nam Zenonẽ Dialecticis præstitisse accepimus, Theognidis autem hoc est,

πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται
ἁρμόδιαι, καί σφιν πόλλ' ἀμέλητα μέλει.
Multorum fore lingua caret, quæ claudat ineptam,
Qui stolidi esse sinunt curæ aliena sibi.

Ergo est θησαυρὸς γλώττης φειδωλῆς ἄριστος, secundum Hesiodum, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης. In Nebul. dicitur γλῶτταν ἀσκεῖν, linguam exercere, id est studium dicendi. Heracleti est contra Ephesios, ἐν ταῖς γλώτταις ἔχετε τὰ ὅπλα, de orationis defensione in malis facinoribus. Et Theologus contra Eunomianos, τί τὰς χεῖρας δήσαντες τὰς γλώττας ὡπλίσαμεν; quare constrictis manibus armauimus linguã? Hippocrati est γλῶττα ἀκρατὴς, lingua quę non potest fungi officio suo. γλῶττα πεπεδημένη, impedita, Luc. Ioue Tragœdo. Et γλῶσσα τεθηγμένη, Aiace, oratio uehemens. ἀγνωστότατοι autem τὴν γλῶτταν, in 3. Thucyd. lib. Eurytanes Aetoli, id est, maxime ignoto sermone utẽtes. Est & ὀλισθηρὰ, ac ἐκτετριμμένη, id est labilis, & detrita, quam uolunt appellari ab Aristophane λείαν. Est & εὔστροφος, agilis. Fingit autem lingua uocem resonantem in palato, id est διαρθροῖ. unde & uox ἔναρθρος dicitur, plectriq́ est illa similis. Caro huius est μυογκώδης, ut Aristoteles uocat in Problematis, id est mollis, & musculosa. Sonus autẽ editur de gutture, sed lingua διάλεξιν gubernat. unde & διάλεκτος sermonem notat. λέγειν autem & λαλεῖν, dicere est, ac loqui. Dicere quidẽ in usu linguæ Latinæ, accuratam orationem habere etiam significat. Sed λέγειν dicere non esse apud Homerum uolunt: & illud ιλ. β΄. μηκέτι νῦν δήθ' αὖθι λεγώμεθα, interpretantur, ne hic incubemus: cum quo Teutonicum conuenit. Ita usus est uerbo ὀδυσσ. δ΄.

ἐν δ' ἡμᾶς πρώτους λέγε κήτεσι. — ιλ. ι΄.
ἐκτὸς μὲν δὴ λέξον. — ito cubitũ foras. &,
— ἔπειτα δὲ λέκτο καὶ αὐτὸς.

Hinc λέκτρον deducũt, qui est lectus. Est & λέγω colligo: ut, Paruã te roscida mala uidi cum matre legentem. Sed hæc omittamus. λέγω, quando loquor significat, præcipuè cum διὰ componitur, sed terminatione passiua: nam actiua διαλέγω, discerno est. Xenoph. Oeconomico, de cõfusis hordeo, tritico, leguminibus,

διαλέγειν

διαλέγειν δεῖ αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ διευκρινημένοις χρῆσθαι, discernere opus sit, cum utendum illis esset. διαλέγομαι enim est differo & loquor. unde ratio quædam differēdi, διαλεκτική. & colloquia, διάλογοι. & διάλογος ψυχῆς πρὸς αὐτὴν ἄνευ φωνῆς, est Platoni in Sophista, ἡ διάνοια, colloquium quoddam animi secum absque uoce. πρόλογον dixere in fabulis, & uerbum inde fecerunt προλογίζω. Est autem in fabula prologus, quod in oratione rhetorica procemiū, & in tibiarum cantu προαύλιον, teste Aristor. lib. 3. Rhet. προλέγω autem, prædico: ut oraculū προλέγει τι, id est, prædicit aliquid futurū. Et pręfinio: ut νόμος προλέγει θάνατον, præfinit suppliciū mortis. ἀπόλογος, ἀπολογισμός, & ἀπολογία, defensio. ἀπόλογος ἀλκίνου, fabulæ nomen, quę defensionem complecteretur Penelopes: quo fabulosam narrationem prouerbiali figura orationis Plato significauit in 10. Rerumpub. Mentionem fęcit Aristoteles in 3. Rhetor. his uerbis, nam uulgò est locus deprauatus: παράδειγμα ὁ ἀλκίνου ἀπόλογος, ὅτι πρὸς τὴν πηνελόπην ἐν ἑξήκοντα ἔπεσι πεποίηται. Fecit & mentionem in libro de Poetica, ubi περὶ ἀναγνωρίσεων differit, id est, quibus occasionibus cognosci aliqui in fabulis soleant, καὶ ἡ ἐν ἀλκίνου ἀπολόγῳ, ἀκούων γὰρ τοῦ κιθαριστοῦ, καὶ μνησθεὶς ἐδάκρυσεν. Talis & illa cognitio est, qua utit̄ in defensione sua Alcinus. Ibi enim audiens citharistam, et in memoriam rediens, lacrimauit. Vnde patet, Alcinū quempiam Vlysis & Penelopes cōgressum in scenam introduxisse, & indidisse nomen ἀπόλογον ἀλκίνου. Significat tamen apologus Plauto fabulam longiusculam, & in personas sparsam, in Sticho. ἀπολογία autē est rei, ut κατηγορία postulatoris. ἀπολογοῦμαι, causam dico, seu defendo. Hinc apud Polybium lib. 1. δυσαπολόγητος ἁμαρτία, delictum, quod difficilem haberet excusationem. ἀπολογίζεσθαι, rationes referre, & quasi annumerare. ut in Demosthenis oratione κατὰ τιμοκράτους, βούλομαι τοίνυν ὑμῖν ἃ ὑπεσχόμην ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, ἀπολογίσασθαι πεποιηκότα ἐμαυτόν. Hanc enim ueram lectionem esse iudico, quamuis in uulgatis libris sit ἀπολογήσασθαι. Hoc enim ait Rhetor, uelle se ostendere, quasi relatis rationibus, & enumerādo, perfecisse se, quod initiò ostenderit. Xenophon ἑλλην. 6. καὶ τἆλλα διοικῶν ἀπελογίζετο κατ' ἐνιαυτὸν, singulis annis rationes referebat. κατάλογος, enumeratio, propriè nominum eorum qui stipendia merent. ut Athenis, οἱ ἐκ καταλόγου, ætas militaris. Sed hæc, etsi καταλέγω uerbum enumero significat Herodoto ὑρανίᾳ, tamen, ut uidetur, ἀπὸ τοῦ λέγω τοῦ τίθημι ducuntur. unde & λόγος, ratio: & λογίζομαι, colligo & considero. & ἀνάλογον, ac ἀναλογία, in numeris proportio: sicut & λόγος, ratio. ut ἴσος λόγος, spondei & dactyli, seu 2. 2. ἄνισος διπλοῦς, duplex, Iambi, Trochei, seu 1. 2. & 2. 1. ἡμιόλιος, sesquiplex, uel ut Veneti in Oratore, ubi ex Aristotele hæc referūtur, edidere, sesqui, pæanum, seu 3. 2. & cęteri. ἀναλογίαι autem, comparatæ rationes, quæ pauciores quatuor numeris non complectuntur. nam cum tres modò memorātur, tum medius repetitur, ut 8. 4. 2. Sed hæc alieniora uideantur. λέγω est memoro: ut,

λέξω τοίνυν τὴν ἀρχαίαν παιδείαν ὡς διέκειτο.

λέγεται, fertur. αὐτός τοι λέγεται τις. Qui appellatur, seu uocatur, ὁ λεγόμενος, & idem ὁ καλούμενος. εὖ λέγειν, dicere quod placeat, quod rectum sit, rectè narrare. δεινὸς λέγειν, peritus dicendi.

λέγειν σὺ δεινὸς, μανθάνειν δ' ἐγὼ κακός.

Oedipus Sophoclis: Tu dicēdo, inquit, uales, me uerò tædet animum aduertere. Hinc λόγος, uerbū, uel potius dictum. Et λόγος Dei patris, æternus, & ortu carens filius, cogitatione nulla cōprehensibili, multoque minus oratione effabili modo genitus, Deus de Deo, σωτὴρ generis humani: uerè, ut filius, alius quam pater: uerè naturæ similis, id est ὁμοούσιος, ut Deus: quem adorant omnes angeli, ἐν τριάδι μόνον θεόν: in quem, et per quem creata est uniuersitas rerum, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, natum de uirgine Maria, excruciatum, & mortuum, & reuersum in uitam de morte, pro salute & uita omniū credentium ipsi: solum omni laude, gloria, cultu, ueneratione dignum, cum patre & sancto spiritu, Deum æternum, omni loco & tempore. Significat λόγος & sermonem: ut in Actis, τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην. Et Demosthenes Olynthiaca tertia, πρὶν δὲ τὴν ἀρχὴν ὀρθῶς ὑποθέσθαι, μάταιον

ἡγεῦμαι περὶ τῆς τελευτῆς ὁντινοῦν ποιέεσθαι λόγον: Priusquam initiũ rectè constitutum fuerit, ineptũ esse duco, de fine aliquid uerborũ facere. Sed apud Herodotum ἐν κλειοῖ, τὸ παραυτίκα μὲν λόγος οὐδεὶς ἐγένετο. &, οὔτε λόγον μιν ποιησάμενος οὐδένος. Et Theocriti, σὺ δὲ μὲν λόγον οὐδένα ποιεῖ, neglectionem notat, & non haberi rationem. Opponitur & contra rem λόγος, et prætextum notat. Heród. ἐν κλειοῖ, καὶ τῷ λόγῳ τῶν Ὑπεραχείων προστάς, cum prætexeret se defendere Hyperacrios. Et ἐν ἐρατοῖ, αὐτομόλου μὲν τῷ λόγῳ, πολεμίου δὲ καὶ ὑποθερμοτέρου τῷ ἔργῳ: A' transfuga quidem uerbo, sed re ipsa hoste & temerario. Terent. Non simulare mortẽ uerbis, re ipsa spem uitæ dare. Similiter & sæpe Cicero. Sed idem paulo aliter de indicatione uerborum, Philipp. 4. Nam est hostis à senatu nondum uerbo appellatus, sed re iam iudicatus Antonius. Et pro S. Ros. Tametsi uerbo non audeat, tamẽ re ipsa de maleficio confiteri. Notat & narrationem, seu fabulã. Et λέγω, narro. ἐν κλειοῖ, ἔλεξέ σφι λόγον, narrauit illis fabulã. Hinc ἐπίλογος, conclusio narrationis, seu orationis habitæ. Herodoto etiam explicationem, uel etiam applicationem dicti significat, κάρτα τε ἡσθῆναι Κροῖσον τῷ ἐπιλόγῳ, admodum delectatum fuisse Crœsum explicatione illa. Et ἐπιλέγειν Εὐτέρπῃ, & ἱππεῦσι, ἐξηπατήτων σὺν μαγείροις ἐπιλέγων τοιαυτί. Et rhetores ἐπίλογον extremam partem orationis uocãt. οἱ τινὲς μὲν ἐπάνοδον, ἄλλοι δὲ ἄλλο τίθενται ὄνομα, inquit Socrates in Phædro. Demosthenes κατὰ Τιμοκράτους dixit πλάττειν λόγους, comminiscens fabulas. Et κατὰ ὀνήτορος α. ἀλλὰ λόγοι ταῦτά εἰσι, uerba hæc, id est fabulæ sunt. Et Latini uerba dare, fallere. λόγου ἕνεκα est, uerbi causa, in Theæteto. λογοποιοὶ autem, artifices orationis. & λογοποιικὴ τέχνη, in Euthydemo. Sed & λογοποιεῖν, falsos rumores serere. & λογοποιοῦντες, Isocr. πρὸς Φίλιππον. Demosth. κατὰ Τιμοκράτους, κατὰ τὴν ἀγορὰν λογοποιοὺς καθίσαν: Subornarunt, qui in foro rumores spargerẽt. Sed & λογοποιὸς is est, qui ἱστορικὸς etiam græcè dicitur, nam ἱστορεῖν & ipsum narrandi significationem habet. Hinc λόγοι, narrationes. ἐν κλειοῖ, τῶν ἐν τοῖς Ἀσσυρίοισι λόγοισι μνήμην ποιήσομαι, de his in libris historiæ Assyriæ mẽtionem facturus sum. Et ἐν κλειοῖ, ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι σημανέω, in sequentibus narrabo. Et ἐν Εὐτέρπῃ, ἐν τοῖς Λιβυκοῖσι λόγοισι ἀπηγήσομαι. Et ἐν ἐρατοῖ, de morte Cimonis, τὸν ἐγὼ ἐν ἄλλῳ λόγῳ σημανέω, ὡς ἐγένετο. quod fortasse latinè dici rectè posit, Quæ qualis fuerit, alio loco narrabo. τερψιχόρῃ, ὡς δεδήλωταί μοι ἐν προτέροισι τῶν λόγων, id est, ut superiore libro ostendi. Est & disputatio λόγος. Aristot. πολιτικῶν β. τοῖς ἔξωθεν λόγοις πεπλήρωκε τὸν λόγον, alienis disputationibus refersit disputationem. Item λόγον εἰπεῖν, ἐν Εὐτέρπῃ, idem est quod ἔπος εἰπεῖν, de quo alibi iam diximus, & copiosius etiam adhuc magis idoneo loco sumus, Deo uolente, dicturi. λογογράφος, qui orationes conscribit. λόγιος Herodoto est doctus et eruditus, ἐν Εὐτέρπῃ, Aegyptij, inquit, qui tenẽt ea loca, quę conseri solent. μνήμην ἀνθρώπων πάντων ἐπασκέοντες λογιώτατοί εἰσι μακρῷ, τῶν ἐγὼ ἐς διάπειραν ἀπικόμην: Omnes homines memoria complectentes, doctissimi uiri sunt omnium quos ego comperi. λόγιμος autem, unde ἐλλόγιμος, ἐλλόγιμος ῥήτωρ, Phædro, celebritatis habet significationẽ. οὐρανίᾳ, καὶ περὶ μάλιστα λόγιμος γενόμενος. Et ἐν Εὐτέρπῃ, ἄνθυλλα ἐοῦσα λογίμη πόλις. λόγια uerò sunt oracula Aristophani, Thucydidi, & Herodoto. etsi Grammatici falsò tradunt, λόγια propriè dici responsa data καταλογάδην, id est, oratione soluta: χρησμοὺς autem, uersibus. Hæc Latinis & fata sunt, à fando. ut,

— Arcanaq; fata
Dicta meæ genti. — &,
— Retinet longæuus aruspex
Fata canens. —

Est tamẽ fatum & εἱμαρμένη, id est, λόγος καθ' ὃν κόσμος διεξάγεται, secundũ Stoicos. Ecclesiastici scriptores λόγια appellant testimonia Prophetarum & Apostolorum. λογία autem Paulo est συλλογή, in priore ad Corinth. cap. 16. λογάδην, lecte. λογάδας νεανίας, ἐν κλειοῖ, delectos adolescentes. & λογάδες λίθοι. & λογάδες oculi, ut interpretatur Suidas. Sed nihil hęc ad sermonẽ. λόγου τυχεῖν, celebrari. λόγος κατέχει, Plutar. Catone, sermo increbuerat. & λόγον παρέχειν, causam prębere orationis, Grachis. λογότροπος, argumentationis dialecticæ forma. Sed iam Pollucis uocabula inseramus: atq; his, si quid

nobis'

nobis fortè in mentem praeterea uenerit, addamus. καταλέγειν, enumerare. unde κατάλογος. ὑπόλογος, reddendae rationis obnoxius. In Protagora autem ita, οὐδέν σε ὑπὸ λόγον τίθεμαι, nihil urgeo, non postulo rationem reddi. ἐπίλογος, conclusio. δίλογος, uanus, duplicis loquelae. διάλογος, colloquium. ἀπόλογος ἀλκίνου, dicitur de uerbositate. Plato, quę nascantur, proportione nasci dicit, id est ἀνάλογον, in illa pręclara et eximia terra, & ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, id est, pro pari portione esse perfectam lapidũ naturam, in Phaedone. In Timaeo autẽ ἀναλογία est & ἀναλογίαι, quae proportiones dici à Cicerone uidentur, uulgò proportionalitates. παράλογον est, non à sermone, sed ratione factũ, mirabile. ut παράλογα ὀνείρατα. παράλογος in genere masculino apud Thucydidẽ lib. 2. ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς ἄλλως τε καὶ πρῶτον ναυμαχίας πειρασαμένοις πολὺς ὁ παράλογος εἶναι: Res inopinata illis admodũ uisa est, pręsertim pugnarum naualium antè inexpertis. Et ἐκ παραλόγου, ex inopinato, in Toxari Lucianico. παραλογίζεσθαι, decipere, & circumuenire. Inde παραλογισμός, fallacia. Polyb. lib. 1. τὰ μὲν καταπεπληγμένοι, τὰ δὲ παραλογισάμενοι: Eiecerunt, inquit, illum cùm perculsum, tum circumuentum. Sed παραλέγειν apud Hippocratem reperitur pro delirare, cui teutonicum simile est. ὑπὸ δ' ἡμερῶν α'. πολλὰ παρέλεγον. & mox, παραλογίσασθαι, decipere. τὰ ἀμφίλογα λογίσασθαι, rationem inire de ambiguis. ἀμφιλέγειν est enim ambigere, seu disceptare. Xenophon ἀναβάσεως β'. ἀμφιλεξάντων δέ τι ἐνταῦθα τῶν τε τοῦ μένωνος στρατιωτῶν καὶ τοῦ κλεάρχου, ibi quadam controuersia orta inter milites Menonis & Clearchi. Hinc ἀμφίλεκτος ἔρις, Euripidi Phoenissis, contentio disceptationũ. Et ἀμφίλογον, ambiguum & cõtrouersum. διαιροίη τὰ ἀμφίλογα, id est, controuersias dijudicaret, dixit Xenoph. πόροις. Thucyd. 4. ἀμφίλογα δίκῃ διαλύοντας, controuersias iure dirimentes. ἀναμφίλογον, extra controuersiam. In Symposio Xenophon, ἡ δικαιοσύνη καλοκἀγαθία δήπου ἀναμφιλογωτάτη: Iustitia est honestum & rectum sine omni controuersia. ἀντιλογίσασθαι, rationẽ contrà capere. λογισταί, magistratus Attici nomen. Horum curia λογιστήριον. ἀλόγιστος, incogitãs. ἀλογίστως, incogitanter. quae omnia ad rationẽ, non ad orationẽ pertinent. Sicut & εὔλογον, consentaneum, seu probabile. ἀπολογία, defensio. & uerbum ἀπολογεῖσθαι, μέσως. & ἀπελογήθη apud Antiphonem παθητικῶς. ἀντιλογία, contradictio. Est enim ἀντιλέγειν, contradicere. Xenoph. Conuiuio, οὐκέτι, ἔφη, ἔχω πρὸς σὲ ἀντιλέγειν, non habeo quod contra te dicam. Et ἀντιλογικοί, qui & ἐριστικοί, contentiosi. Et ἀντιλογικὴ τέχνη, πολιτειῶν ἑ. ἀντιλογίαι, contradictiones. & ἀντιλογεῖσθαι, μέσως. & ἀντιλογῆσαι ἐνεργητικῶς. & ἀντίλεκτον, dubium. εὐλογεῖν, & εὐλογεῖσθαι, μέσως, laudare, celebrare. & εὐλογία, celebratio, laudatio. & κακολογία, uituperatio. & apud Demosthenem κακολογεῖν, maledicere. αἰσχρολογία, turpiloquentia. ἀλογία, incogitantia, & ἄλογα, ad rationẽ pertinent: nisi quòd quaesitum fuit à quibusdam, utrum bruta ἄλογα expertia rationis dicerentur, an sermonis. Aristoteles tamen sensit, expertia esse rationis: cum ἄλογα, & λογικὰ ζῶα, homines, illis opposuit. Et uocarũt Graeci λόγον προφορικόν, orationem: ἐνδιάθετον uero, rationẽ. In Sophoclis tamen Oedipo tyranno est ἀφώνως, ἀλόγως, tacitè, & cum silentio. ἄλογα autem & ἀδιανόητα Platoni, ut uidetur, ratione & cogitatione incomprehẽsibilia. Vel ἄλογα sanè inexplicabilia. ut Phaedone, δόξειεν οὕτως εἶναι ἄλογον, ἀλλ' ἴσως γ' ἔχει τινὰ λόγον. ἀναλογίζεσθαι, considerare. & ἀναλογισμός, consideratio. ἀναλογεῖν autem cõuenientiam notat. Omnia rationis sunt. ἀναλέξασθαι autem legere significat. ἄξιον λόγου, & duplex, ἀξιόλογον, memorabile. ἀπαρτιλογία, integer numerus rationis, πολυμν. ne hoc quidem ad sermonẽ. παλιλλογεῖν, denuò memorare. διλογεῖν, iterum memorare. et διλογία, repetita expositio, Xenoph. περὶ ἱππικῆς. διλόγους autem D. Paulus in priore ad Corinthios dixit, uanos & bilingues. & in posteriore, λογομαχεῖν, rixari. unde λογομαχία, rixę. ληρολογεῖν, garrire. σπουδολογεῖν, orationem seriam habere. Xenoph. Conuiuio, οὗτος μὲν δὴ ὁ λόγος οὕτως ἐσπουδαιολογήθη. σεμνολογεῖν, oratione uti graui, & composita, & speciosa. et usurpatur sępe εἰρωνικῶς. δικαιολογεῖν, ius suum defendere. ὁμολογεῖν significat consensionem, cum unus alteri assentitur, ut apud Platonem saepissimè, cuius

est &

est & συνομολογεῖν. Significat & confessionem. Demosth. πρὸς Σπουδίαν, ἔτι δὲ ὡς ἅπαντα τὸν χρόνον ὀφείλων ὡμολόγει μοι Πολύευκτος, quòd toto tempore confiteretur se debitorem mihi esse Polyeuctus. Et sponsionem, Phædone: Item conuenta. & Critone, ὡμολογηκέναι ἔργῳ, οὐ λόγῳ, ita cõuenisse non uerbis, sed re ipsa. Demosth. πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν, τὰ δὲ παρ' ἀμφοτέρων ὁμολογηθέντα τῶν συμβαλλόντων, de quibus inter contrahentes conuenit. Idem πρὸς Κάλλιππον, ἄνευ αὐτοῦ ὁμολογήσαντα μὴ ἀποδώσειν, cum quo conuenisset, ne pecunia absente se redderet. Plato συμποσίῳ μέσως, ἵν' ἀνομολογησάμενος παρ' αὐτοῦ, οὕτως ἤδη λέγω. & mox, ἀνομολογησώμεθα τὰ εἰρημένα. ubi significat uerbum repetitionem quandam eorũ de quibus constitisset. Et ἀνθομολογεῖν confessionem atque consensum notat. ὁμολογία, consensus. & ὁμολογίας καὶ ξυνθήκας, pacta conuenta, in Critone. ὁμολογήματα, consensiones. ὁμόλογον, consentiens. & ὁμόλογοι, consentientes. Xenoph. Conuiuio, δοκῶ μὲν δ' ἄν μοι πάντες ὁμόλογοι γενέσθαι περὶ ὧν λέγω, Vniuersos de his quæ dico, consensuros esse existimo. Præterea φιλόλογος, studiosus literarum, & bonarũ artium. & studium harum, φιλολογία. Osor uerò, μισόλογος. & odium, μισολογία, in Phędone. πολυλόγος, multiloquus. πολυλογία, multiloquentia. βραχυλόγος, pauciloquus. βραχυλογία, pauciloquentia. In Vespis etiã est κοπρολόγος, sordida loquẽs. μακρολογεῖν, prolixa oratione uti. Athenæus ex Comico quodam, lib. 6. ἵνα δὲ μὴ πολλὰ μακρολογῶ, ne multis morer. κουφολογία, orationis leuitas, quæ est uanitas. Thucyd. de Cleone, τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ἐνέπεσε μέν τι καὶ γέλωτος τῇ κουφολογίᾳ αὐτοῦ, Leuitate orationis, risus excitatus fuit. βραδυλογία, tardiloquentia. ὑψηλολογία, ad idem exemplum, altiloquentia. μακρολογία, orationis prolixitas. Demosthenis est ψευδολογία, fallaciloquentia. μυθολογία, narratio. & μυθολογεῖν, fabulari. & μυθολόγημα, fabula. & μυθολογικὸς ἀνήρ, ad fabulas componendas idoneus. & διαμυθολογεῖν, pergere fabulando, Platonica sunt. καλλιλογεῖσθαι, ornare uerbis. Lucianus Toxari, πλὴν ἄρξομαι ἤδη μηδ' ἐγὼ ὥσπερ σὺ καλλιλογησάμενος. λογογραφία, orationum descriptio: & ars huius, λογογραφική. γενεαλογία, series generis. & γενεαλογεῖν, hanc memorare. & ἀντιγενεαλογεῖν. Herod. Εὐτέρπῃ, Ἑκαταίῳ δὲ γενεηλογήσαντι ἑωυτὸν καὶ ἀναδήσαντι ἐς ἑκκαιδέκατον θεόν, ἀντεγενεηλόγησαν ἐπὶ τῇ ἀριθμήσει, οὐ δεκόμενοι παρ' αὐτοῦ ἀπὸ θεοῦ γενέσθαι ἄνθρωπον: Cum Hecatæus memoraret seriem generis sui, & illud ad decimum & sextum deum deuinciret, cõtraria enumeratione & ipsi sui generis seriẽ exposuerunt, non admittentes quod ille dixerat, hominem ex Deo procreari. Et paulo antè, συγγενεηλογήσαντι ἐμεωυτόν, cum & ipse simul referrem generis mei seriem. In epistola autem ad Hebræos est Melchizedech ἀγενεαλόγητος, id est, cuius progenies non enarratur. ἀναμφιλόγως, sine cõtrouersia. Apud Critiam lectam esse Pollux ait rhetoris appellationẽ λογικός, quo uerbo in simili significatione et Plutarchus utitur παραγγελ. πολιτικοῖς. Et Herodoto sunt λόγιοι τῶν περσῶν. Diminutiuum est λογάρια, Platoni, & λογοποιήματα in Phædone, inquit Pollux. Nos sanè quæramus diligẽtius. Apud Theopompum Comicum legi ait ὑπολογεῖν, neq; interpretatur: mihiq; incertũ est, utrum rationis, an orationis illud uerbum sit. Nam ὑπολογίζεσθαι, rationis esse constat & imputare, ac similia notat. λέξις, dictio. & διάλεξις, disputatio, id est, oratio accuratior. Huius ars διαλεκτική, ut diximus. & διάλογοι, permutati sermones in colloquẽdo, quod et ipsum uocabulum iam retulimus. διάλεκτος, certa forma sermonis patrij, ut Attica, Ionica, Dorica, Aeolica. διαλεκτικός, disputator. & διαλεκτικῶς, diserte. διαλέγεσθαι enim disserere significat, ut diximus, tam in passiuæ, quàm mediæ διαθέσεως forma. προσδιαλέγεσθαι, cum altero disputare. Reperitur & λεξείδιον, diminuta uoce. λεκτικός erit facundus, quod Pollux ex Demosthene adducit: et hinc ductum λεκτικώτερον, ex Xenophonte. Legitur autem in illius libro 5. παιδείας. & apud eundem Ἑλλην. 1. dicitur aliquid esse τῶν μυριολέκτων, id est, milies dictorum. Diui Pauli autem λογομαχία, contentionem notat, & pugnam uerborum, quæ Athanasio & λογοδιεία est. Comicum esse λεπτολόγον, ait Pollux, & λεπτολογίαν, & uerbum λεπτολογεῖν, & λεπτολόγημα. in quibus omnibus significatio

catio est futilitatis & tenuitatis. ἀδαλυπτολογοῦμαι, inquit senex in Nebulis, alludēs ad uerbum ἀδαλίγχομαι. Hæc græca nugacem, & nugas, & nugari etiam interpretari puto. Pollux etiam πρόλογον, & uerbum προλογεῖν posuit: sicut διλογεῖν, id est, iterare orationem. ἀκριβολογεῖσθαι autem accuratè exquirere significat. καὶ ταῦτα πάνθ᾽ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀκριβολογοῦμαι καὶ διεξέρχομαι: Hæc omnia ueritatis ipsius causa exactius disputo, atque exequor. λογιστικός ad rationes pertinet. λογομύθιον, oratio fabulosæ narratiunculę. κακολόγος, maledicus, qui & κακηγόρος. & κακηγορεῖν, maledicere, ut κακολογεῖν. κοινολογίαν interpretantur sermonem communem. κοινολογεῖσθαι autem Aristoteli πολιτικῶν β'. est communicare sermonem. Ita utitur & Demosth. περὶ στεφάνου, ὅστις τῶν ὑπὸ τῶν πολεμίων συμφθέντι, μόνος μόνῳ συνιὼν, καὶ ἐκοινολογεῖτο, cōgressus ac collocutus fuit solus cum solo. Et Xenoph. ἑλλωνικ. γ'. κοινολογησάμενος τῷ τισαφέρνει, collocutus cum Tisapherne. κυνολογεῖν autem de impudentia sermonis & procacitate iocās posuit in primo Athenæus, ὅτω τούτοις κυνολογήσασιν ἔδοξε παίειν. Antiphonis apud Pollucē est ὀλιγόλογος, suauiloquus. πολυσύλλογος, uerbosus. & μετριολόγος, dicendi modum seruans. μετεωρολόγος Platonicum est, qui uerba facit de ijs quæ in cœlo fiunt, quæ sunt μετέωρα, id est supra nos. & uerbū μετεωρολογεῖν. μικρολόγον, ait Pollux, appellauit Hyperides illiberalem, id est parcum. Isocrates uerò querulum, Panathenaico, ὅτω μοι τὸ γῆρας ἐστὶ δυσάρεστον, καὶ μικρολόγον, καὶ μεμψίμοιρον: Ita est senecta mea morosa, & inquirens in minima quæque, & querula. Verbum & in actiua diathesi μικρολογῆσαι annotatur. Lucianus autē Ioue Tragœdo, εἰ περὶ τῶν ἐν τοῖς νόμοις ἐξουσίας σμικρολογοίμεθα: Si nunc uelimus subtiliter quęrere, quid leges permittāt. Xenoph. in 3. ἑλλην. ὑμεῖς δ᾽ ἔγ᾽, ἔφη, μὴ λίαν μικρολογεῖσθε: At uos, inquit, ne persequamini nimis minuta. Hoc enim facere tenaces solēt, qui propter hanc illiberalitatem, id est, ἀνελευθερίαν, σκνιποὶ, & secundum Aristotelem κίμβικες, uermiculi tenuissimi & uilissimi cibi, arrosores lignorum & stirpium. In Teutonica lingua hos arrosores corticum uocant, ac tam rationis quàm orationis significatio in græcis animaduertitur. Sequitur in Polluce ταπεινολογία, humilitas orationis, οἰκτρολογία. itemque ἐλεεινολογία, commiseratio. εἰκονολογία, similium explicatio. διπλασιολογία, iteratio quę à rhetoribus antiquis in oratione notata et nominata fuerunt, ut indicatur in Phędro. ἀληθινολογίαν, id est ueracitatem, ait & ipsam Platonis esse Pollux. His licet addamus γνωμολογίαν, orationem sententiosam. ἀστρολογίαν, θεολογίαν, doctrinam siderum, & de Deo. τροπολογίαν, mutatam orationem. δεινολογίαν, uehementiam in dicēdo. ἠθολογίαν, mores oratione expressos. βαττολογίαν, fictitium. & τραυλολογίαν, balbutiem et garrulitatē. μωρολογίαν, ineptias. ὀνειρολογίαν, disputationē de somnijs. χρηστολογίαν, blādiloquentiam. & ἐτυμολογίαν, exquisitionem originis uerborum. ὡρολογίαν, quæ tamen à legendo uidetur deduci, ut ὡρολογεῖον quoque: nisi magis hoc est, quod horas indicando quasi commemorare uideatur. Itemque illam Demosthenis ἀεὶ λογίαν. Et Luciani πρὸς ἡσίοδον, ἀστειολογίαν, οὐκ ἀπορήσω πρὸς σὲ καὶ ποιητικῆς ἀστειολογίας, non defutura mihi etiam est poeticæ urbanitatis responsio. Et δευτερολογίαν, secundas partes in dicēdo: & πρωτολογίαν, primas. Et τὰ δεύτερα λέγειν, quod de histrionibus dicebatur. Plut. in Cicerone, καὶ κατειργάσατο τῇ χάριτι ταύτῃ τὸν αὐτοῦ υἱὸν, ὥσπερ ὑποκριτὴν ἔμμισθον αὐτῷ, τὰ δεύτερα λέγειν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. δεινολογεῖσθαι apud Herodotum, uehemēte & miserabili oratione uti. Melpom. ὁ δὲ ἀρνέεται, οὐ φάμενος ἐπιορκῆσαι, καὶ δεινολογέεται: At ille se periurasse negat, & lamētatur. Plutar. Sertorio, ἀγανακτούντων δὲ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ δεινολογουμένων, rem indignā esse clamantibus. ἐκλογεῖς τῶν λόγων, & πορισταὶ λόγοι, à ratione, exactores fuerūt Athenis uectigalium. λογοδιδάσκαλος, dicendī magister. λογοδαίδαλος, artifex orationis. Hermippi Comici refertur à Polluce περιλέγειν, oratione circumuenire. περιλέξιν autē interpretantur περίφρασιν. Plutarcho autem in libello De non inuidiosa laude propria, est περιαυτολογία, prædicatio sui ipsius: & περιαυτολογεῖν, de seipso concionari. λόγον νᾶμα ἐξαρδόμενον καὶ ὑπηρετοῦν φρονήσει, κάλλιστον καὶ ἄριστον πάντων ναμάτων, in Timæo, id est, Orationis flumen pro-

men promanans, & inſeruiens prudentiæ, flumen pulcherrimum atq; præſtantiſsimum. Et μουσεῖα λόγων, uerborū Muſea. Et τερατολόγων τινῶν φύσεων, de monſtroſis quibuſdam naturis dixit Plato in Phædro. Eſt λόγος oratio: ut λόγος Demoſthenis, Lyſiæ. Eſt uerbum, ſeu dictum, Phædro. παλαιὸς λόγος, uetus uerbum, id eſt prouerbium. Ibidem, καὶ ἐκ τῶν λόγων, καὶ ἐκ τῶν ἔργων, dictis & factis. &, τά τε λεγόμενα, καὶ τὰ πραττόμενα ἐπαινοῦσι, dicta & facta laudant. ἐν λόγῳ, Phædone, & alibi, ut ſemel dicam. Herodot. Terpſich. ἀπαρδακνοῦντες λόγον, planum facientes oratione. Phędro, σιμμίαν θηβαῖον ἐξαίρω λόγου, Thebanum Simmiam hac in mentione excipio. In 12. legum, ἔξω τοῦ λόγου λέγοντες, abducētes orationem à re propoſita. Xenophon κύρου παιδ. α΄. καὶ ἐν λόγοις, καὶ ἐν ᾠδαῖς, ſermone & carminibus celebraſſe Cyrum dicit. Et ἀξιόλογον, memorabile. & ἄξιον λόγου. Polyb. οὐδὲν ἄξιον ἔπραξαν λόγου. λόγος πολὺς, longa oratio. Phædro, ἃ λόγος πολὺς ἂν εἴη διελθεῖν, quę narrare longum eſſet. προσφέρειν λόγον, ſermonem inferre. ut Cicero Off. lib. 1. In re ſeuera delicatum aliquem inferre ſermonem. Herod. Thalia, προσέφερε δ᾽ ἀρέειν λόγον τοιόνδε, intulit apud Darium talem ſermonē. Plato autem Phædro dixit, πρὸς οὓς τοὺς λόγους προσοίσει, apud quos uerba faciet. τὸν λόγον ἀποδιδοῦναι, Phędone, orationem perſoluere. διδόναι autem, & δέχεσθαι λόγον, de diſputationibus ſæpe apud Platonem legitur, in Politico, Rerumpub. 7. Lachete. Herod. Thalia, ἐνταῦθα ἐκστάντες οἱ ὁδοὶ ἐδίδοσαν αὐτοῖσι σφίσι λόγους, contulerunt ſermones, id eſt, deliberarunt. Et Terpſich. μετέπειτα μὲν δὴ λόγον σφίσι διδόντες, re inter ipſos deliberata. Et alibi, λόγον ἑωυτῷ διδοὺς, intra ſe conſiderans. ὁ φασὶ autem dixit, ἐδέχοντο τοὺς λόγους, admiſerunt, id eſt, aſſenſerunt petitioni. Thucyd. autem 4. ξυνῆλθον ἐς λόγους, conuenerunt ad colloquium. Et libro 3. κατέστησαν ἐς λόγους. Et Herod. βουλόμενος καμβύσῃ ἐλθεῖν ἐν λόγους, uolens cum Cambyſe colloqui. διδόναι λόγους, etiā eſt copiam dare dicendi. νόμων ιά. δότω δὲ καὶ τῷ υἱῷ λόγους ἴσους, par poteſtas dicendi & filio detur. Et λόγος ἰὼν, ſermo profectus, Hecuba. Et λόγος ἔχει, ita fertur. Et λαβὼν αὐτὸς λόγου μείζων, Herodoto, fidem ſuperans. Et ἔργον ἐργάσατο μέζον λόγου, facinus fecit incredibile, καλλιόπῃ. Thucyd. πολλῶν λόγων γενομένων, multis ultro citroq; dictis. Et ἦλθον ἐν λόγους, fuerunt collocuti. Herodotus autem de Dario, δορυφόρος τε ἐὼν καμβύσεω, καὶ λόγου οὐδενός κω μεγάλου: Cum eſſet Cambyſę ſatelles, nondum ualde nobilis, ſeu celebris. Et, οἱ τότε πρῶτοι λόγου πλέονος ἐόντες, maximè nobiles. Et, ἐς λόγους ἐλθὼν τῷ κλεομένεϊ, colloquebatur cum Cleomene. Et σύνοψις, καὶ τοῦ γε λόγου μάλιστα ἄξιόν ἐστι ἔχειν, de quo orationem maximè habere par eſt. Et τὸ λέγειν, actionem eſſe dicit Plato, id eſt, μίαν τῶν πράξεων, Cratylo. Apud Thucyd. lib. 4. ἐν λόγοις ἔρχονται, id eſt, colloquuntur. Dixerunt & λογίδιον, uerbulum, ſeu oratiunculam. Iſocrat. κατὰ σοφιστῶν, ὅτι μὲν τοιαῦτα λογίδια διεξιόντες, tales dictiunculas exequētes. Et λογεῖον, in ornatu ſacerdotali, Exod. 28. quod tamen interpretati ſunt rationale. Et λογεῖον, locus in theatro, pulpitum appellat Vitruuius lib. 5. De loquace et garrulo Pollux lib. 6. cùm alia, tum hæc: ἐκ τοῦ καιροῦ λέγων, ex tempore, qui & αὐτοσχεδιαστής. ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ſubitò. ἐκ τοῦ παρατυχόντος, quacunq; occaſione. δι᾽ ὀλίγου, feſtinātes. πᾶν τὸ ἐπιὸν λέγων; quod in buccam uenerit, dicens. ἀπέραντολόγος, nullum finem faciens dicendi. κουφολόγος, leui oratione. Et plura apud Gellium, tam rebus, quàm uerbis, lib. 1. cap. 15. Cōtrà βραχυλόγος, pauca loquēs. & ἀρτιλογία, accurata oratio. λαλεῖν, loqui eſt. unde λάλος, loquax. & λαλίστερος, loquacior. & λαλίστατος, loquaciſsimus, in Eurip. Cyclope. λαλιὰ, loquela. itemq; λάλησις, locutio. καταλαλεῖν, obtrectare. & Apoſtolo καταλαλία, obtrectatio. Sed in Ranis enunciare, τί δὲ τοῖς θύραζε ταῦτα καταλαλῶν; externis illa prodens. Plauto autem et Ciceroni, obloqui eſt obſtrepere uerbis. προσλαλῶ σοι, alloquor te. & προσλαλιὰ, allocutio. παραλαλεῖν, nō neceſſaria loqui, id eſt blaterare, uel etiam uerbis fallere. In priore ſignificatione poſuit Ariſtoph. ἐκκλησιαζούσαις,

μὴ παραλαλῶμεν, μηδὲ πυνθανώμεθα.

Ne garriamus, neu quæramus friuolè.

Gregorius autem εἰς τὴν καινὴν κυριακὴν ita, ὄρνις καταφωνεῖ τὸ ἄλσος, καὶ παραλαλεῖ τὸν ἄνθρωπον: Auium uoces nemus complent,

plent,& obstrepũt hominibus. Et mox, φωναῖς ἀλαλήτοις, uocibus sermonis expertibus. ἄλαλος est, qui fari non potest. Et ἀπεριλάλητος Aeschyli, ut ait Pollux. De Aeschylo dicitur ab Euripide in Ranis, cui exprobratur fastus quidam uerborum, & copiosæ orationis inscitia: quos uersus postea referemus. In Eurip. Cyclope, διαλαλεῖν, colloqui. διαλαλήσομέν τι σοι, de re quadã tecum loquemur. λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν, uersus grecus indicat, uerbum λαλεῖν loquacitatem, λέγειν orationem prudentem significare. Et in prima Olynthiaca, ἐκλαλεῖν, effutire. μογιλάλος etiam est loquela impedita. Linguæ omnino est, motu suo sermonem in ore fingere, in quo certis neruis ex eorũ numero, qui duriusculi sunt, incitatur, προαιρετικῶς, id est, fungentibus illis officio suo ad arbitriũ nostrum. Sermonis autem sunt partes, uerba, de quibus paulo pòst. Sed sermonis Ionica appellatio est & μῦθος, et μυθεῖσθαι.

— κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε.

addit duram edictionem. Et ιλ. ί. μῦθον ἀγασσάμενοι, admirantes orationem. Et μυθεῖται βασίλεια, loquitur regina, ὀδυσσ. ά. Et ἐχεμυθία Pythagoria, silentium, id est, repressionem sermonis significat. Sed postea μῦθον fabulosam narrationẽ appellarunt: & λόγον, consentaneam magis, & accuratam, & uerisimilem. Plato Protagora, πότερον ὑμῖν ὡς πρεσβύτερος νεωτέροις μῦθον λέγων ἐπιδείξω, ἢ λόγῳ διεξελθών; Vtrum demonstrare me hoc narrantem uobis, tanquam seniorem iunioribus fabulam, an potius oratione accuratiore exequi uultis? Hinc est πολύμυθος, uerbosus, ιλ. γ'. Et Thersites ἀκριτόμυθος, sine delectu uerba faciens, uel sanè seditiosus & turbulentus, qui esse clamatores solent, ut & in lingua Teutonica appellãtur. Iidem sunt μυθηταὶ, & ἀγορηταὶ, fabulatores, & concionatores. Et ita interpretantur uersum Homericum, ὀδυσσ. φ.

— οὐδέ τιν' ἄλλην
μύθου ποιήσασθαι ἐπισχεσίην ἐδύνασθε.

id est, prætextum turbulentiæ. Et βραχυμυθία, breuiloquentia. ὕβριν ματέρα κόρου θρασύμυθον, dixit Pindarus ὀλυμ. ιγ'. procacem petulantiam. ὀλιγόμυθος, pauciloquus. μυθολογία, fabularum narratio, λιγύμυθος ἀηδὼν, luscinia uocalis. μυθολογεύειν autem narrare est, ὀδυσσ. μ'. σεμνομυθεῖν, Hippolyto. σεμνολογεῖν. παραμυθία, & παραμύθιον, consolatio. & παραμυθεῖν, ac παραμυθεῖσθαι, consolari. Suidas in dictione ἀπὸ, memorat uerbum ἐκφορομυθεῖν, quod significat sermones arcanos proferre. Itẽ μυθεύειν, fabulã narrare. & προσμυθεύειν, fabulæ narrationem augere: ut Agamemnoni iniectam uestem fuisse, qua implicitus, propulsare à se uim obtruncantium non posset. φωνεῖν autem certè uocem emittere, & appellare alterũ, id est, humanam uocem, quæ sermonis est, notat. De hac ita Pollux: φωνὴ, φθέγμα, φθόγγος ἔναρθρος, ἐγγράμματος, οὐκ ἀδιάτυπωτος: uox, locutio, locutio distincta, literata, non informis. ἦχος οὐκ ἄσημος, οὐκ ἀδιάρθρωτος, sonus non expers significationis, non indistinctus. ἀὴρ διὰ τῶν φωνητηρίων εἰς φωνὴν τυπούμενος, aer qui organis uocalibus ad uocem conformatur. πνεῦμα διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ἀναδιδόμενον ἐκ τοῦ πνεύμονος, καὶ πλῆττον τὴν ἐπιγλωττίδα, καὶ ὡς ἐν κυμβάλῳ ἠχοῦν, τέως ἄναρθρον, τοῖς δὲ φωνητικοῖς ὀργάνοις εἰς τὸ εὔσημον ἀποχαρασσόμενον, ἢ ἀποτυπούμενον, εἰς τὸ ἐμμελὲς διατιθέμενον, ὡς ὑπὸ πλήκτρου μὲν τῆς γλώττης, χορδῶν δὲ τῶν λοιπῶν. id est: Spiritus quem per asperam arteriam emittunt pulmones, qui ferit epiglottida, & in ore conuertitur, resonatq; tanquam in cymbalo, prius quidem indistinctus, quàm organis uocalibus ad significandi commoditatem effingatur, ac conformetur, in quo modulationẽ tanquam plectrum efficit lingua, reliqua uerò fidium munere funguntur. Nam epiglottis simplicis uocis organum esse perhibetur, lingua autem distinctæ. Hinc fabula, quæ Philomelam loqui nollet, linguam illius resecat. Quòd si qui lingua indesecta, locutione tamen deficiantur, in his uitiata epiglottis fuerit: sin difficultas sit in loquendo, & impedita loquela, lingua laboret necesse est. Vox est, inquit etiam Pollux, aer ictus: icit enim epiglottida: aut est aeris ictus: icitur enim organis uocalibus, & exit sonus personus uocis, qui est per se quidem indiuisus. Sed in multorũ milium aures diffinditur, non secus atque radij luminis in oculos spectantium. Itemq; cõtrà, ut uoces multas

auditus, ita oculus multa quæ uidentur, apprehendit. Est quidem uocis origo in pulmonibus, idcoq; his carent pisces. Sed ὄργανον ἐνεργητικώτατον huius, id est præcipuum, & quo hæc omnis perficitur, est λάρυγξ. ut Galenus ait in septimo περὶ χρείας μορίων. De uoce autem commentariorum suorum sæpe meminit, qui non extant. De uoce autē, quam ἀόρατον esse constat, & quibusdam tamen ἀσώματον esse non placet, exquisitior disputatio sine quærendi carcere Gellio uidetur. Aristoteli certè φωνὴ ἀὴρ est ἐσχηματισμένος πὼς καὶ φερόμενος, configurata quædam cum impetu aura. Platoni hęc esse πληγὴ τοῦ ἀέρος præclarè uisa: cui & Galenus astipulatur, qui se demonstrasse ait in commentarijs de uoce, ὡς οὐχ ἅπασα πληγὴ τοῦ ἀέρος ἱκανὴ φωνὴν ἀπεργάζεσθαι, non posse unumquēuis aeris ictum uocem efficere. Nos igitur hæc relinquamus, &, quod instituimus, uocabula persequamur. φωνεῖν igitur uocem emittere significat. Necq; est φωνὴ, collisio saxorum aut æris, item fluctuum, aut tonitrui: sed hic ψόφος dicitur. Sed ne qui ab animalibus quidem editur sonus, semper uox est, ut manuum complosio. Quin necq; screatus, & tussis, propriè uoces sunt: nam fit προαιρετικῶς, uel καθ' ὁρμήν τινα uox, id est proposito, et uolūtate. ideoq; & significat aliquid. Et brutorum etiam uoces dicuntur: ut equorum hinnitus, & canum latratus. Dicuntur tamen qualescunq; soni uoces. ut φωνὴ λύρας. Aeneid. 3.

Sensit, & ad sonitum uocis uestigia torsit.

& alibi,

—Fractasq; ad littora uoces.

Et Hippolyto, φωνὴ Διὸς, tonitru. Et ἱππόδιον, ἐγκυκλοβόρου φωνὴν ἔχων, de turbulento clamatore. Fuit enim illud nòmen quondam torrētis in Attica. Aristot. de Natura animal. lib. 4. ita, φωνὴ, inquit, καὶ ψόφος, καὶ τρίτον τούτων διάλεκτος. Atq; addit, solum guttur φωνεῖν, διάλεκτον autem esse διάρθρωσιν τῆς φωνῆς. Edit itaq; uocem ὁ λάρυγξ, sermonem autem atq; cantum fingit γλῶττα. Sed ψόφος etiam est aliarum partium. Dixere & ὄπα uocem: ut de cicadis ιλ. γ'.

δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι,

& eodem libro,

ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει.

At postquam ingentem misit de pectore uocem.

φωνεῖν autem loqui. φωνὴν ἱέναι, uocem edere. εὔφημα φώνει, bona uerba loquere. Et τί φωνεῖς; quid ais? Soph. Electra. Ibidem, καὶ πρίν γε φωνεῖν, priusquā uocem emitteret. τὰ φωνηθέντα, emissæ uoces, Platoni Sophista. αἴαντα φωνῶ, Aiacem uoco, Soph. προφωνῶ, προαγορεύω. Hippolyto Eurip. φεύγειν προφωνῶ πᾶσιν. A uoce sunt hæc fermè: φώνημα, uox. & ὑποφώνημα, apud Rhetores: quale hoc,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

μεγαλόφωνος, cuius est uox sonora. εὔφωνος, uocalis, ut Orpheus Horatio. Philisti est δίφωνος, bisonus. ἔμφωνος, sonorus. λιγύφωνος, uocalis. φώνησις, appellatio. ὑποφώνησις, eadem & ὑποφώνημα. ἀνεκφώνητον autem est, quod enunciari nequit. σμικρόφωνος, exili: λαμπρόφωνος, clara: δύσφωνος, absona: ἰσχνόφωνος, tenui, ut Herodoto Battus ἰσχνόφωνος καὶ τραυλός. & pueri, Aristot. Problem. et melancholici. ἡδύφωνος, suaui. βαρύφωνος, graui. βαρβαρόφωνος, barbarica. γυναικόφωνος, muliebri uoce. πολύφωνος, sonorus, loquax. Luc. de historijs scribendis, ὡς μὴ μόνος ἄφωνος εἴην ἐν οὕτω πολυφώνῳ καιρῷ, ne solus tacerem in tam garrulo seculo. Aristoteli autem in 4. de Natura anim. πολυφωνότερα καὶ λαλίστερα τὰ ἐλάττω τῶν μεγάλων: Aues minores sunt magis sonoræ & garrulæ, quàm grandes. χαλκόφωνος, firma, & quasi ærea uoce. ὁμόφωνος, consonus. στενόφωνον ὄργανον, angustæ uocis. καλλίφωνοι ὑποκριταί, bona uoce. Plautus tamen Mostellaria, hac figura sermonis τὸν μεγαλόφωνον significauit: Scio te esse bona uoce, ne clama. στρηνόφωνος, in Comœdia, aspera uoce. βεβήλους κενοφωνίας, legimus in posteriore ad Timoth. Significatur autem futilitas profanæ loquacitatis. ἄφωνον autem Galenus dicit, ut alia, quę cum priuāte particula α componuntur, significare, & mutum: ut ἄφωνοι pisces cum dicuntur. Et ἢ μικρόφωνον, ἢ τραχύφωνον, ἢ μελάμφωνον, id est, exili, aspera, obscura uoce, in 4. περὶ ἀγμάτων. ζέφυρον etiam ἡμίφωνον dixit in 4. locorum laborantium, intercluso spiritu ab altera utra parte pectoris. Ciceroni in 2. de Natur. deor. genera uocis sunt, canorum, fuscum, leue, asperum, graue, acutum, flexibile,

flexibile, durũ. σύριγξ ἐννεάφωνος, Theocrito, nouẽ uoces dispares edens. Olympiæ porticus ἑπτάφωνος dicta, quoniam septies uox eadẽ redderetur, ut scripsit Plin. lib. 36. cap. 15. Et κηρύκων ἠεροφώνων, ιλ. ς´. quorum uox cœlum attingeret. Et γνάθαινα ἀνδρόφωνος, in Comœdia Ath. lib. 9. uoce uirili. ὀξύφωνος autem acuta est. σύμφωνα uerò, & ὁμόφωνα, & ἀντίφωνα, in cantu dicũtur. εὐφωνία, ἀφωνία, λαμπροφωνία, μεγαλοφωνία, σμικροφωνία, πολυφωνία, ἰσοφωνία, δυσφωνία, καλλιφωνία, βαρυφωνία, θρασυφωνία, γλυκυφωνία, ξενοφωνία, συμφωνία, ὁμοφωνία: Vox bona, mala, aut nulla, clara, magna, parua, copiosa, suauis, ingrata, aut dissona, uenusta, grauis, audax, dulcis, externa, concinna, eadem. συμφωνία enim, unde & symphoniaci pueri in Miloniana. ὁμοφωνία esse non debet. etenim exæquatione uocum corrumpi concentum necesse est, ut dicitur & πολιτικῶν β´. Theophrasti liber memoratur ab Athenæo lib. 9. περὶ ἑτεροφωνίας τῶν ὁμογενῶν, de diuersitate uocum in eiusdem generis animantibus. Thucydidi autem lib. 4. sunt μεσσήνιοι ὁμόφωνοι τοῖς λακεδαιμονίοις, id est, qui uterẽtur simili uocis et sermonis sono. Pollux θρασύφωνον, & θρασύστομον, & γλυκύφωνον, & ξενόφωνον, & διάφωνον reijcit, ut dura, neque σύμφωνος huic placet. Platonis autem est & διαφωνία, dissonantia. & συμφωνεῖν, atque διαφωνεῖν, cõsentire, & dissentire. ἀντιφωνεῖν, obloqui. πολλ' ἀντιφώνεις ὁ δ' ὄλβος βραδύνει, Electra. Musicorum omnino est συμφωνία, διαφωνία, ὁμοφωνία, ἀντιφωνία. Itemque τρόποι φωνῆς, ὀξύς, μέσος, βαρύς. Est & uox εὔτονος, id est temperata. Et uocis est εὐκαμψία καὶ ἀκαμψία, flexibilitas ac rigiditas, περὶ ζώων γενέσεως ε. Addit hæc Pollux: φωνὴ ὑψηλή, ὑπόβρυχος, λαμπρά, πλατεῖα, βαρεῖα, λευκή, ἐκκεκαθαρμένη, ἡδεῖα, ἐπαγωγός, εὐμελής, εὐπειθής, εὐαγωγός, εὐκαμπής, εὐέλικτος, γλυκεῖα, λιγυρά, σαφής, διαφανής, μέλαινα, φαιά, ἀσαφής, σμικρά, στενή, δυσήκοος, ἀσαφής, συγκεχυμένη, ἐκμελής, ἀμελής, ἀνάγωγος, ἀπειθής, δυσκαμπής, τραχεῖα, διεσπασμένη, λυπηρά, βραγχώδης, χαλκίζουσα, ὀξεῖα. Quæ quidem uocabula uertemus, ut poterimus. nam quædam latine satis commode dici posse non uidentur: Vox alta, supra modum tumida, clara, lata, grauis, candida, Plinio lib. 23. cap. 6. pura, suauis, alliciens, modulata, obediens, obsequiosa, flexilis, implicabilis, dulcis, tinnula, plana, illustris, nigra, fusca Plinio, loco suprà indicato, obscura, exilis, angusta, suppressa, incerta, confusa, immodulata, negligens, contumax, refragatrix, rigida, aspera, distracta, odiosa, rauca, strepera, ut canum. Nam χαλκεόφωνος est & firma uoce præditus. ut ιλ. ς´. ὄπα χάλκεον ἀλκιδάο. Et Hesiod. ἄϊδω κεῖνα χαλκεόφωνον. Sed & gemma est χαλκόφωνος. ὀξεῖα autem est acuta. His addi poterat et ἀπῳδής, & ἀξύμφωνος, absona. & ἄρρηκτος, ιλ. β´. infracta. Vocem autem rumpi Virgilius dixit exprimi. Et κροίσου παῖς ἄφωνος apud Herodotum, ἔρρηξε φωνὴν, rupit uocem, hoc est, territus periculo patris exclamauit. Et εὐτρέπης, ἣν τινα φωνὴν ῥήξουσι πρώτην: de illis pueris, quorum primum uerbum fuit, cum βέκκος ἐφώνεον. Item ἀπεσβεσμένη, extincta. τότε γὰρ ἀπεσβέσθαι τὴν φωνήν, inquit Galenus lib. 7. Compositionis medicamẽtorum ad certa loca. ὅτι μὴ δύνασθαι φθέγγεσθαι, id est, abscissam esse uocem, idem est, quod loqui non posse. τὴν φωνὴν ἐξεκόπη, Lucianus Ioue Tragœdo. βεβλαμμένη, læsa. & διεφθαρμένη, corrupta. & ἀπορρήγνυται φωνή, perditur, Aristot. Problem. & eidem τρέμει, trepidat. & est λεπτή, tenuis. ἐπιτραχυσμένη, exasperata. κλαγγώδης Hippocrati, stridula, qualis est gruum. τρανής, liquida. ἐναρμόνιος, concinna. ἔναρθρος, distincta, uel articulata. Nam uoces, ut ait Lucretius, articulat dædala lingua. ἄναρθρος, indistincta. Item γυναικεία, uirilis. ἀνδρονὴς, mollis. & ἀμυδρά, euanida. & ἀναιδής, Equitib. Aristoph. impudens. μεγάλη, magna. θαλερά, flebilis, οδυσ. δ´. & ἀμυδρά, obscura. πεπλασμένη, ficta & infracta. Vocis humanæ uariabilitas musicos concentus efficit, in quibus considerantur, ῥυθμός, numerus. ἁρμονία, concinnitas. λέξις, uerba. Habet autẽ numerus productionem & correptionem τῆς ἐκφωνήσεως, seu φωνηέντων, id est enunciationis, seu literarũ uocalium. ἁρμονία uerò complectitur acutum & grauem, & æquabilem sonum, qui ὁμοτόνη habet nomen, & tractum quendã lentæ pronunciationis compositæ de acuto & graui. Sed λέξις ordinat literas, ut uerba fiant,

quibus explicetur sententia animi. Est autem uox & φθόγγος, & φθογγή. & uerbum φθέγγομαι, uocẽ emitto, ac loquor. unde φθέγμα, uox. ὦ φθέγμ' ἀδελφοῦ, ait Electra de uoce fratris. εὔφθογγος, uocalis. ἄφθογγος, mutus. βαρύφθογγα animalia, uoce graui. Hesiodo est θάνατος λαθίφθογγος, abolens uocem, ut quidam interpretantur: ut alij, occultè obrepens. sicut & eodem autore, morbis φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς. δίφθογγος, uox duplex. ὑγρόφθογγον, poculum in epigrammate, in quo liquores resonarent. μελίφθογγοι μοῦσαι, ὀλυμ. ς'. & ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν, carminum sonantium, & Musæ mellita uoce. Hoc uerbo in Thalia usus est Herodotus de equi hinnitu, ὅτου ὁ ἵππος πρῶτος φθέγξεται. ἀπόφθεγμα autem dictum est breue, rotundumq́, ac sententiosum. φθέγγεσθαι διὰ ῥινῶν dicuntur, quibus uox per nares erumpens stridit. Quærit Aristot. Problemat. ita, διὰ τί οἱ κωφοὶ πάντες διὰ ῥινῶν φθέγγονται; παραφθεγγόμενος, in Philebo, est plura loquẽs, quàm debeat. & παράφθεγμα, inculcatio quædam uerborum. Ciceroni effutire notat, in epistola quadam ad Atticum, lib. 6. ἐξ ὧν ἀλογιζόμενος παραφθέγγομαι. παραφθεγκτήρια, inquit Pollux, festa quædam nuptialia. προσφθέγγομαι est προσφωνῶ, alloquor. & πρόσφθεγξις, προσφώνησις, allocutio. ὑπερφθέγγεσθαι, clamore uincere, id est obscurare. Lucian. Toxari, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν τὰ ἔργα ὑπερφθέγγηται τοὺς λόγους, præsertim facta si uerborum celebritatem superent. πραοτέρως τὰ φθέγματα, utentes uoce leniore, ex Polyzelo Comico memorat Pollux, & πραότερα ἔχοντες φθέγματα reijcit. Platoni in Philebo, φθόγγος est obscurior quàm φωνή. nam φωνῆς ἀπείρου, id est, uocis infinitæ, esse quasdã planè uocales. γράμματα hæc φωνήεντα dicuntur, id est notæ. Latinis sunt literæ. Harum igitur iam quædam uocem non habent, sed φθόγγον, quæ Græcis ἡμίφωνα sunt, quasi semiuocales literæ: non sicut ἡμιμναῖον mina dicitur dimidiata, sed sicut ἡμιθνής, semimortuus. ἄφωνα autem, mutæ: ut informis, non prorsus expers formæ, sed bonæ, aut pulcræ. Hæcq́ literæ consonantes, à Græcis σύμφωνα appellantur. δίφθογγοι autẽ, in quibus duæ uoces commistæ fuerunt. φωνασκεῖν autem dixerunt exercere uocem. Demost. pro Ctesiph. πεφωνασκηκὼς καὶ συνειλοχὼς ῥήματα καὶ λόγους: exercitata uoce, & uocabulis atq; dictis conquisitis. De qua re Cicero in primo de Oratore ita: Quid est oratori tam necessarium, quàm uox? Tamen me autore, nemo dicendi studiosus, Græcorum more, & Tragœdorum uoci seruiet, qui & annos complures sedentes declamitant: & cotidie, antequam pronuncient, uocem cubantes sensim excitant: eandemq́, cum egerũt, sedentes, ab acutissimo sono usq; ad grauissimũ sonum recipiunt, & quasi quodammodò colligunt. φωνασκικὸν autem ὄργανον in Graccis Plut. fistula est Gracci apud Ciceronem lib. 3. de Oratore. Sed addamus his locutionis & alia uocabula. ἀγορεύειν, & ἀγορεῦσαι, uerba facere. ἀγορήσατο καὶ μετέειπε. Et præconium Atticum ἀχαρνεῦσι, τίς ἀγορεύειν βούλεται; Et in oratione περὶ στεφάνου, ἠρώτα μὲν ὁ κῆρυξ, τίς ἀγορεύειν βούλεται; quis uult uerba facere? ἀγοράζειν autem, emere, & in foro uersari, Aristophani. Et Herod. θαλάσσης χλανίδα περιβαλλόμενος πυρρὴν ἠγόραζε ἐν τῇ Μέμφι. Et ἀγορητὴς Homero, orator. & ἀγορά, concio: unde uerbum deductum uidetur. Hæc autem est ἀπὸ τοῦ τὸν λαὸν ἀγείρεσθαι. ἀγορὰ μυρμήκων, conuentus formicarum. Lucian. Icaromen. μεγαληγόρος, magniloquus. & uerbum μεγαληγορεῖν. Xenoph. κύρου παιδ. ζ'. τοιαῦτα δὲ ἐμεγαληγόρει μελλούσης τῆς μάχης γίγνεσθαι, ἄλλως δὲ οὐ μεγαληγόρος ἦν. Et μεγαληγορία, magniloquentia. συνήγορος, aduocatus. συνηγορία, aduocatio. συνηγορεῖν, & συναγορεύειν, adesse in iudicio. κατηγορεῖν, accusare. In Trachin. ξυνηγορεῖς σιγῶσα τῷ κατηγόρῳ. In Vespis est συνηγορικόν, δραχμή, id est denarius, merces aduocationis. Fuit enim mercenariũ illud Athenis munus. Et annotatur ex Aristotele, singulis annis sorte constitutos fuisse publicos aduocatos decem. ὑπερηγορεῖν, defendere. & κατηγορία, accusatio. Et uerbum significationem habet demonstrationis. Sophoc. Aiace, τὸ δ' ἔγχος περιπετὲς κατηγορεῖ: hoc telum, in quod ille incubuit, declarat. Et prouerbiũ, λαγὼς κατηγορεῖ τὴν αὐτοῦ φωλεόν, Lepus sui indicium ipsius nidi facit. Plut. C. Martio, ἀνάγκη μὲ κατήγορον ἐμαυτοῦ γενέσθαι, me ipsum prodere cogor.

cogor. Dixere Græci, κατηγορεῖν πρὸς τινὰς, & ἔν τισι. Plutar. Catone Vtic. ὥρμησεν εὐθὺς εἰς ἄστυ, ὡς ταῦτα πρὸς ἐκεῖνον κατηγορήσων. Plato νόμων ιά. κατηγορείτω δὲ ἐν τούτοις. Xenophon autem ἑλλην. ά. κατηγορούντων dixit κατὰ τῶν στρατηγῶν. Dialecticis autem κατηγορεῖται τὶ περὶ τινός, id est, aliquid dicitur de aliquo. Dicitur autem de altero, aut quod huic æquale est, aut à quo illud includitur. Hinc κατηγορήματα, & cum his coniuncta συγκατηγορήματα. Plato νόμων ς'. κατηγόρημα & ἀπηγόρημα dixit, assertionem & recusationem, ut uidetur. κατηγορεύειν autem est deferre. Xenoph. ἑλλην. γ'. κατηγορεύει τις πρὸς τοὺς ἐφόρους ἐπιβουλὴν, insidiarum consilium defert ad Ephoros. Et κατηγοριῶν genera decem. προήγορος, qui προηγορεῖ, id est, prædicit. προαγορεύειν, proclamare, prædicere. Plutar. C. Martio, ἐπεὶ δὲ μάρτυς προαγορεύομεν εἰς τρίτην ἀγορὰν παρεῖναι: ut adsis ad trinundinum, prædicimus, seu edicimus. Ita & Thalia, κῆρυξ προηγόρευε τοῖς ἐν μέσῳ. Et προαγόρευσις, prædictio. Dicebatur præconium, quo interdicebatur templis & foro reis cædis, teste Polluce lib. 8. ἀναγόρευσις, declaratio, à uerbo ἀναγορεύεσθαι. Plutar. Aemylio, ὡς ἀνηγορεύθη κατὰ τὸ περσέως στρατηγὸς ὑπὸ τῶν δήμων πάντων, declaratus dux belli aduersus Persea. Cicero ita lib. 1. de Diuin. L. Paulus consul iterum, cum ei bellum, ut cum rege Perse gereret, obtigisset. Plut. C. Martio, ὡς δ' ἀνηγορεύθησαν ἕτεροι, alijs Coss. declaratis. Est autem pronunciationis significatio in uerbo: ut Plutar. ibidem, τῶν λόγων ἀναγορευθέντων, sermonibus recitatis. Et mox, ἅτε εἰς μέσον ἀναγορεύσαντες, pronunciata publicè sententia. In oratione περὶ στεφάνου, καὶ ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ, proclamandum coronæ honorem in theatro. Et mox, τῆς δ' ἀναγορεύσεως τοῦ στεφάνου, ἐπιμεληθῆναι τὴν πρυτανεύουσαν φυλήν: Proclamationis autem huius curam gerere debere tribū eam, cuius tum fuerit iurisdictio. κακηγορία, maledicentia. & κακήγορος, maledicus. Pollux annotat κακηγορέστερον & κακηγορέστατον, in comparatiuo & superlatiuo. δημήγορος, qui uerba facit apud populum. & concionari, δημηγορεῖν. & δημηγορία, concio. δημηγόρους τιμὰς, honores oratorios, dixit Hecuba Eurip. τολμᾷ χ' ὑψαγόρου, est ὀδυσ. β'. grandiloquus qui esset. ἰσηγορία, æqualis potestas dicendi. προσηγορεῖν, & προσαγορεύειν, alloqui. προσήγορος, salutans, id est alloquēs. Antigona;

ὅπως ἱκοίμην δαιμόνων προσήγορος:
Supplex precibus uti salutarem deam.

εὐπροσήγορος, affabilis.

ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς γῆρας εὐπροσήγορον.
Affabilis etiam senex uir est bonus.

δυσπροσήγορος, inaffabilis. προσηγορία, appellatio. & nomē προσηγορικόν. παρηγορεῖν, cōsolari. & παρηγορία, cōsolatio, uel etiam admonitio. & medicamenta παρηγορικά; mitigantia & lenientia. μακρηγορεῖν, longa oratione. Thucud. 4. τί ἂν τις πρὸς τὸ σφέτερον ἐκ λέγων, ἐν εἰδόσι μακρηγοροίη; & ἀλληγορεῖν, obscura oratione uti. In Rheso autem Eurip. φύλακες νυκτηγοροῦσι, noctu aliquid nunciant. Itemq; προαγόρευσις. ἀπαγορεῦσαι, uetare. πολλὰ τῶν μαντείων ἀπαγορευόντων, Thalia, multis oraculis prohibentibus. Et ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι, uetant leges. & ἀπαγορεύειν alicubi negare significat, & deficere. διαγορεύειν interpretantur definire, concionari, declarare, diuersa dicere. ὑπαγορεύειν, subijcere, exponere, dictare. In Xenoph. Oecconom. τὰ ὑπαγορευόμενα γράφειν. Hesiodo sunt Nereidum nomina, λειαγόρη, à leni: & εὐαγόρη, à recta oratione. κυλικηγορεῖν autem apud Athenæum lib. 11. est concionari inter pocula. ῥεῖν, dicere. εἰρηκώς, locutus. ῥηθήσεται, dicetur. εἴρηκα, dixi, indicatio finis. & εἴρηται. Eurip. Oreste, εἴρηται λόγος, dicta sunt omnia. & εἱμαρμένη, αἰτία τῶν ὅλων εἰρομένη, secundum Stoicos, fatum, causa continens explicationem rerum uniuersarum. ἀπειρηκὼς est Isęo, ut Pollux ait, elocutus, quod significat apud alios defectionem. ἀπορεῖν, interdicere, deficere. προσρεῖν, alloqui. συνρεῖν est συνειπεῖν. εἰρημένος μισθὸς, apud Hesiodum, promissa merces. κατερεῖν, prodere. Thalia, κατερέω πρὸς τὸν μάγον, indicaturis sum Mago. Plato Epitaphio, ἀλλ' ὅπως μοι μὴ κατερεῖς, uide ne prodas me. προρεῖν, prædicere, & edicere. Thalia, προειρέοντα τῷ στρατῷ, ὡς σμέρδιος τοῦ κύρου ἀκουστέα ἐστὶ τοῦ λοιποῦ. Et προρρητικὰ Hippocratis, prædictionum scripta. ἐρωτᾶν autem, et ἔρεσθαι, interrogare significat. Iam ῥῆμα, dictum, ac uerbum. ῥημάτιον, uerbulum. ῥηματίοις μικρολόγοις, Equitib. Arist.

Et Gram-

Et Grammaticis ἐπίῤῥημα. ῥῆτραι autem Lacedæmoniorũ fuere breues edictiones. Sed Odyss. ξ. inquit Vlysses, ἀλλ' ἄγε νῦν ῥήτρην ποιησόμεθα, pactum uerbis faciamus. προῤῥέοντα uero ἔπη, sunt consolantia uerba. Est autem ῥῆμα, id est uerbum, quicquid effamur. Sed ῥῆμα propriè rem, seu πρᾶγμα notat: ut ὄνομα, de quo postea, appellationẽ. ἀῤῥήδην Arato ἐπίκλησιν significat. In Theæteto autem sunt ῥηματίσκια αἰνιγματώδη, obscuræ dictiunculæ. ῥήτωρ, orator. Et τραπεζορήτορας, ad mensam rhetoricãtes, iocans Athen. dixit lib. 1. ῥῆσις, oratio, à uerbo inusitato ῥέω ducuntur. ἡ ἐκ Σκυθῶν ῥῆσις, μελπομ. Et ῥητὸς, certus. μισθῷ ἔπι ῥητῷ, Ιλ. φ'. Et Thucyd. πρότερον δ' ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι, certa dicit fuisse præmia imperiorum. ῥητὸν, effabile. Philocteta, δεινὸν γὰρ οὐδὲ ῥητόν: dicit esse malum morbi sui horribile, & non effabile. Et Hippolyto, ἐπὶ ῥητοῖς, certis legibus. Itemq; apud Geometras, ῥητὴ εὐθεῖα, & ῥητὸν τετράγωνον, definita linea recta, & definitum quadratum. Platoni in Theæteto, αἱ συλλαβαὶ γνωσταί τε καὶ ῥηταὶ, notæ & certæ sunt. Hesiodo autem sunt mortales ῥητοί τ' ἄῤῥητοί τε, id est celebres, aut secus. ῥητὰ autem καὶ ἀπόῤῥητα, digna atque indigna relatu, seu fanda & nefanda, κατ' Ἀνδροτίωνος. In prima autem Olynthiaca, ῥητῶν καὶ ἀῤῥήτων κύριον, uniuersorum dominum dixit Philippum. Equitib. Aristoph. ἐξαγαγὼν τἀπόῤῥητα, exportans merces uetitas. & ἄῤῥητα, infanda Electra, δείπνων ἀῤῥήτων. In Conuiuio autem Platonis ait Aristophanes, καί μοι ἔστω ἄῤῥητα τὰ εἰρημένα, dicta à me indicta sunt. Platoni est ἀπόῤῥησις, ἀπαγόρευσις. & Demostheni, ἀποῤῥηθῆναι τὸ ἀπαγορευθῆναι. ἀπὸ δὲ γένους παντὸς ἀποῤῥηθῆναι, quasi à toto genere abdicari, Plato dixit, νόμων ια'. Apud eundem, ἐῤῥήθη, dictum est. & ἐν τῷ ῥηθέντι χρόνῳ, tempore memorato. Odyss. autem ψ'. est προεκφέρουσα, temerè effutiens. ἀντειπεῖν, contradicere, negare. & ἀντίῤῥησις, ἀντιλογία. & ἀναντίῤῥητον, irrefutabile. Plut. in Themistocle dixit, ἀναντίῤῥητον ἱκεσίαν, supplicationem irrefragabilem. ῥησείδιον etiam diminutione dicitur, ut λεξείδιον. ἀπόῤῥησις, ἀπαγόρευσις est. Deq; prioribus significatio facilè patebit & horũ, πρόῤῥησις, ἀνάῤῥησις, διάῤῥησις. διαῤῥήδην, planè. ἀῤῥήδην fortasse idem quod ἀῤῥήτως. ἀῤῥησία Antiphonti silentium. ἄῤῥημον, tacitus, uel etiam mutus. εὔρημον, facundus. κακοῤῥήμων, maledicus. ἐπίῤῥητος, uituperabilis. & ἐπίῤῥησις, uituperatio. μεγαλοῤῥημοσύνη, magniloquentia. & εὐρημοσύνη, facũdia. & Demosthenis αἰσχροῤῥημοσύνη, turpiloquentia. & εὐθυῤῥημοσύνη, oratio quæ non aberret à recto. ῥησικοπεῖν, ostẽtare eloquẽtiam. ἀῤῥητοποιΐα, & ἀῤῥητουργία, facinus nefarium. Et super hæc omnia ars dicendi, ῥητορική. & ῥήτωρ, orator. & ῥητορεύειν, pronũciare, rhetoricari. & ῥητορεία, pronunciatio. ἔτι πάντες ὑπειλήφασιν, τὸν μὲν περὶ τῶν σπουδαίων πραγμάτων καὶ κατεπειγόντων ῥητορεύεσθαι, Isocr. πρὸς Φίλιππον: Dicere, seu uerba facere de rebus grauibus ac necessarijs. Et mox, ἐπειδὰν ὁ λόγος ἀποστερηθῇ τῆς τε δόξης τοῦ λέγοντος, καὶ τῆς φωνῆς, καὶ τῶν μεταβολῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις γιγνομένων, de pronũciationis uarietate. ἔπος uerbum significat. Homerus,

— ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

& ἔπεα πτερόεντα, uolucria uerba. & uersum heroicum, ut ἔπη ἐμά. & Phædro, ἔπη φθέγγομαι. Herodotus dixit λόγον εὐεπέα, id est εὔλογον, τερψιχόρον. Et est εὐέπεια, elocutio uenusta. Et Sophocli grata oratio, Oedipo tyran. uel εὐφημία, id est, bona uerba. τῆς εὐεπείας εἵνεκα, nam bene fuerat precatus reginæ nuncius. Homer. autem Ιλ. θ'. ἔῤῥ' ἐπεσβόλε, maledica. ἐνέπω, memoro, dico.

ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα. —

& interposita litera σ,

ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι. —

εἶπον autem & εἰπεῖν in usu est. προειπεῖν, prædicere, & edicere. ἀπειπεῖν, abdicare. ut νόμων ια'. ἀπειπεῖν υἱὸν, id est ἀποκηρύττειν. Est & ἀπειπεῖν, deficere. Ἑλλην. ϛ'. ὑπὸ πλήθους κακῶν ἀπειπομεν. κατειπεῖν est κατηγορῆσαι. Xenophon de Laced. rep. κατείπῃ πρὸς τὸν πατέρα, si accusauerit apud patrem. Lucianus de calumnia, κατεῖπεν αὐτὸν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον. ἐπανεῖπον ἀργύριον, apud Thucydidem, est ἐπεκήρυξαν. quo uerbo significatur pecunia promissa interfectori, seu constituta in caput alicuius. ἀπειπεῖν est & ἀπαγορεύειν. συνειπεῖν, συναγορεύειν. Demosth. κατ' Ὀλυμπιοδώρου, ἀξιῶ δὲ καὶ τῶν φίλων μοι τινὰ συνειπεῖν: Postulo, ut aliquis etiam amicorum meam

causam

causam agat. ἐξειπεῖν, prodere. ἐπειπεῖν, uerborum aliquid addere, seu inferre. ἀνειπεῖν, ὄρνυσι, ἀναγορεῦσαι, proclamare, seu edicere. Et ἀνακηρύσσει, de praeconio,

ὁ δ᾽ ἀνεῖπεν, εἴσαγ᾽ ὦ θέογνι τὸν χορόν.

In oratione περὶ στεφάνου, ἐὰν μὲν ἡ βουλὴ στεφανοῖ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἀνειπεῖν. προειπεῖν, suadere, hortari, subijcere. ιλ. λ'.

προειπών, ἀγαθὴ δὲ παραίφασις. —

ἀρτιεπής, ὀλυμπ. ς'. uerax. ἀμετροεπὴς θερσίτης, immodicè loquax. & ἡδυεπὴς πυλίων ἀγορητής. & ἁδυεπὴς λύρα, ὀλυμπ. ι. suauis. θεσπιέπεια δελφὶς πέτρα, Oedipo tyran. fatidica. Et in Phaedro, εὐέπεια, uirtus elocutionis. & εὑρεσιεπής, uerbosus. & εὑρεσιέπεια, uerbositas, uel sanè facundia. ὡς ἔπος εἰπεῖν, ut uno uerbo dicam. ὑπειπεῖν, exponere, subijcere. οὐκ ἄιδρις ὑπείποις, tu non ignara facilè exposueris, Aiace. καὶ τοῦτον ὑφέξω λόγον, τοσοῦτον ὑπειπών, in oratione περὶ στεφάνου: Hoc interfatus, seu ubi hoc monuero. Hinc etiam quidam ducunt ὀδυσσ. ς'. ἀμφίπολον δ᾽ ἐνένιπε, obiurgauit. δίκην εἰπεῖν, causam dicere. ἀπειπεῖν, referre. ιλ. ι. τὸν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποειπεῖν: pręcisè ait esse dicēdum, quod sentiat. & ὀδυσσ. π'.

αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πᾶσαν ἐφημοσύνην ἀπέειπε.

& ιλ. ι. ἀγγελίην ἀπόειπε. Sed ιλ. γ'.

— θεῶν δ᾽ ἀπόεικε κελεύθους.

abdica deorum congressus. & ιλ. ι.

ἦ ῥ᾽ ἔθελε νόστον ἀμυνέμεναι δηΐων πῦρ
ἢ ἀπόειπε; — an denegauit? Arist. ὄρνισι·
— καὶ τοῖσι θεοῖσιν ἀπειπεῖν
διὰ τῆς χώρας τῆς ὑμετέρας ἰσθμοῖσι μὴ διαφοιτᾶν.

interdicere dis. Et apud Pausaniam legitur Messen. οὔτε προαπειπάμενοι τὴν φιλίαν, neque prius renunciata amicitia. Et in Alceste,

εἰ δ᾽ ἀπειπεῖν χρὴ με κηρύκων ὕπο
τὴν σὴν πατρῴαν ἑστίαν. —

Si publicè abdicandi essent paterni lares tui. ἀπειπεῖν τὴν ἀρχήν, Aristoteli πολιτικῶν β'. est abdicare se magistratu. ἀντειπεῖν, responsare. Aristot. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ β'. de philosophia, ἣν ὥσπερ δούλας οὐδ᾽ ἀντειπεῖν τὰς ἄλλας ἐπιστήμας δίκαιον: Aduersus quam alias disciplinas tanquam seruas, ne os quidem aperire aequum. ἔπος πρὸς ἔπος, contentionem & permutationem uerborum in rixis notat. Nebulis, ἔπος πρὸς ἔπος ἐρίζομεθα. De eo autem, quod nihil ad rem pertineat, οὐδὲν πρὸς ἔπος, aiunt. Et χαίρειν εἰπεῖν, salute dicta. Salutem autē dicere, significat mandare. Et ἐρρῶσθαι εἰπεῖν, ualedicto. quae quò transferantur, & alij exposuerunt; & nos fortasse aliquando commemorabimus. φημὶ & φάσκω, aio, & affirmo. ἔφασαν λέγοντες, καλλιόπη, aiebant.

φημὶ γὰρ ὂν κατανεῦσαι ὑπερμενέα κρονίωνα.
καὶ δὴ ἐγὼ ἐφάμην. —

ἔφην, & ἔφη, quod Attici dixere ἦν δ᾽ ἐγώ, & ἦ δ᾽ ὅς, inquam, & inquit. φῆσαι, dicere. διαμφάδην, idem, ut puto, quod διαρρήδην. διφάδην, bifariam. Et διφάσια τραύματα, apud Herodot. bifariam inflictae plagae. Et τριφασίας στρατιὰς posuit Thalia. Et διφασία, iterata oratio, interpretantur etiam defensionem, seu disceptationem. ἀμφάδην, apertè. & ἀμφῆσαι, promulgare. etsi ἀμφασίαν etiā interpretantur ἀφασίαν, id est obmutescentiam.

δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε. —

συμφῆσαι, consentire. Hippolyto, καὶ ξυμφήσουσι σοφοί μοι, assentiētur. ἀπόφημι, declaro, ut interpretantur. Sed ιλ. ι. αὐτικρὺ δ᾽ ἀπόφημι, est simpliciter nego. unde ἀπόφασις, negatio: ut κατάφασις, affirmatio Dialecticis. Etsi me nō fugit, aliquos interpretari illud ἄντικρυς δ᾽ ἀπόφημι, φανερῶς λέξω, id est, planè eloquar, Sophocles autem Oedipo Coloneo,

καὶ φημὶ, κἀπόφημι, κοὐκ ἔχω τί φῶ.

Et affirmare se ait, & negare, nec habere quid dicat. ἀπόφημον autem interpretantur δύσφημον. φάσις autem, actionis nomen, ἀπὸ τοῦ φαίνω deducitur. Sed φάσις in Sophista Plat. est affirmatio ἀπόφασις, negatio. φήμη est, quae dicitur latinè fama. Pindarus ὀλυμπ. ζ'. ὁ δ᾽ ὄλβιος ὃν φᾶμαι κατέχοντ᾽ ἀγαθαί: Beatus est is, quem bona fama prosequitur. Est & uox. ὀλυμπ. ς'. φάμας ὄπισθεν, uocem sequi illum iubet. Ea est & φάτις. Est φήμη & omen. Cyri παιδείας ultimo: ἐν οὐρανίοις, ἐν οἰωνοῖς, καὶ ἐν φήμαις: ostentis, augurijs, ominibus. Et ὠδοφημιστής, εὐφημούμενος. ὀδυσσ. υ'. est φήμης.

φήμην τίς μοι φάσθω ἐγειρομένων ἀνθρώπων
ἔνδοθεν. —

Intus dici aliquid petit, quod ut faustum omen accipere possit. Hinc est ἐπιφημίζεσθαι, ominari. & ἐπιφημίσματα, omina. ἐπιφημισμοὺς uerò interpretantur lamenta. & mox,

φήμην δ' ἐξ οἴκοιο γυνὴ προέηκεν ἀλετρίς. Mulierem omen edidisse ait, quæ moleret in ædibus. Hæc est postea κλεηδών.

— χαῖρεν δὲ κλεηδόνι δῖος Ὀδυσσεύς.

gauisus fuit omine. Latini etiam ab aio uerbo fecerunt Aium loquentem. ἄφατος, immanis suprà quàm dici potest. Aristoph. ἔστιν, ἄφατον ὡς φρόνιμος: dici nequit, quàm sit prudens. Et ibidem, πόλεμος ὁ ἄφατος, bellum ingens, ineffabile. sed et ignobilis, ut φατὸς nobilis Hesiod. ὅν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε. Et Odyss. λ'. κῦδος ἀρίφατοι, belli laude celebres. κακόφατον & κακέμφατον Grammaticis, subobscœnū dictu. πρόσφατον, recens: quod quidam à uerbo φῶ, significante cædem, deriuant. πρόφασις, prætextus. In Trachinijs quasi subiectionē significat, ὑπὸ προφάσει θηρός. In oratione κατ' ἀριστοκράτους, ἀφαιρεῖ τὴν πρόφασιν, μεθ' ἧς ἢ καλὸν ὂν τὸ ἔργον ἐκαστον ἢ αἰσχρόν: Causam aut occasionem, de qua omnia laudari aut uituperari solere ait. θέσφατον, quasi θεόσφατον, diuinum. Et ἀθέσφατος οἶνος, Odyss. λ'. de nimio potu. Et boues ἀθέσφατοι, Odyss. ν'. plurimæ numero, quem, inquiunt interpretes, uix Deus effari posse uideatur. προφῆται & ὑποφῆται, uates, & interpres deorum. Et προφητίζειν, prædicere aliquid, Hippocr. προῤῥητικῷ β'. Et poetæ Musarum ὑποφῆται, id est uates. & προφήτης proprium. Et uerbum προφητεύειν, futura prædicere. πρόφασις est Ιλ. λ'. subiectio, aut consilium. Ιλ. ξ'. πάρφασις, blanda oratio. Vnum autem est uerbum παράφασις, figuratū παραβίασι & ἀπάτη. ἐκ δὲ φήμης, est εὔφημον. εὔφημα φώνει. & δύσφημον, abominandū. & uerbum δυσφημεῖν. Nicomachiorum 7. καὶ τοὺς δὲ διὰ τὴν κακίαν τῶν ἀνθρώπων ὑπερβάλλοντας, οὕτως ἐπιδυσφημοῦμεν. Dicit, abominantes nos excellentiam improbitatis, uti solere feritatis appellatione. Et κακόφημον, obscœnum & triste. πολύφημος, celebritatis habet significationem, nomen proprium & Homerici Cyclopis, & unius Argonautarum, Elati filij. Eadem est significatio & in πολυφήμῳ nomine. φήμιος uerò fuerit quasi Aius. Sed & fatuos & faunos fecerunt quidam à fando. unde infantes, νηπίους & νηπιάχους, duci certum est. εὐφημεῖν, fauere linguis, aut ore, bona uerba dicere. εὔφημον στόμα φρουτίδος ἱέντες, in Oedipo tyran. cum magna cura prementes os, id est, cauentes ne quid incogitanter effutiamus, prætereuntes ista loca. In Ione Europ. στόμα εὔφημον φρουρεῖν. Illa autem in Hecuba ait,

— γυναιξὶ δὲ

ἢ ῥᾷστον βροτοῖσιν εὐφημεῖν στόμα.

id est: Vel silere, uel oratione uti læta. εὐφημισμὸν Grammatici uocāt uitationem tristioris uerbi: ut cum Eumenides Furiæ dicūtur. εὐφημίαν νῦν ἴσχε, tace, in Trachinijs. & εὐφημία ἔστω, silentiū esto. Sunt & εὐφημία, & εὔφημος, nomina propria. εὐφημίας nomine appellantur ab oraculo Ammonis, preces Lacedæmoniorū, ut interpretatur siue Plato, seu Xenophon in Alcibiade secundo, ubi exponitur oraculum hoc modo: ἀθηναίοις τάδε λέγει Ἄμμων· φησὶν ἂν βούλεσθαι αὐτῷ τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν Ἑλλήνων ἱερά: Atheniensibus hæc respondet Ammo, Ait sibi contingere malle bonas & moderatas preces Lacedæmoniorum, quàm uniuersa sacrificia Græcorum. αἰνωφημεῖν autem significat clamorem lamentorū. Trachinijs, αἰνοφήμησεν οἰμωγῇ λεώς: testatum fuisse populum, ait, uociferatione dolorē suum. Phædone, ὡς οὖν εἶδεν ἡμᾶς ἡ Ξανθίππη ἀνευφήμησέ τε καὶ τοιαῦτ' ἄττα εἶπεν οἷα δὴ εἰώθασιν αἱ γυναῖκες: Nobis conspectis, Xanthippe cum eiulatu eiusmodi quædam locuta fuit, cuiusmodi mulieres consueuere. εὔφημα φώνει, bona uerba quæso, aut optata loquere. εὐφήμει, de Platonis Rerumpub. lib. 1. uertit Cicero in libello de Senectute, Dij meliora. βλασφημεῖν autem orationis notat obscœnitatem et turpitudinem. Vsi propriè fuerunt de impijs uocibus in re diuina ut Plato Alcibiade secundo, βλασφημούντων ὧν αὐτῶν ἀκούοντες οἱ θεοί, audientes impias preces illorum. Et conuicia significat apud Demosth. sæpe. Plutar. in Graecis, uocis deformitatem, ὑπ' ὀργῆς τήν τε φωνὴν ὀξύνειν καὶ βλασφημεῖν. Et βλάσφημος, & βλασφημία, maledicus infamator, & infamis maledicentia. Plutarchus in disputatione de utilitate quæ ex inimicis percipiatur, dicit, ὅσα τῶν αἴσχιον βλασφημίας παλινδρομούσης, id est, maledictis quæ in autorem recurrunt. Est ὄσσα quoque uox, Ὀδυσσ. ω', & φήμη, id est θεία κληηδών, quæ

est διὸς

est διὸς ἄγγελος, ιλ. β'. Eadem & ὄττα. unde ὀττεύεσθαι, diuinare. Polyb. lib. 1. ὁ δὲ ἱέρων ὀττευσάμενός τι περὶ τῶν ὅλων πραγμάτων, præsagiente aliquid animo de totius belli euẽtu. Et ὀμφὴ, uox est. Oedipo tyran. κατ᾽ ὀμφὰς τὰς ἀπόλλωνος, secundũ Apollinis responsa. Grammaticis significare uocabulum placet diuinã uocem, quasi τὸ ὂν φαίνουσαν, id est, ueritatem declarantem. Et Phornutus putat Delphos fuisse ὀμφαλὸν γῆς appellatos, non umbilicum, sed ἀπὸ τῆς ὀμφῆς, id est, à uoce diuina: cum tamen fabula aquilarũ hoc doceat, exposita à Pindaro πυθίων δ'. Et in Oreste ibi esse dicantur μεσόμφαλοι μυχοὶ γῆς. πανόμφαιος autem Iupiter, apud Homerum, uel omnium uoces intelligens, uel omnium oraculorũ autor, ιλ. θ'. Est & θροῦς, uox, & rumor. ἑλληνικῶν ς'. ἀλλὰ θροῦς τις τοιοῦτος διῆλθεν, talis rumor diuagabatur. Et ἀλλόθροος, externus, diuersi sermonis. οδυσσ. γ'. ἀλλοθρόους ἀνθρώπους. & κακόθροος λόγος, sermo maledicus. Et γῆρυς, ιλ. δ'.

οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος, οὐδ᾽ ἴα γῆρυς.
Non sermo unus erat cunctorum, non eadem uox.

Et γηρύειν, sonare. & μελιγάρυες ὕμνοι, ὀλυμπ. ια'. dulcisoni hymni. & λύραν ποικιλόγαρυν, uarij soni. & γαρύων, sonorum idem dixit. Item αὐτὴ, ἐνοπὴ, ὀμαδὸς, uocem & sonitum notant. Sunt & ὄαροι, ut interpretantur, ὁμιλίαι, id est, familiaria colloquia. & uerbum ὀαρίζειν, ιλ. χ'.

τῷ ὀαριζέμεναι ἅ τε παρθένος ἠΐθεός τε
παρθένος ἠΐθεός τ᾽ ὀαρίζετον ἀλλήλοισι.

Et ὀαρισμοὶ, ὄαροι. & ὀαριστὺς, consuetudo familiaritatis. ιλ. autem ρ'. πολέμου ὀαριστὺς est, cadere, aut conseruari. φράζειν, memorare. φράζεσθαι, considerare. φράσις, elocutio. παράφρασις, explicatio. περίφρασις, ambitus quidam uerborũ. ἀποφράδες ἡμέραι, nefasti dies, Platoni νόμων ζ'. & Luciano περὶ τῆς ἀποφράδος. φραδμων, doctus. & φραδμοσύνη, doctrina, seu prudentia. ἔκφρασις, descriptio copiosa. εὐφραδὴς, dictu facile. & proprium εὐφραδέως. & δυσφραστον, difficile explicatu. βάζειν, loqui. οδυσσ. ς'.

εἰ τ᾽ εὖ μὲν βάζουσι κακῶς δ᾽ ὄπιθεν φρονέουσιν.

& οδυσσ. θ'.

—ἔπος δ᾽ εἴπερ τι βέβακται
δεινόν. —

Si quid inclemẽtius dictum est. & βάξις, rumor. Electra,

βάξιν καλὴν λαβόντι δυσκλεῶς θανεῖν.
Rumore turpem cum bono oppetere necem.

ἑρμηνεὺς, interpres. & ἑρμηνεία, elocutio. & ἑρμηνεύειν, eloqui, interpretari. Et in epistola ad Hebræos, πολὺς λόγος καὶ δυσερμήνευτος λέγειν: oratio longa, & difficilis ad explicandum. & μεθερμηνεύειν, in aliam linguã transferre. Volunt & εἴρειν habere significationem orationis, & inde ductum εἴρωνα, simulatorem & dicacem, quem infra ueracẽ Aristot. ponit: cuiusmodi fuisse Socratẽ & Africanum accepimus. Res autem est εἰρωνεία, & εἰρωνεύεσθαι. Apolog. Plat. οὐ πείσεσθέ μοι ὡς εἰρωνευομένῳ. & καταρωνεύεσθαι, & εἰρωνευτὴς. Indidem ducunt σειρῆνας & ἑρμῆν: illas, quasi diuina eloquentia præditas σειρῆνας: hunc quasi μήστωρα τοῦ εἴρειν. ἱστορεῖν utuntur etiam in significatione narrationis: ut cum dicunt ἱστορεῖν aliquid Herodotum. Et inde est ἱστορία, rerũ gestarum narratio. Sed uerbum à scientia deducitur. & ἵστωρ, gnarus. & πολυΐστωρ, multarum rerum gnarus. Historiam autem soluta oratione primùm scripsisse quidam Cadmum Milesium, quidã Hecatæum tradiderunt. Accuratam uerò & distinctam compositionem, quam ξυγγραφὴν uocant, ad autorem Thucydidem referunt. In Hippolyto est, τοῦ δὲ καί με ἀνιστορεῖς πέρι; de qua re interrogas? καλεῖν, uocare, appellare, accersere. Herod. εἰρώτα, οἵ τινες ἄνθρωποι βέκκος τι καλέουσι, qui homines quid beccos uocarẽt. Aristophanes,

ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα, καὶ μάτην καλεῖς.
Desideras, frustra & uocas qui non adest.

μὴ κάλει μου τοὔνομα, ne memora nomen meum, ὄρνισι. Significat autem uerbum inuocare, & inuitare. unde iocus comicus, ductus apud Athen. lib. 6.

καλῶ δ᾽ ἀρίαν νίκην τ᾽ ἐπ᾽ ἐξόδοις ἐμαῖς,
καλῶ δὲ χαιρεφῶντα, κἂν γὰρ μὴ καλῶ
ἄκλητος ἥξει. —

καλεῖται autẽ, qui in ius uocat. Aristoph. ὄρνισι, καλοῦμαι πεισθέταιρον ὕβρεως, postulo Pisthetærum iniuriatum. Hinc est κλῆσις, eadem quæ πρόκλησις. & κλητὸς, uocatus. ἄκλητος, inuocatus. ut Terentius, Inuocato ut sit locus semper. Et prouerbiali figura, κλητὸς ἢ ἄκλητος. quod Horatius, Vocatus atq; nõ uocatus. οδυσσ.

ϱʹ. οὗτοι γὰρ κλητοί γε, id est, εἰώθασιν καλεῖσθαι, uocari solent. Et Ιλ. δʹ. πολύκλητοι δ᾽ ἔσαν ἄνδρες, euocati de diuersis locis. & κλητοὶ ἅγιοι, uocati ad credendum Iesu Christo filio Dei. & Paulus κλητὸς ἀπόστολος. κλητεύειν est testem facere postulationis, uel fortasse attestari. & κλητήρ, testis. ἐγκαλεῖν, accusare, postulare, crimen intendere. Plutarchus in libello de propria laude non odiosa, ὅταν ἐφ᾽ ᾧ τις ἐγκαλεῖται τούτου τοὐναντίον αἰσχρὸν ἀποφαίνῃ καὶ φαῦλον, eius quod alicui exprobratum fuerit. & ἔγκλημα, crimen. quę & ἔγκλησις. ut in ὀνειροκριτικῷ, ἐκκλησίαις ἑστῶσιν ἔγκλησιν φέρει, in concione stantibus crimen notat. Hoc dicit autem, si quis somniet se stare in concione, significari illi criminationē, seu accusationē. Et ἔγκλητον δικαστήριον, quod appellatur in prouocatione. & δίκη ἔγκλητος, de qua prouocatio est, uel de qua est prouocatū. Non tamen etiam ἐγκαλεῖσθαι prouocare significat. εἰσκαλεῖν, uocare intrò. οὓς μάρτυρας γὰρ εἰσκαλῶ, σφηξίν. ἐκκαλεῖν, euocare. In Vespis, ἐκκαλοῦντι τοῦτον, euocant istū. ἐκκλησία, concio. Nam fuit certè populus legitimè concitus ἐκκλησία. Atq; ita Cicero gręcum uocabulum transtulisse uidetur, pro Flacco: Data concio Lælio est, id est, ἐκκλησία ἐγένετο, uel ἐποίησαν ἐκκλησίαν ἐκείνῳ. ut Aristoph. ἀχαρνεῦσι, μὴ ποιεῖν ἐκκλησίαν τοῖς θρᾳξί, non dare concionem Thracibus. Erant autem Athenis dies tres harum singulis mensibus, primus, decimus, ultimus. atq; hæ κύριαι dicebantur, id est statæ, & legitimæ. A Polluce lib. 8. quatuor referuntur. Aristoph. Acharnensibus, οὔσης κυρίας ἐκκλησίας. Sed in quibus, re postulante, aliqui celeriter conuocabantur, eæ σύγκλητοι ἐκκλησίαι dicebantur. quo uerbo patres conscriptos interpretātes Græci postea usi fuere. Pollux dicit etiā κατακλησίαν uocatam ad quam omnes conuocarentur, tam de agris, quàm nauibus. Τὸ ἐκκλησίας autem nomen placuit Spiritui sancto indere cœtui euocato ad uitam æternam, eorum, quibus gratuita misericordia Dei, propter Christum filium ipsius, peccata remitterentur. Sed ἔκκλητοι quidam dicebantur ad certas consultationes destinati. Oreste,

— πορεύει δ᾽ αὐτὸν ἐκκλήτων ἔπι,
πυλάδης δακρύων. —

De consilio eum Pylades ducit lacrimans.

Xenoph. ἑλλην. ε. ἐπειδὴ προσῆλθον ἐπὶ τοὺς ἐκκλήτους τε τῶν λακεδαιμονίων τε καὶ τῶν συμμάχων, ad consilium Lacedæmoniorum & sociorū. Et lib. 2. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ ἔφοροι καὶ οἱ ἔκκλητοι. Hinc uerbum est ἐκκλησιάζειν, & συνεκκλησιάζειν, ius habere commune cōcionis. & ἐκκλησιαστής, ut δικαστής. Hoc ius erat τοῦ θητικοῦ, id est, infimi ordinis, solum Athenis: ut Arist. πολιτικῶν γʹ. et Plutar. in Solone docent. συγκαλεῖν, cogere, cōuocare. προσκαλεῖν, accersere. προσκαλεῖσθαι, in ius uocare. σφηξί,

ἀθρόοι γὰρ ἥξουσί σε προσκεκλημένοι.

Nam turba aderit eorum qui in ius te uocent.

Demosth. πρὸς φορμίωνα, κἀγὼ κλητῆρας ἔχων, προσεκαλεσάμην αὐτόν: Ego testes ducens, in ius illū uocaui. In Auib. tamen Aristoph. est & προσκαλεῖν in significatione accusationis, ἐπαὶ πρεσβύτερον τί προσκαλεῖν σοφώτερον; Et πρόσκλησις, eius rei nomen. προκαλεῖσθαι autem est arbitrum adigere, aut conditionem de lite ferre, uel etiam de concordia. Et nomen πρόκλησις. Plutar. in Sylla, δεξαμένου δὲ τοῦ σύλλα τὴν πρόκλησιν, ἐγένοντο συνθῆκαι: Petitionem illius Sylla cum admisisset, factum fuit fœdus. Et Pręceptis politicis, ἤρεσεν ἡ πρόκλησις τῷ ἑρμείᾳ, placuit conditio Hermiæ. Plato νόμων 10. ἀλλ᾽ ὁρᾶτε λέγομεν ἃ προκαλούμεθα: Videte ut dicatis de ijs quæ expetimus. Thucyd. 4. λακεδαιμόνιοι δὲ ὑμᾶς προκαλοῦνται ἐς σπονδὰς, καὶ διάλυσιν πολέμου: Conditionem ferunt fœderis, & petunt pacem. Xenophon ἑλλην. β. προκαλοῦντο δὲ τῶν μακρῶν τειχῶν ἐπὶ δέκα σταδίους καθελεῖν ἑκάτερον: Petebant, seu conditionem eam ferebant, ut uterq; murus lōgus ad stadia decem dirueretur. In Epigram. Critiæ, contra propinationes, quod refertur ab Athenæo lib. 10. reprehenditur προκαλεῖσθαι ἐξονομακλήδην, ᾧ προπιεῖν ἐθέλει, id est, nominatim prouocare, cui propinaturus sis. Latinis autem auocare & seuocare significationem habent τοῦ ἀφαιρεῖν, & ἰδίᾳ προσκαλεῖν. προσκαλεῖσθαι & accusare, seu postulare est. Xenoph. ἑλλην. α. τὸν δὲ καλλίξενον προσεκαλέσαντο, παράνομα φάσκοντες ξυγγεγραφέναι: Accusarunt Callixenum, qui scitum fecisset contrarium legibus.

gibus. Demosth. ὑπὲρ ἁγνίου κλήρου προσεκαλέσαντο τὴν γυναῖκα πρὸς τὸν ἄρχοντα, uocarunt mulierem in ius ad prætorem. ἀνακαλεῖσθαι, reuocare. In Cynegetico, ἀνακαλεσάμενος τὰς κύνας, reuocatis canibus. Et reparare, ut Suidas ex Polybio, ni fallor, adducit. ἐσπούδαζεν ἀνακαλεῖσθαι τὰς τῶν ὑποτεταγμένων εὐνοίας, id est, studebat subditorum reparare beneuolentiam, id est, gratiã recõciliare. ἀνάκλησιν etiam interpretatur allocutionem. nam ἀνακαλεῖν est appellare. παιδείας κύρου γ΄. ἀνακαλοῦντες τὸν εὐεργέτην, τὸν ἄνδρα, τὸν ἀγαθόν: Appellantes illum beneficum, illum uirum, illum bonum. Et paulo aliter παιδείας γ΄. ἂν δ᾽ ἄρα ὑμᾶς καὶ οἱ ἔμπροσθεν ἀνακαλοῦντες ἕπεσθαι παρεγγυῶσιν: Si præcedentes uos appelleni, & sequi iubeant. ἀνακλητικὸν autem σημαίνει, id est, canitur receptui. Plut. Laconicis, ἄλλος ἐν τῇ παρατάξει τῷ πολεμίῳ τὸ ξίφος καταφέρειν μέλλων, ἐπεὶ τὸ ἀνακλητικὸν ἐσήμηνεν, οὐκέτι κατήνεγκε: Alius in acie inflicturus iam ensem hosti, cũ receptui caneretur, non peregit ictum. κατακαλεῖν, euocare, seu accersere, seu etiam conuocare. μετακαλεῖν, reuocare. παρακαλεῖν apud Aristoph. σφηξίν, uocare significat,

— ἥξουσιν ὀλίγον ὕστερον
οἱ συνδικασταὶ παρακαλοῦντες τουτονί.

— *Venient mox postea*
Hunc euocaturi collegæ iudices.

Significat autem in usu communi, accersere et aduocare. Aeschines in defensione falsæ legationis, παρακαλῶ δὲ Εὔβουλον συνήγορον. Thucyd. 5. παρεκάλεσαν δὲ αὐτοὺς αὐτοὶ πρότερον, accersiuerant prius. Etiam inuocare. ἑλλην. β΄. ὅταν δὲ τὸν ἐνυάλιον παρακαλέσωμεν, ubi Martem inuocauerimus. Et παράκλησις, aduocatio. In oratione περὶ στεφάνου, οἱ μὲν ἐκ παρακλήσεως συγκαθήμενοι, corrogati. & cohortatio. & παράκλητος, aduocatus. quo nomine de sancto Spiritu Christus usus fuit, quem habituri essent freti ipso, patronum, & defensorem, & explicatorem causę. Paulo & Petro, adhortor & cohortor, ad Rom. 12. & in priore Petri cap. 5. ἐπικαλεῖν, appellare, seu nominare. ἑλλην. β΄. ἐπικαλεῖται δὲ σίσυφος, cognomentũ habebit Sisyphi. Significat & accusare. Thucyd. lib. 2. ἐπικαλέσαντες οὐχ ἥκιστα τοῦ πολέμου σφίσιν αἰτίους εἶναι, non minimam belli causam in illos conferentes. Et lib. 4. ἐπικαλέσαντες ἀττικισμόν, accusantes illos atticismi, id est, quòd partium essent Atheniensium. Et 5. ἔτι ἐπεκάλουν ἀργείοις λακεδαιμόνιοι, id est ἐγκαλοῦσιν. Et in Oeconomico Xenoph. οὐ γὰρ πολλὴ ἀθυμία περὶ ἐπικλήματι τούτῳ, hoc probro. ἐπίκλητος, assumptitius, seu accitus. Et ἐπίκλητοι conuiuæ dicti fuere, qui à Latinis umbræ. ἐπίκλημα etiam est ἔγκλημα. ἐπίκλησις uerò cognomentum.

— ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν. Ιλ. ς΄.

Dixere & ἐπίκλην aduerbialiter. ἐπικαλέσασθαι, inuocare. Timæo, θεούς τε καὶ θεὰς ἐπικαλουμένους. & accersere. Thucyd. lib. 5. κατὰ στάσιν ἐπικαλεσαμένων σφᾶς, qui accersiuerant in seditione ipsos. ἀποκαλεῖν, appellare. Et ἀπόκλητοι Polybio uidentur esse ἔκκλητοι. Et uetare. ὄρνισιν inquit chorus, ἀποκεκλῄκαμεν διογενεῖς θεοὺς μηκέτι τὴν ἐμὴν διαπερᾶν πόλιν: Interdiximus dis cœlestibus transitu urbis nostræ. Et reuocare. παιδείας κύρου α΄. τὸν κῦρον ἀπεκάλει: Cyrũ reuocabat. Est & in nomine κλέος, & in uerbo κλέω, quod Ionica ἐπενθέσει κλείω dicitur. & unde fit κλήζω, & κλείζω, & κληδών. In his igitur omnibus significatio inest celebritatis uerborum.

— καὶ μεῦ κλέος οὐρανὸν ἵκει. Ὀδυσσ. ι.
μή τι κλείομαι. — Ὀδυσσ. ν΄.
μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι.

quarum celebritas & gloria carmen est. ὑποκλειζομένην δαναῶν ἀγγελίαν, in Aiace, rumorem qui à Danais celebraretur. Hinc propria nomina, κλεάνθης, κλέαρχος, κλεαινέτη, κλεοβούλη, κλεομβρότη, κλεωνύμη, ipsiusque κλέων, & aliorum. Itemque hęc, καλλικλῆς, διοκλῆς, μεγακλῆς, ἡρακλῆς, & περικλῆς ὀλύμπιος, & similia. Euocati erant apud Romanos ἐθελονταὶ ἐκκεκλημένοι τινές, euocati ad militiam, & uoluntarij milites. Est & αὐδή, uox. & αὐδᾶν, loqui.

— ηὔδα μάντις ἀμύμων.

& de Stentore,

ὃς τόσον αὐδήσασχ᾽ ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα. &,
ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ. —

& in epigrammate de Attalo,

πολλάκις αὐδᾶται πῖσαν ἀνὰ ζαθέην.

sæpe celebratur. & δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα, Homerica Circe. Diximus autẽ suprà, ἐρωτᾶν & ἔρεσθαι esse interrogare. id & rogare dixere, & in Euangelicis scriptis

significat ἐρωτᾶν orare. Est & πυνθάνεσθαι, sciscitari, seu percontari. ζητεῖν autē, quærere. & συζητεῖν, disputare, id est, communi sermone quærere. In Hippia maiore, εἰ δὲ βούλει ὥσπερ νῦν ἐμοὶ συζήτει. Et in Menone quoque hoc uerbum reperitur. Item ἀνακρίνειν, Demostheni πρὸς μακάρτατον, εἰ γάρ τις ἀνακρίνοι ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὅστις τίς ἐστι: Si quis, iudices, interroget, quis iste sit. Significat & ἐξετάζειν, id est inquirere. νόμον δ᾽ ἀρχαῖον μὲν τὸν γράψαντα ἀνακρίνοντα. unde ἀνάκρισις. Estque in his seuerioris etiam quæstionis significatio. Polybius lib. 4. Κρῆτές τινες ἐμπίπτουσιν εἰς τοὺς περὶ τὸν Εὐριπίδαν, οὓς ἀνακρίναντες καὶ συνέντες τὴν παρουσίαν τῶν Μακεδόνων: Cretes quidam incidunt in copias Euripidæ, de quibus habita quæstione, cum cognouisset aduentare Macedones. Verbo usus est Lucas Euangelista cap. 23. ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας, quæstione habita coram uobis. Responsionis autem uerba sunt, ἀποκρίνεσθαι passiua & media forma. Sed & κρίνεσθαι, respondere: & κρίνω, interrogare significat. Eurip. Μηδείᾳ,

ὡς οὐ κριθήσομαι τῶν δέ σοι τὰ πλείονα.

Nam plura non sum responsurus his tibi.

Et Electra Sophocl. σέ τοι σὲ κρίνω, tete inquam interrogo. Orat autem in lingua Latina, qui causam dicit. unde perorare, & orator: ῥῶ, & ῥήτωρ. Perorata enim causa, id testantur, adiecto uerbo dixi, quod est εἴρηκα. Aeschines contra Ctesiphontem, ἐγὼ βεβοήθηκα καὶ εἴρηκα: Meam operam nauaui, & dixi. Et in defensione falsæ legationis, ὁ μὲν οὖν ἐμὸς λόγος εἴρηται, causa à me perorata est. Sed & is orat, qui obsecrat, & flagitat, & supplicat, id est δεῖται secundū Ionas, ἀξιοῖ, ἀντιβολεῖ, ἱκετεύει, & cætera. τῶν λόγων πρῶτον καὶ σμικρότατον esse ait Plato, ὅταν τις ἀποφαίνῃ ὀνόμασι τὰ ῥήματα, τούτων τὴν πρώτην αὐτοῖς συμπλοκήν, in Sophista. id est: Primum & breuissimū sermonem, esse complexionem primam nominum & uerborum. Et hunc contextum, πλέγμα uocat ipse, nominari ait λόγον, id est orationem. ὄνομα igitur interpretantur nomen. & ὀνομάζειν est nominare, & ὀνομαίνειν. & διονομάζω, in Politico, appellat. ὀνομαστὸς nobilem Thucydidi, & uerbum nobilitationē significat, lib. 6. ἱππάρχου δὲ συνέβη τοῦ πάθους τῇ δυστυχίᾳ ὀνομασθέντα, καὶ τὴν δόξαν τῆς τυραννίδος ἐς τὰ ἔπειτα προσλαβεῖν: Nobilitatū infelici casu Hipparchū eam dicit ad posteros reliquisse opinionem, quasi ipse tyrannus fuisset. Est & memorabilis. & οὐκ ὀνομαστόν, ἄφατον dixere. Et Hecuba, ἄῤῥητ᾽ ἀνωνόμαστα, infanda, indigna dictu. Vel etiam, ut apud Aristoph. ὄρνισιν, ὀσμὴ ἀνωνόμαστος, id est πολλή, suprà quàm dici potest. Exigitur tributum aut uectigal, alicuius nomine, id est, ἐπί τινος ὀνόματι, in exceptione contra Lacritum. Et nos mergimur nomine Iesu Christi, aqua salutari. Et Cicero de prou. Coss. per legatos, nomine ipso pop. Rom. tuebamur, id est fama. ὀνομαστί, nominatim. παιδείας λόγου δ᾽. καλέσας ὀνομαστὶ αὐτόν, nominatim ipso cōpellato. ἀντωνυμίαν appellāt Grammatici pronomen. ἐπώνυμος, autor nominis. ut tribuum ἐπώνυμοι, heroes decē, & duo reges, Attalus ac Ptolemæus. Et πολέμων ἔγραψε περὶ τοὺς ἐπωνύμους τῶν δήμων καὶ φυλῶν, ut dicitur in scholijs ὀρνίθων. hoc est: Scripsit, de quibus, qui populi, & quæ tribus nomina accepissent. Et ἄρχων Athenis qui ita dicebatur de nouem, erat ἐπώνυμος anni. Hinc illud, ἐπ᾽ ἄρχοντος καλλιμάχου, prætore Callimacho. ut ut Romæ consulum fuit ἀρχὴ ἐπώνυμος, & Spartę unius ex Ephoris. Hac forma sermonis inquit Xenophon in 2. ἑλλην. ἐπῆρχε μὲν ἐφορεύοντος, ἄρχοντος δὲ ἐν ἀθήναις ἀλεξίου. Pausanias Laconicis, ἔφοροι δὲ τά τε ἄλλα διοικοῦσι τὰ σπουδῆς μάλιστα ἄξια, καὶ παρέχονται τὸν ἐπώνυμον, καθὰ δὴ καὶ ἀθηναίοις τῶν καλουμένων ἐννέα ἐπώνυμός ἐστιν εἷς, ἄρχων: Ephori administrant cùm alia digna pręcipuo studio, tum eum designant, cuius nomine annus insignis sit: quemadmodum Athenis, inter illos qui nouem dicuntur, unus nomine suo annum insignit, qui uocatur ἄρχων, id est prætor. Erant autem nouem illi, ut docuit Pollux lib. 8. ἄρχων, βασιλεύς, πολέμαρχος, ἓξ θεσμοθέται: prætor, rex, præfectus rei bellicæ, sex legumlatores. ἐπώνυμον etiam est cognomentum. ut apud Pausaniam Atticis, γυμνάσιόν ἐστιν ἐπώνυμον ἀδριανοῦ, gymnasium est cognomento Adriani. & ἐπωνυμία, Aristot. Plato, ὡς ἀγαθόν ἐς ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν: prodesse admodum ait seruulus, multis cognomentis uti. ἀνώνυμος, sine nomine: qui & νώνυμος,

νώνυμος, ignobilis. ἐξ ἀνωνύμων καὶ ἀδόξων, ἔνδοξοι καὶ γνώριμοι, Demosthenes. ὁμώνυμος, eiusdem nominis.

ἴσον θυμὸν ἔχοντες ὁμώνυμοι. — Ιλ. ϛ.

Plautus meretrices cognomines dixit. Plato Phædro, ὥσπερ δὲ σώματος ἐξ ἑνὸς διπλᾶ, καὶ ὁμώνυμα πέφυκε σκαιὰ τὰ δὲ δεξιὰ κληθέντα: Quemadmodum de uno corpore propagātur unius nominis duplicia membra, quæ dextra & læua uocantur. Et ὁμωνυμία, apud Dialecticos, cum nomine uno diuersæ res uocantur. Quidā ausi fuerūt æquiuoca appellare: ut homo uiuus, & homo mortuus, aut homo pictus: non enim uel hic, uel ille homo est, nisi ὁμωνύμως. Politicorum lib. 1. ἀναιρεθέντος τοῦ ὅλου, οὐκ ἔσται πούς, οὐδὲ χείρ, εἰ μὴ ὁμωνύμως: Sublato toto, non erit iam neque manus, neque pes, nisi similitudine nominis. de qua re Dialectici subtilius disserūt. συνώνυμα autē sunt apud Grammaticos, plura nomina idem significantia: ut ensis, mucro, gladius. Et Dialecticis est συνωνυμία, cum duobus aut pluribus eadem definitio apta est, & conueniens: ut hominis definitio comprehendit Ciceronem, Socratem, Achillem, Vlyssem. Vel cum eidem & nomen & definitio nominis rectè tribuitur: ut homini, animantis. Cum enim hoc non fit, ὁμωνυμία est. Nam simulacrum Iouis habet illud quidem nomen Iouis, sed definitio Iouis illi non conuenit. Verùm de his satis, uel potius nimium. διώνυμοι. qui duo: πολυώνυμοι, qui plura nomina habent. ea erunt συνώνυμα. Phœnissis Eurip. sunt διώνυμοι θεαὶ, Proserpina & Ceres. παρώνυμοι, quorum nomina alicunde deducta sunt, quæ respectu quopiam παρώνυμα dicuntur: ut πλάτων, φίλων, ἀπὸ τῆς πλατύτητος καὶ φιλότητος. Et apud Arithmeticos, παρώνυμοι sunt numeri partium, qui uulgò denominatores appellantur: ut duæ partes tertię, aut tres quartæ, &c. Vel, ut τριπλάσιος παρωνόμασται ἀπὸ τοῦ τρία, & διπλάσιος ἀπὸ τὰ δύο. πατρωνυμικὰ sunt apud Grāmaticos, deducta de patrū nominibus: ut ἕκτωρ πριαμίδης. μεγαλώνυμος, celebris, clarus. ἱερώνυμος, cum sacro nomine: & κλεώνυμος, præclari nominis, propria sunt. Est & alia forma propriorum: ut ὀνομακρίτος, qui leges scripsit Locrensibus, & ὀνομακλῆς.

Apud Homerum quæritur, quid ὀνομάζειν significet,

—ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν.

Vtrum nomine uelit compellatum aliquem, an rem expositā fuisse. Priori obstare uidetur, quòd loquentes illa nominibus ferè non utuntur. Et tamen credo, posse κατὰ τὸ σιωπώμενον id factum intelligi. Alterum autem non est contrarium usurpationi uerbi. nam & Demosth. ita περὶ στεφάνου, ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα ὀνομάζων, dicenda & indicenda efferens. ὀνοματουργὸς, in Cratylo, nominum artifex. Apud Athenæum est ὀνοματοθήρας, uenator, id est nouator nominum. & ὀνομακλήτωρ, qui nominatim uocaret conuiuas ad discumbendum, quem appellat Athen. lib. 2. ταξίαρχον τῶν δείπνων. Athenæus quoque dixit ἐπ' ὀνόματος, δι' ὀνόματος, de nominis celebritate. Eidem est ὀνοματολόγος, nominum uel elector uel memorator. πρὸς ὄνομα εἰπεῖν, ait Eustathius posterioribus id significare, quod Homero ὄνομα μυθήσασθαι, Ιλ. γ'. id est, nomen memorare. ὀνοματοποιΐα autem Grammaticis fictio nominum, ut murmur. Aristot. νικομαχείων β'. ὀνοματοποιεῖν dixit, noua nomina fingere. Plato in Euthydemo, οὑτωσὶ γάρ πως καὶ εἶπε τοῖς ὀνόμασιν, hæc enim uerba illius fuerūt. ὄνομα autem, sicut λόγος, contra rem, id est ἔργον, ponitur. Oreste,

ὄνομα γὰρ ἔργον δ' οὐκ ἔχουσιν οἱ φίλοι,
οἱ μὴ 'πὶ ταῖσι συμφοραῖς ὄντες φίλοι.

Significat nomen etiam famam: ut in 4. Tusc. Cum tantum Pythagoreorum nomen esset. Et Aeneid. 9.

Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ uires. —

Thucyd. lib. 5. de Nicia, βουλόμενος ὄνομα καταλιπεῖν ὡς οὐδὲν σφήλας τὴν πόλιν διεγένετο: Cupiēs famam relinquere, quòd nulla unquam in re ciuitatem frustratus fuisset. Et in primo libro Halicarnaseus, ἐπράττετο δὲ ἀμούλιος ταῦτα μετ' ὀνομάτων καλῶν, ὡς τιμὴν τῷ γένει καὶ κόσμον προστιθείς: Agebatur hoc ab Amulio, præclaro nomine adiungendi honorem ac decus generi. Leues & faciles in loquēdo, itemque garruli, & nugaces, apud Græcos irridentur, ita ferè ut de ijs dicatur: βόρβορος, lutum. κυκλόβορος, Cycloborus, qui fuit torrens in Attica, ut diximus. χειμάῤῥους, torrens. χαράδρα, crepido, συρφετὸς, colluuies.

luuies. ἀηδὴς, molestus. ἐπαχθὴς, grauis. δωδωναῖον χαλκεῖον, æs Dodonæum. ἀλκίνου ἀπόλογος, apologus Alcinoi. αὐθμαδιστος, leuis. ἀράβιος αὐλὸς, & αὐλητὴς, Arabica tibia, & Arabicus tibicen. ἀχάλινον στόμα. Euripides Bacchis, ἀχαλίνων στομάτων, ἀνόμου τ᾽ ἀφροσύνας τὸ τέλος δυστυχία: effrenos, ait, & impiam dementiam desinere in calamitates. Apud Gelliũ sunt locutulei, blaterones linguaces. A' quo & Aristophanei uersus ex Ranis referuntur, quibus inuehitur Eurip. in Aeschylum. Noui enim, inquit, istum iampridem,

ἄνθρωπον ἀγριοποιὸν αὐθαδόστομον
ἔχοντ᾽ ἀχάλινον ἀκρατὲς ἀπύλωτον στόμα,
ἀπεριλάλητον κομποφακελορρήμονα.

id est: Hominem introducentem sæuos & immanes, ore temerario, habentem infrene, intemperans, patulum os, dicendi copiæ expertem, in fastu molestè loquacem. Hi etiam communi apud Græcos nomine sunt ἀδολέσχαι, & ἀδόλεσχοι. & uitium ἀδολεσχία, contra quod libellum Plutar. edidit. Iidem sunt et φλύαροι, & φληνάφοι. & nomen φλυαρία, quæ & φληναφία. & λῆροι, ac ληρωδοῦντες, & ἀθυροι, inepti, ineptię, nugę, nugatores. & φλυαροῦσι, qui garriunt. & φληναφοῦσιν μωρολογοῦντες, id est, ineptientes in stultitia. λέσχαι autem sunt nugę. & λεσχηνεῦσαι, procacitas. & λεσχηνίτης, procax. & ἀδολέσχης, nugax, id est ualde loquax: ut ἀδηφάγος, uorax. In primo libro Herodoti λέσχαι legimus, quasi ἐν λέσχῃ ὄντα, quæ in ore, seu sermonibus essent. Et ἀντέτραπε, λεσχηνεύσας ἐκ λόγων τῶν ἄλλων ἐπικέσθαι ἐν λέσχῃ περὶ τοῦ Νείλου, de alijs sermonib. uenisse ad mentionem Nili. λέσχαι etiam loca publica apud Homerum ὀδυσσ. ς'. & Hesiodum. Fuisse multa talia passim in Græcia Pausanias existimat, & Delphicæ Leschæ meminit in Phocicis. Hinc sunt etiam hæc: στωμυλεσχεῖν, id est λεπτολογεῖν. & μετεωρολέσχαι, μετεωρολόγοι. & λογολεσχεῖν, nugari. Quæ uerò alia ad sermonē pertinent, ut disceptationes, quæ sunt ἀμφισβητήσεις. et uerbum ἀμφισβητεῖν: quod tamen Cicero in Protagora Platonis, referente Prisciano lib. 8. interpretatus est controuersari. Verba Platonis sunt, quæ & alibi exposuimus, ἐγὼ μὲν καὶ αὐτὸς, ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες, ἀξιῶ ὑμᾶς ξυγχωρεῖν ἀλλήλοις καὶ περὶ τῶν λόγων ἀμφισβητεῖν μὲν, ἐρίζειν δὲ μή. Cicero ita: Nunc à uobis, ò Protagora & Socrates, postulo, concedatis alter alteri, & inter uos de huiusmodi rebus controuersemini, non concertetis. λόγοις διαφέρεσθαι, contendere uerbis. δικάζεσθαι, litigare in iudicio. Item κηρύγματα, præconia. & quæ à uerbo κηρύσσειν, quod est præconiũ facere. & ἐπικηρυκεύειν, uel potius ἐπικηρυκεύεσθαι, de pace nuncios mittere. Thucyd. 4. καὶ γὰρ τὸ καὶ ἀρριβαῖος ἐπεκηρυκεύετο, ἑτοῖμος ὢν Βρασίδᾳ μέσῳ δικαστῇ ἐπιτρέπειν: Mittebat legatos de pace ad Brasidam, ostendens se paratũ esse, illius arbitrio rem omnem permittere. Et ἐπικηρύττειν ἀργύριόν τινι, seu χρήματα, promulgare pecuniam, quę detur alicuius interfectori, seu proponere mercedem cædis. προσκηρυκεύεσθαι, legatos mittere, & per legatos petere. ἐξηγεῖσθαι, explicare. unde sunt ἐξηγηταί, qui fuere sacrorũ interpretes Athenis. Demosth. contra Euergum & Mnesibulum, ἐπειδὴ ἐτελεύτησεν, ἦλθον ὡς τοὺς ἐξηγητάς: Mortua illa, accessi ad interpretes. Vbi ἐξηγηταὶ sunt, qui responderent de iure sepeliendi eam quæ uideretur mortua de pulsatione. Et mox, ὑμεῖς τοίνυν σοι τὰ νόμιμα ἐξηγησόμεθα, nos tibi explicabimus iura legitima. διηγεῖσθαι, narrare. unde διήγησις, narratio. & διηγημάτιον, narratiuncula, deminutum ἀπὸ τοῦ διηγήματος. In epistola posteriore ad Corinthios legitur, χάρις δὲ τῷ θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ, ob ineffabile donũ ipsius. Herodoto λόγοι sunt ἔργα ἀξιαπηγητότατα, id est, μάλιστα ἄξια ἀφηγήσεως, id est, maximè memorabilia. τρόπον autem τινὰ βάρβαρον ἐκ δυσαπηγήτων, dixit πολυμνία, id est, explicatu difficili modo. Nam est ἀφηγεῖσθαι, referre. περιηγεῖσθαι, copiosè narrare. Ita uolunt ἐκφράσεις esse περιηγηματικάς, id est, ambitiosam expositionē. μηνύειν, indicare. unde μηνυτὴς, index. ἀγγέλλειν, nunciare. unde ἄγγελος, nuncius, & nuncia Atticè: ut Homerica Iris, quæ & θεοῖσι μετάγγελος ἀθανάτοισι, ιλ. ό. Qui falsa autem nunciat, ψευδάγγελος est. ἀγγελία, nuncium. ἐξαγγέλλειν, efferre. Demosth. Philippica prima, εἰσὶ γάρ εἰσιν οἱ πάντ᾽ ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ παρ᾽ ἡμῶν αὐτῶν πλείους τοῦ δέοντος: Sunt enim apud nos ipsos plures quàm oporteat, qui omnia ad illum efferunt.

efferunt, id est, omnia illi produnt. Et Thucydidi ἐξάγγελτος est. κατάδηλος, manifestus. & ἐξάγγελος, index, qui in fabulis est nuncius, aliquid de scena afferens: ut in Trachiniis, nuncius Deianiræ. λόγου παιδείας ζ. nunciare, seu nuncium perferre, seu iussa peragere. διαγγέλλειν, dissipare, seu spargere rem, seu famam. καταγγέλλειν, deferre, & denunciare. κατάγγελτος, proditus. ἀναγγέλλειν, nunciare. Sed μάχη ἀνάγγελος, est prælium, de quo ne cladis quidem nuncius superfit. ἐπαγγέλλειν, denunciare, postulare, iubere. διέπρηξε, ἐπαγγέλλεσθαι ἄδειάν τε διδόντα καὶ μεγάλα ὑποδεχόμενον: Pronunciari curasse, se impunitatem dare, & multa promittere. Xenoph. παιδ. λόγου α. πολλάκις δεόμενοι οὐκ ἐπαγγέλλουσιν οἱ φίλοι τοῖς ἑταίροις: Sæpe amici in rebus necessariis suis non implorant amicorum opem: id est, rem non deferunt ad illos. Idem, βοηθήσειν καὶ ὑμῖν αὐτοῖς καὶ Κύρῳ καθ' ὅ,τι ἂν ἐπαγγέλλῃ: Defensuros esse cùm uos ipsos, tum Cyrum, quotiescunque denunciarit. Et ἐπαγγέλλειν, qui nomen defert. ἐπαγγέλλειν πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, Demosth. κατ' ἀνδροτ. & ἐπαγγελίαι, certæ accusationes. Et in sacris literis promissiones. Et uerbum Polybio lib. 5. promittere significat, ἐπηγγείλατο δὲ Πτολεμαῖος αὐτοῖς ἀργυρίου τάλαντα τριακόσια. Et in scriptis Apostolicis, ἐπαγγελία, promissio. Εὐαγγέλιον autē est declaratio uolūtatis Dei, quod omnes homines uelit conseruare, misertus illorum, propter filium suum, credentes uerbis ipsius. Et Græci, re læta nunciata, solebant εὐαγγέλια θύειν. Et εὐάγγελος, gratus nuncius, in Phœnissis. & Odyss. ξ. εὐαγγέλιον δέ μοι ἔστω, præmiū petit læti nuncii. ἐπαγγέλλεσθαι autem est profiteri. & ἐπάγγελμα, professio. In Euthydemo Plat. & polliceri. Philippica prima, εἴ τις ἄλλος ἐπαγγέλλεταί τι. Et Xenoph. ἐπαγγελλόμενος ἀρετήν, doctrinam uirtutis profitens. In Oeconomico posuit ita Xenophon, ἐπηγγέλλετο οὐδὲν πλέον ὑπὲρ τοῦ χώρας γεωργοὺς ποιεῖν, ἢ ὑπὲρ τοῦ πολεμικοὺς εἶν: Iactitabat & rusticæ & militaris rei scientiam. παραγγέλλειν ἀρχήν, cùm alia, tum petere magistratum significat: ut in Catone Plutarchi. & παραγγελία, inter alia præceptum. Ethicorum 2. οὔτε γὰρ ὑπὸ τέχνην, οὔθ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν ὑποπίπτει: Neque sub artem, neque præceptionem ullam cadit. Item imperare. Thalia, οὐδὲ παρασκευὴν σίτου οὐδεμίαν παραγγείλας. Thucydides simili fermè in significatione usus est uerbo περιαγγέλλω, lib. 4. περιήγγελλον βοηθεῖν, accersebant auxilia. & περιαγγέλλοντες τὴν ἐκεχειρίαν, nuncii induciarum. Et 5. περιήγγελλον παρασκευάζεσθαι, iubebant esse paratos. ἀπαγγεῖλαι, λόγου παιδ. 2. renunciare. εἰσαγγέλλειν, deferre. & εἰσαγγελία, delatio. προσαγγέλλειν, indicare. Lucian. Toxari, προσαγγέλλει ἑαυτὸν προσελθὼν τῷ συναρμοστῇ, defert, seu indicat seipsum apud prætorem. Et fuit προσαγγελίας lex lata de iis, qui excedēdum sibi uita putassent, cuius consilii reddenda publicè ratio erat. ἀπαγγέλλειν, referre, narrare. Polyb. lib. 1. διὰ τὸ φίλινον καὶ φαῦλον μὴ δέοντος ἡμῖν ἀπηγγελκέναι τὴν ἀλήθειαν. Thucydidi autē αὐτεπάγγελτοι ἐχώρησαν πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, sua sponte. αὐτάγγελος autem, qui non alium mittit, sed ipse nuncius est. πρεσβείας quoque, id est legationes, quarum est πρεσβεύεσθαι, de quo tamen suprà aliquid retulimus. Præterea ἐπαίνους, & ἐγκώμια, laudes, & laudationes. & ἐπαινεῖν, ἐγκωμιάζειν, laudare. & ψέγειν, uituperare. μέμφεσθαι, reprehendere. & ψόγους, uituperationes. στηλιτεύσεις, inuectiuas. μομφὰς, reprehensiones. Item λοιδορίας, & κατηγορίας, & αἰσχρολογίας, conuicia, maledicta, obscœnitates. Item λωβεύσεις, & κερτομίας, id est contumelias, & irrisiones. Necnon ψεύδη, mendacia. & ψεύδειν, & ἀπατᾶν, fallere. Etiā νείκη, iurgia. & προπηλακισμοὺς, cōtumelias. & ἐπηρείας, insectationes. & [illegible], increpare. ὀνειδίζειν, exprobrare. Atque etiam ἀλαζονείαν, iactantiam. & σκώμματα, dicteria. & ἐρεσχελεῖν, irritare, atque exagitare uerbis. & χλευασμοὺς, irrisiones. & ἀρὰς, imprecationes, seu preces. Nam Ionibus ἀπὸ τοῦ ἀρᾶσθαι, id est, à uerbo precari, est ἀρητὴρ, sacerdos. & εὐχὰς, uota. Item ἐπιπλήττειν, & ἐπιτιμᾶν, obiurgare, & castigare. Item ἀσπάζεσθαι, & φιλοφρονεῖσθαι, salutare, & amanter complecti. In quibus Græci uerbo χαίρειν usi fuere, Latini dixerunt salue, aue, saluus sis. Discedentes etiam alios χαίρειν iussere. ἅπας ἄλλ. χαῖρε. Latini uale. quod sequentes Græci, postea ὑγίαινε usurparunt. Itaque defendit præposterum usum

horum uerborum Lucianus, ὑπὲρ τοῦ ἐν τῷ προσαγορεύσει πταίσματος. Dixerat enim Pro salue, uale, id est ὑγίαινε, salutans alterum. Præterea deierationes, quod dixere θεοὺς μαρτύρεσθαι. & ὅρκους, quod est iusiurandum. & μαρτυρίας, testimonia. & αἰτεῖν, λῆσθαι, ἀντιβολῆσαι, & huiusmodi alia. nec non uoces organorum musicorum, & harmonica. Hęc igitur & ipsa explicare, cùm nimis longū foret, tum uideri posset alieno loco inculcata esse non conueniens instituto tractatio. Sed cantus uocabula non putauimus prætereunda. ᾄδειν igitur, & ἀείδειν, canere, cantare. & ᾠδὴ, & ᾆσμα, carmen. ac ἀοίδιμος, celebris. Theocr. ὕλας,

ὅσσα μαθὼν ἀγαθὸς καὶ ἀοίδιμος αὐτὸς ἔγεντο.
Virtutem quibus & laudem ipse fuisset adeptus.

ᾠδεῖον autē, & μουσεῖον, à cantu, pars theatri fuit, quod Athenis Pericles colūnis lapideis disposuit, nauiūq́ malis & antennis è spolijs Persicis pertexit. προσᾴδειν, accinere. ἀοιδὸς, carminum artifex. At epigramma Ephesum appellat ἀοιδοπόλιν, & aliud Pergamum ἀοιδοτρόφον, pro ἀοιδιμωτάτην, & ἀοιδιμοτρόφον. Φιλαοιδὸς autem κισσὸς, id est, hedera poetarum amans, dicitur in epitaphio Machonis, apud Athen. lib. 6. Sophoc. Philoct. καὶ μοι προσᾴδετε, accinitis mihi. Hinc est προσῳδία, cantus quidam, id est modulatio uocis. & προσόδιον, hymnus, quasi θεοῖς προσαδόμενον. κατᾴδειν, occinere. παρῳδία est, cum alterius poetæ uersus iocosè in aliud argumentum transferuntur: ut illud ex Alcestide,

χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς;

Transtulit in Nebulas Aristoph. ita,

κλαίουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλαίειν δοκεῖς;

Et illud, ut aiunt, ex Aeolo Euripidis,

τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

uel, quemadmodū alibi, τοῖσι δρωμένοις. Aristoph. in Ranis ita mutauit,

τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖς θεωμένοις δοκῇ;

Et rursum Euripideum ex Hippolyta, ut fertur,

τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν νομίζεται βροτοῖς;

Aristoph. in Ranis ita,

τὸ ζῆν δὲ δειπνεῖν, τὸ δὲ καθεύδειν κώδιον.

Huiusmodi & Homericæ παρῳδίαι reperiuntur passim in Athenæo: & est hæc detorsio uersuum poetarū antiquorum, in primis Homeri, παρῳδία. de qua re, peculiari in opere disseremus aliquādo, Deo uolente, copiosius. Qui hac ratione aliquod carmen cōponunt, ij uocantur παρῳδοί. in quo genere celebris fuit olim Μάτρων quidam. Est autem alia forma τῶν παρῳδιῶν, & alia eorum qui uocantur cētones, id est κεντρωνικά. Nam in his soli Homerici, aut alterius cuiuspiā poetæ uersus quasi consuuntur, & seruatur cæsurarum consequentia, id est, ἡ τῶν κομμάτων ἀκολουθία. In parodijs autem hoc non fit, in quibus & aliena nomina, & ridiculæ sententiæ implicantur. παραείδειν est Odyss. χ'. canere apud aliquem,

— ἔοικα δέ τοι παραείδειν
ὥστε θεῷ. —

ἀντῳδὴ est in lyricis ἀντιστροφὴ, certa carminis forma. & ἀντῳδὸν, ἀντίφωνον. ἐπᾴδειν, incantare. & ἐπῳδὸς, incantator. Eurip. Hippol.

ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς καὶ γόης πέφυχ' ὅδε;
Non'ne hic superstitiosus & incantator est?

Et ἐπᾴδουσαι μαῖαι, in Theæteto, carminibus lenientes dolores, atq́ accelerantes partum grauidarum mulierum. ἐπῳδὰς θρηνεῖν, Sophoc. dixit Aiace, uel incantatione, uel lamentis uti. Et ἐπῳδὴ in lyricis, quæ accinitur post στροφὴν & ἀντιστροφὴν. & incantatio, seu carmen. Homero est ἐπαοιδὴ, Odyss. τ'.

— ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν
ἔσχεθον. —
— Vim carmine sanguinis atri
Compressere ambo. —

Fruges etiam excantari ueteres dixere, ut retulit Plinius lib. 28. cap. 2. ex 12. tabulis, Qui fruges excantasset. & alibi, Qui malum carmen incātasset. συνᾴδειν, concinere. & ξυνῳδὸν, consonū. & συνῳδία, concentus, Luciano Icaromen. ἀπᾴδειν, dissonare. Lucian. ἀκούσειν, ὅπως ἐκ τοσούτων μίαν ποτὲ συνθεὶς οὐκ ἀπᾴδουσαν ἀπεργάσεται: Si ex tot componat, quo pacto non abhorrentem effecturus sit. Et ἀπῳδὸν, dissonum, ac abhorrens. & ἀπῳδὸν, cantum gallorū dixere, qui immaturus esse putatur Fabio. Et μέλη sunt carmina, siue à cura cōpositionis, id est ἀπὸ τοῦ μελέτης, seu dulcedine soni. Et ἡδυμελὴς suauitatem carminū notat. ἐν μέλει φθεγξόμεθα, dixit Plato in Sophista, aptè & uenustè loquemur. μελῳδὸς, & μελῳδία, modorum ar-

rum ar-

rum artifex, & modulatio. μελίσδεται etiam Theocrito pinus, id est, dulce sonat. Sed à cātu est etiam κωμῳδία & τραγῳδία, comœdia & tragœdia. & κωμῳδός, comœdus, actor comœdiæ. τραγῳδός, tragœdus. τραγῳδικὰ sunt mira, mirabilia, incredibilia, grandia. Nam illius carminis talis est ratio, & argumēta sunt istiusmodi. Hinc τραγῳδεῖν, & ἐπιτραγῳδεῖν, tragicè exaggerare. Theophrastus lib. 10. ἔτι δὲ ὡς οἱ φαρμακοπῶλαι καὶ οἱ ῥιζοτόμοι, τὰ μὲν ἴσως οἰκείως, τὰ δὲ καὶ ἐπιτραγῳδοῦντες λέγουσι: Preterea quemadmodum seplasiarij & radicarij aiunt, partim ueré, nisi fallor, partim etiam exaggerationibus utētes tragicis. Cicero tragœdias in nugis agere dixit, id est, nugas magno conatu proferre. Et in Miloniana: Nunc eiusdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat? Hinc ille à Luciano introducitur ζευς τραγῳδός, tristis & in re magna. ἀπὸ τῆς κωμῳδίας est & κωμῳδοποιός. & κωμῳδολοχεῖν, in ioco Aristophanico. Verbum autem κωμῳδεῖν, significat σκώπτειν, id est, incessere mordacibus dictis. Tales enim fuere comœdiæ, maximè antiquæ. De his eleganti breuitate hæc memorantur in Anacharside Luciani, quæ & ipsa placuit ascribere: καὶ μὲν τοι καὶ ἐς τὸ θέατρον συνάγοντες αὐτοὺς δημοσίᾳ παιδεύομεν ὑπὸ κωμῳδίαις καὶ τραγῳδίαις, ἀρετάς τε ἀνδρῶν παλαιῶν καὶ κακίας θεωμένους, ὡς τῶν μὲν ἀποτρέποιντο, ἐπ' ἐκεῖνα δὲ σπεύδοιεν. τοῖς δέ γε κωμῳδοῖς, καὶ ἀποσκώπτειν καὶ λοιδορεῖσθαι ἐφίεμεν ἐς τοὺς πολίτας, οὓς ἂν αἰσχρὰ καὶ ἀνάξια τῆς πόλεως ἐπιτηδεύοντας αἴσθωνται. αὐτῶν τε ἐκείνων χάριν, ἀμείνους γὰρ οὕτω γίγνονται ὀνειδιζόμενοι, καὶ τῶν πολλῶν ὡς φεύγοιεν τὸν ὅμοιον ἔλεγχον: Quin etiam ciues in theatro cogentes, publicè erudimus comœdijs & tragœdijs, dum illi spectant uirtutes & uitia ueterum: ut ab his se auertant, ad illas festinent. Iam Comœdis permittitur & conuitia iocosè facere ciuibus, si quos compererint uitā turpem, & indignam ciuitate agere. Idq́ fit cùm horum ipsorum causa, ita enim probris obiectis emendantur: tum aliorum, ut caueant, ne coram multitudine & ipsi redarguātur. ἐπικωμῳδεῖν, posuit Plato in Apologia, significans appendicē ridiculam & probrosam. ἀρχατραγῳδεῖ, qui inculcat grandia, apud Plautum paratragœdiat. χρησμῳδοὶ sunt qui oracula canunt. & uerbum χρησμῳδεῖν, Apologia Plat. θρηνῳδοί, qui flebilia. κιθαρῳδοί, qui cithara. λυρῳδοί, qui lyra. αὐλῳδοί, qui tibia. Hi sunt tibicines, & fidicines. ad quod exemplum est & tubicen, σαλπιγκτής. μονῳδοί, qui soli in luctu & dolore aliquid accinunt, ut Electra apud Sophoclem. ψαλμῳδοί, κιθαρῳδοί. Nam ψάλλειν est τιττομένων de sonitu fidium. Et apud Eurip. Ione sunt ψαλμοὶ τόξων. Et adducitur à Suida, τὴν νευρὰν τοῦ τόξου ψάλλων, increpans neruum arcus. Horatius retinuit græcum uerbum.

Psallimus, & luctamur Achiuis doctius unctis.

ἀπὸ τοῦ μέλους etiam est ἐμμελής, & ἐμμελῶς aduerbium, concinnus, & concinnè. & ξυμμελές, consonum. Addamus & animaliū uoces. Canum est ὑλακτεῖν, latrare. ὑλακή, & ὑλαγμός, latratus. & apud Theocritum βαΰσδειν, Idyll. 6. & in Equitib. ἀπύειν. Sic enim ibi Cleo, περὶ σοῦ γὰρ ἀπύω: se quasi canem latratu defendere populum dicit. Etiam horum est κλαγγή. Vespis, ἵνα μὴ ἐκκλάγξω. & mox, οὐ κεκλάγξομαι. Et in Xenoph. κυνηγετικῷ, ἐπανακλαγγάνουσαι, de reuersione clamantium canum. & quod Pollux memorat, ἐπανακεκλαγκυῖαι. In Sophocl. Trachin. ἀρσένων κλαγγά, uox adolescentum. Iλ. autem α. ἔκλαγξαν ὀϊστοί, in festinatione intra pharetram collisæ sagittæ strepuerunt. κνυζᾶσθαι, de stridore catulorum. In Vespis, καὶ κνυζώμενα αἰτεῖται. Et κνυζηθμός, Odyss. π. canum stridor. Herodot. Εὐτέρπῃ, τῶν ἀσήμων κνυζημάτων, dixit de infantium garritu. ἀράζειν item, & ἀραγμός, latrare, & latratus. Itemq́ ῥύζειν. Dixere & quidam βαΰζειν. Sed σκυζᾶν dixere de furris dormientium. Hoc tamē uerbum interpretatur Aristoteles ἱστορίας ζ'. de appetitu uenereo canum: diciturq́ appellari hanc commotionem in canibus, σκυζᾶν: in suibus, καπριᾶν: in bobus, ταυρᾶν: in equis, ἱππομανεῖν. Idem tamen & σκυζᾶν posuit de equis. Suidas exemplum adducit de camelo, ἡ κάμηλος κύει μῆνας δέκα, τῷ δὲ ἑνδεκάτῳ τίκτει, καὶ πάλιν διαλείπουσα ἐνιαυτὸν σκυζᾷ: Camelus gestat in utero menses decem, undecimoq́ parit, & post annuum interuallum rursum appetit marem. Luporū est ὠρυγή, ὠρυγμός, ululatus.

ululatus. ὠρύεσθαι, ululare. Leonum βρυχᾶσθαι, rugire. & βρύχημα, & βρυχηθμὸς, rugitus. In epistolę tamē prioris Petri cap. ultimo legimus, διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ. Et Tuscul. 2. Nemeæus leo frendēs efflauit grauiter extremum halitum. Et in Aiace, βρυχᾶσθαι de tauro posuit Sophocl. ταῦρος ὡς βρυχώμενος. Equi hinniunt, χρεμετίζουσι. & χρεμετισμὸς est hinnitus. ἐπιχρεμετίζειν, adhinnire, ut Plautus. φριμάσσεσθαι etiā dixere de strepitu flatus, seu fremitu, quem naribus equi edunt. Herodot. Thalia, φριμάξασθαί τε καὶ χρεμετίσαι. Quo tamen uerbo de hircis est Theocritus usus, Idyll. 5.

— φριμάσσετο πᾶσα τραγίσκων
νῦν ἀγέλα. —

& φριμαγμὸς. Usitatius autē est φρυάττεσθαι, & φρύαγμα. Suum est γρυλλίζειν, et γρύζειν. & apud quosdam ὑΐζειν, grunnire. & γρυλλισμὸς & ὑϊσμὸς, grunnitus. κοΐζειν etiam de sonitu est in Acharnensibus,

ὅπως δὲ γρυλλιξεῖ τε καὶ κοΐξετε. Οδ. uero ξ'. κλαγγὴ ἄσπετος ὦρτο συῶν αὐλιζομενάων.

Boum est μυκηθμὸς, Οδυσσ. μ'. mugitus, et μύκημα. & μυκᾶσθαι, mugire. & βοῦς ἐρίμυκος. Sed & ἐρύγειν dicitur βοῦς, Ιλ. υ'. Est autem, ut credo, βοῦς ἀπὸ τῆς βοῆς, id est à boatu. Ouiū βληχὴ, balatus, Οδυσσ. μ'. & βληχᾶσθαι, balare. Caprarum μηκασμὸς. unde αἶγας μηκάδας, Ιλ. λ'. appellāt. & μηκᾶσθαι, mutire, ut quidā latinè appellarunt. Asinorum βρώμησις. & βρωμᾶσθαι, rudere. ut in Satyra,

— Arcadiæ pecuaria rudere credas.

Eadem de mulis usurpantur. Dicuntur asini & ὀγκώμενοι. unde ausi fuerunt facere oncationem, & oncare. & ὀγκηθμὸς. & asinus ὀγκηστής. Dicūtur & βρωμᾶσθαι, tum clamando se esurire indicant. Pollux docet, de uocibus bestiarum, quæ non habeant proprias appellationes, usurpari in grandibus quidem communiter βρύχημα, & uerbū βρυχᾶσθαι, ut ursis, pardis, pantheris: in paruis autem, ut uulpibus, & quos θῶας uocarunt, itemq; lupis, τὸ ὑλακτεῖν, καὶ ὠρύεσθαι. Autor carminis de Philomela, multas uoces tam quadrupedum quàm uolucrium commemorauit. De auibus κλάζειν dixere. σὺ ἄνω κλάζοντες ὄρνις, Oedipo tyranno. Sed propriè aquila κλάζει, id est, clangorē edit. Quæ clangorem fundit uastum, Tuscul. 2. Ιλ. autem κ'. mentio fit κλαγξαντος ἐρωδιοῦ. Grus κλαγγάζει. Aristoph. autem ὄρνις κρώζουσα γέρανος est. Autori carminis de Philomela clangunt aquilæ, & gruiunt grues. ἱέρακες, qui sunt accipitres, dixere. ζύζειν, pipare est eidem. Sed Varroni gallina pipat. Gallus autem ᾄδει, id est cantat. Ita & Ouidius,

Iam dederat cantus lucis prænuncius ales.

Sed autor carminis paulo antè memorati, τιτυπιζόμενον uerbum retulit, cicurire. Pollux Hyperidem & Demosthenem de gallis & κοκκύζειν ait posuisse, quod proprium est cuculi, id est κόκκυγος, cuculare. Sed Theocritus & de auib. communiter, et de gallo propriè posuit, Thalysijs. Perdicum aliæ πιτυβίζουσι, aliæ κακκαβίζουσι, id est, caccabant, secundū Theophrastum, ut refert Athen. libro 9. Et Alcman κακκαβίδας appellauit perdices. Coturnicum γρυλλίζειν. Dixerūt ᾄδειν & de cycnis. In illo carmine hi drensant. Turtur τρύζει. unde & τρυγών. τετριγῶτας autem pullos passeris deuorat anguis, Ιλ. β'. Columba γογγύζει: hę gemunt. Cornix κρώζει, id est, cornicatur. Apud Hesiodum autē est κελαρύζα, τιτυπιζομένως. Monedula, id est κολοιὸς, κλώζει, aut κολοιᾷ. Apes βομβοῦσι, bombilant. Upupa ἐποποίζει. Noctua ὑΐζει. In illo carmine est cucubat. Sed gręcum uerbum sonat, quasi dicas, huissat. Sed huius uocem in Auib. Aristoph. uolunt esse κικκαβαῦ, & illas inde κικκαβὰς appellari. & κικυμίδας, & apud Homerum κύμινδιν. Verùm κύμινδις est Plinio nocturnus accipiter. κοψίχων dicitur esse σίζειν. Cicadarum τερετίζειν. unde & τέττιγος nomen. Meleagrides dicuntur κακκάζειν. Vespertilionum est τετριγέναι, quo uerbo stridor notatur. Angues συρίττουσι, id est sibilant. κίττα, id est pica, κιτταβίζει. Hirundo ψιθυρίζει, susurrat. Nam illud zinzilurare, audacius factum uidetur. ἀηδόνες, id est lusciniæ, apud Sophoclem δύρονται. Anser in iam sæpe adductis uersibus gratitat, Græcis χῆνες παππάζουσι. Addamus & clamores, & lamenta, & quædam πεποιημένα uocabula: atq; ita tandem hanc partem, quæ sanè inter manus admodum excreuit, perficiamus. βοὴ igitur est clamor, Οδυσσ. α'. βοητὺς. & βοῶσι, clamant. πεβοηκότες, Ιλ. μ'.

ὥς τώ γε προβοῶντε μάχην ὤτρυνον ἀχαιῶν: inclamando excitantes, uel obeuntes cum clamoribus talibus. αὐτοβοεὶ autem aduerbium, primo impetu, subitò. & similia de clamoribus militaribus. Apud Homerum significare uolunt βοὴν ἀγαθόν, bellicosum. διαβόητος est famosus. ἐπιβόητον aiunt esse infamem uno aliquo scelere aut flagitio, qui apud Anacreontem ἐπίβωτος: περιβόητον uerò celebrem. etsi & διαβόητον ἐπὶ καλῷ quidam interpretantur. Et Thucydidi lib.6. est ἐπιβόητος, celebris, in oratione Alcibiadis. etsi annotatur ibi, reperiri in aliis exemplis περιβόητος. ἐπιβόημα autem Thucydidi est inclamatio, lib.5. & ἐπιβοᾶν, inclamare. τῷ ἄγιδι ἐπεβόησε. Lib.3. autem significat inclamare. θεοὺς τοὺς ὁμοβωμίους καὶ κοινοὺς τῶν ἑλλήνων ἐπιβοώμενοι: Communis cultus, & publica Græciæ deorum numina inuocantes. Thucyd.5. καὶ διὰ τοῦτα τὰ ἴδια ἐπιβοώμενος, cum propria hæc mea in hominum sermones incurrant. Nam laudem nequaquam hoc loco significari puto. ἀναβοῆσαι, exclamare. quod est ἀναβῶσαι apud Herodotum, ἐλλεί, ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας ἔπε. καταβοή, reprehensio, accusatio, insectatio. & καταβοᾶν, Thucyd.5. τοῦ ἀλκιβιάδου πολλῷ μᾶλλον ἢ πρότερον καταβοῶντος τῶν λακεδαιμονίων: Cum maioribus quàm prius clamorib. insectaretur Lacedæmonios. Est & ἐπιβώσομαι, pro βοήσω, Ionicum, Odyss. β'. βωστρεῖν, inuocare.

— βωστρεῖν δὲ κραταιΐν
μητέρα τῆς σκύλλης. — Odyss. μ'.

In Acharnensibus καταβοᾶν est uincere clamando, κατεβόησε δ' αὖ κεκραγὼς τοξότας τρισχιλίους, superasset clamando ministros publicos ter mille. Et Equitib. καταβοήσομαι βοῶν σε, superabo clamans te clamoribus. In Trachiniis est, καλλιβόας αὐλὸς, sonitus iucundi. βοηδρομεῖν autem, succurrere, id est, ad clamorem accurrere. itemque βοηθεῖν. Ab illo sunt festa βοηδρόμια: & mensis βοηδρομιών, qui incidit in Latinorum Septembrem, id est in Arcturum. Ab hoc βοηθός, & βοήθοος, proprium. Apud Athenæum sunt βῶκες, pisces, quasi βόακες, sacri Mercurio. Homero autem est βοήθοος proprium nomen, Ιλ. ρ'. γεγωνῶ, sunt qui deduxerunt à uerbo φωνῶ, sunt qui à uerbo γνώω. Significat clamorem, seu uocem, qui exaudiatur. Odyss. ε.

— ὅσσον τε γέγωνε βοήσας.

de spacio, quo exaudiri hominis uox possit. Et Odyss. θ.

σμερδαλέον δ' ἐβόησε, γέγωνέ τε πᾶσι θεοῖσι.
Horrendum exclamans conciuit numina cuncta.

Suidas annotat γεγωνοκώμας γυναῖκας, mulieres replentes clamore suo uicos. γεγωνὸν autē dicitur, quod exaudiri potest, id est, uox clara. Vnde & Eurip. uerbo in significatione exaudiēdi usus est, Hippolyto, σαφὲς δ' οὐκ ἔχω γεγωνεῖν ὄπα. Dixerunt & γεγωνίσκειν. ἀϋτὴ est βοή. & ἀΰω. Xenoph. παιδείας α'. ὡς οὐδὲν ἄλλο ἀΰσαντες τὰ τοῦ μεγίστου θεοῦ σημεῖα, de tonitru. κράζουσι, clamant. Aristoph. Equitib. κατανακεκράξομαί σε κράζων, obtundam te clamoribus. Et κράκτης, ac λακεκράκτης, clamator. κραυγή, clamor, & imploratio. κραυγάζειν, clamores edere. Demosth. κατὰ κόνωνος, κατιδὼν δὲ ἡμᾶς καὶ κραυγάσας, conspectis nobis cum exclamasset. ἰάχω, & ἰαχῶ. & βραχῶ. Ιλ. ε.

— ὁ δ' ἔβραχε χάλκεος ἄρης
ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι.

Et ἰαχὴ est κραυγή. & ἰαχήματα, Bacchici ululatus: cuius & cognomētum ἴακχος. ἰύζειν autem Ιλ. ρ'. inclamationē obstreperā notat, πεπνιγμένον, ut uidetur. ἠχεῖν, sonare. unde κακόηχος, ὁ κακόφημος. & ἄπηχον τὸ ἀπῳδόν. ἀπηχὲς autē, ingratum, & inuisum, ac contrarium. βαρύηχον, grauisonum. & alia forma βαρυηχές. ἐνηχεῖν, resonare. Theologus de sancto Paschate, ὁ λόγος ἐνηχείτω σοι, μᾶλλον δὲ κατήχου τὸν ἐνηχήσαντα: Sermo in auribus tuis resonet: uel tu potius, qui insonuit, eum retineto. κατήχησις dicitur nunc propriè de prima doctrina Ecclesiastica, qua imbuantur pueri & imperiti, cum ad audiendas uoces & sententias pietatis & Christianismi assuefiunt. Vocant hunc etiam κατηχισμόν. Loci autem κατηχοῦντες sunt dissonantes, ut Vitruuius interpretatur lib.5. cap.8. περιηχοῦντες, circūsonantes. ἀντηχοῦντες, resonātes. συνηχοῦντες, consonantes. Dixerunt & εὔηχον, sonorū. & ἠχήεις, sonorus est. & ἠχέτα τέττιξ Hesiodo. Solos autem mares esse uocales aiunt in hoc genere. ἠχὼ uerò est illa uel dea, secundum ueteres: uel ut Horatius ait, imago iocosa. Resonabilis Echo,

ut appellat Ouid. repulsus sonus uocis à solidis locis, in quæ incurrit. ἀπύειν etiam, & ἠπύειν, de uoce humana dixere. unde κῆρυξ ἠπύτης, id est uocalis. Lamentorum autẽ & mœroris uocabula sunt, θρηνεῖν, lamentari. & θρῆνοι, lamẽta. Sunt & θρῆνοι, θρηνῳδοί, conducti ad lugubria lamenta. Hi ιλ. ω. sunt,

θρήνων ἐξάρχους, οἵ τε στονόεσσαν ἀοιδὴν,
οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες.

Aiax autem Sophoclis ait,

— οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ,
θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.
— Non est medici boni,
Accinere questus, cum malum ferro indiget.

θρηνητικός, flebilis, lugubris, & θρηνώδης. θρηνήτριαι uerò, quę & ἐγχυτρίστριαι, pręficæ sunt. ὀδύρεσθαι, lamentari. & ὀδυρμοί, lamenta. & ὀδυρτικός, lamentabilis. etsi procliuitatem magis hæc, ut similis formæ nomina, significãt, ut ποιητικός. κλαυθμός, & κλαυθμυρισμός, eiulatus. Itemq́ ὀδύρματα, ὀλοφύρσεις, οἶκτος, οἰκτισμός, & οἰκτιρμός, οἰμωγή: lamenta, questus, miseratio, mœror. ποτνιασμόν, durã: δυσπάθειαν, leuem esse appellationẽ Pollux putat. Verba sunt κλαυθμυρίζεσθαι, eiulare. ὀδύρεσθαι, lamẽtari. & composita, ἐποδύρεσθαι, ἀποδύρεσθαι. δυσπαθεῖν, miserum se esse dicere. οἰμώζειν, mœrere. ὀλοφύρεσθαι, lamentari. & cõpositum, κατολοφύρεσθαι. ποτνιᾶσθαι, dijs & hominibus conqueri miseriã. οἰκτίζεσθαι, miserabiliter queri, seu miserari. Est & γόον, uocabulum questus ac lamentorũ. Et πυθίων ιβ΄. ἐρικλάγκταν γόον, lamentabilem sonum. & uerbum γοᾶν, lamentari. & γοερόν, lamentabile. & Hesiodo ὀρθρογόη χελιδών, matutino quiritans. στενάζειν, & στενάχειν, non solum gemitus, sed & quiritationem significant. & στοναχή, & στόνος, questus. nam & στένω uerbum est. & στεναγμός. & στονόεις, lamentabilis. His admoniti, etiam πεποιημένα quædam, id est imitantia, seu exprimẽtia certas uoces humanas, cõmemoranda iam duximus. ἐλελεύς, & βρόμιος, Dionysus, ductis nominibus de clamore. idemq́ Εὔαν. ἀναβάσεως autem α΄. ἐνυαλίῳ ἐλελίζουσι, conclamant in prælio. ἀλαλάζειν, clamore exultare. & ἀλαλαγμός, exultatio clamoris. & ἀλαλητός, ιλ. δ΄. & ἀλαλαί. Trachin. ἀνωλολύξατε δόμοις ἐφεστίοις ἀλαλαῖς. Nam & ὀλολύζειν, & ὀλολυγμός, clamorem lætum, seu alacrẽ notat. ut in Aristoph. Equitib. ἐπολολύξαι. & Odyss. γ΄. αἱ δ' ὀλόλυξαν. ὀλολυγὼν autem ranarum est. ποιοῦσι δὲ τὴν ὀλολυγόνα, ὅταν ἀνακαλῶνται τὰς θηλείας πρὸς τὴν ὀχείαν: Hic ululatus eliditur cientibus maribus ad coitum fœminas, qui tum dicũtur ὀλολύζοντες, ut retulit ex lib. 4. de Natura animal. Plin. lib. 11. cap. 37. Item βρυάζειν, exclamare. Aristoph. ibidem, ἀνεβρύαξαν. βεβρυχὼς autem de gemitu morientiũ, ιλ. ν. & π΄. Ad sermonem & παφλάζειν trãsfertur. Et in ιι. ὑβριζόμενοι, γλώσσῃ παφλάζουσι, grandius quiddam, et quasi fluctuans strepunt, ut in antiqua comœdia Cleon. Est autem uerbũ propriè undarum, & bullientis aquæ. λαλαγεῖν, resonare. & λαλάγημα, & λαλαγή, apud Horatium, nomen amicæ, ut uidetur. Et καναχή, uox est. & καναχίζειν, sonare. γογγυσμός est murmur indignationis. & uerbum γογγύζειν, in historia Euangelica. κωκύειν, ululare. unde κωκυτός, ululatus. μύζειν, & γρύζειν, mutire, & mussare, et mussitare. Et Pindaro, οἱ νικώμενοι ἀγρυξίᾳ δέδενται, uicti mussitant. Itemq́ τρύζειν, γρυλλίζειν, στρύζειν, ῥύζειν, mussitationum strepitus & stridores notant. συρίζειν, sibilare. & συριγμοί, sibili. et συρίζεται, qui sibilis exagitatur, seu exibilatur. Aeschines in Ctesiphontem, ὥστε συρίττεσθαι διὰ τὴν ἀσχημοσύνην, ut exibilaretur deformitas. Τὸν ἐλεγχόμενον πρέπειν συριγμόν, id est, exibilandum conuictum, dicitur in Conuiuio Xenoph. ὑποψιθυρίζουσα Theocrito est admurmurãs, uel tacitè incantans. de quo & suprà. ψίθυροι sunt susurri. & ψιθυρίσαι. Virgil. de apum murmure, uel sanè uentorũ sibilis inter salices, est usus uocabulo: ut Theocritus de leni sibilo auræ resonantis in pinu,

ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα. —

Significat autem uerbũ etiam in aurem aliquid insusurrare, in Euthydemo, & Plutarcho περὶ ἀδολεσχίας. Et de obtrectationibus ponitur. nam Apostolo ψιθυρισμοί obtrectationes sunt. Et λόγους ψιθύρους, dixit Chorus in Aiace, obtrectationem maledicẽtiæ. Notat & blandos susurros, & occultiora uerba. Plutar. Alcibiade, de Timæa uxore Agidis, quæ ex Alcibiade diceretur suscepisse Leotychidem, τικτούσης παιδάριον ἄρρεν ἔξω μὲν Λεωτυχίδην καλεῖσθαι, τὸ δὲ πρὸς αὐτὸ ψιθυριζόμενον

εἰζόμενον ὄνομα πρὸς τὰς φίλας, καὶ τὰς ὀπαδοὺς ὑπὸ τῆς μητρὸς, ἀλκιβιάδην εἶν: Vt cum peperisset puerũ marem, palàm quidem illum uocaret Leotychidem: sed intus occultius editum, ad familiares mulieres, & famulitia, nomẽ esset Alcibiadis. Et Agesilao, ὥσπερ δὲ οὐ πάνυ δυσκόλως τὴν τιμαίαν φιλογελεῖν φησι δοῦρις, ἀλλὰ καὶ ψιθυρίζουσαν οἴκοι πρὸς τὰς εἰλωτίδας, ἀλκιβιάδην τὸ παιδίον, οὐ λεωτυχίδην καλεῖν: Hoc Duris illã molestè tulisse negat. Quin etiam solitam fuisse interioribus in sermonib. apud ancillulas, puerum non Leotychidem, sed Alcibiadem appellare. Et ψιθυριστὴς Mercurius. Habet & τονθορύζειν, murmuris significationem. In Ranis,

τί δὲ τονθορύζεις ἡνίκ᾽ ἂν πληγὰς λαβὼν,
πολλὰς ἀπ᾽ ἧς θύραζε; —

Quid cum foras, ubi uapulasti largiter,
Cum murmure exis? —

μινυρίζειν & luctum & carmen subtilius notat. Dixere & μινύρεσθαι, ut κινύρεσθαι. Aristoph. Equit. τί κινυρόμεσθα; quid quiritamur. Huc addi poterunt σχετλιαστικὰ, & quas interiectiones Latini uocarunt. Et illud, τύπαξ ὡρακλῆς, in Euthydemo, & Equitib. & ὑπεπιππάπαζον, id est, laudantes acclamabant, ibidem. Et παππάζειν, quod blandientium puerorũ uocem notat, & pax, & tax. Posſit his apponi & λακεῖν, & λασκεῖν Eurip. Andromach.

—ξυνὸς δ᾽ ὑπὸρ
τοιαῦτα λάσκεις σὺν ἀναγκαίοις φίλοις.

Et ἰύζειν, ιλ. ρ΄. & ἐπισίζειν, ac ἐπισίξαι, quæ notant canum instigationẽ in Vespis. Et ῥοθιάζειν, in Acharnensibus, de strepitu uoracitatis. Et ποππύζειν: unde ποππυσμοὶ, ac ποππύσματα. Et κλώζειν, unde κλωγμός. His equites usos fuisse, Xenophon quoq; indicat. Nos ita aliquando interpretati fuimus, ut faceremus ποππυσμὸν, sonum acutiorem, editum labris compresſis: κλωγμὸν uerò, palati ac gutturis. Explosionẽ etiam notat κλωγμός. κλώζονται enim, ac συρίττονται, qui exploditur, ac exibilatur, ut Pollux ait lib. 4. Sed in his immorari, planè fuerit alienum, atq; superuacuum. Restant igitur de ijs quæ proposuimus, commemoranda, risus uocabula, id est γέλωτος: in quo & os aperitur, & nudantur dentes, & editur sonus aliquis intra maxillas perstrepẽs: siue hic est diffundẽtis sese caloris in sanguine quasi βρασμὸς, id est, concitati sonitus, seu προαιρετικῶς editur. Hic hilaritatis & lætitiæ index. unde & ridentia sunt læta, & colores ridentes. Et apud Matth. Beati flentes, ὅτι αὐτοὶ γελάσονται. Gelasimi, id est τῷ γελασίμου, quasi Ridiculi nomẽ est apud Plautum in Sticho, ut uidetur. unde & καταγελάσιμον, ludẽs ille nominauit. Nam in græca lingua, etsi hoc ducitur à uerbo, sicuti βάσιμος, & περάσιμος, locus quà pergi & meari posſit: non tamen usitatum est, sed γελοῖος. Sunt autem ridiculi etiam γελωτοποιοὶ, qui risum captant, hoc est, aut dictis aut gestibus hoc consequi uolunt, homines ut rideãt. cui rei παράσιτοι, id est, alieni cibi sectatores, solent studere: ut ille Plautinus, quem modò memoraui: & Philippus in Conuiuio Xenoph. γελασείω est, ad risum incitor. ut in Phædone, οὐ πάνυ γε μὲ νῦν δὴ γελασείοντα ἐποίησας γελάσαι: Ridere me fecisti, apud quẽ risui nunc nõ multũ loci est. γελαστὴς, derisor. γελοιαστὴς autem, ridiculus, id est, risum ciens. γελασῖνον dentẽ interpretantur, ut diximus: cum Gręcis tamen quasi sulculos etiam esse placeat, qui in ore ridentium apparent. Hoc cognomentum fuit Democriti, perpetuo risu insectantis hominum uanitatem. Dixerunt autem γέλωτα ὀφλισκάνειν, & ὀφλεῖν, exponere se risui. et γέλωτα καταχέειν, risum effundere. & γέλωτα ποιεῖν, risum commouere. Item γέλωτα ἐγείρειν, excitare risum. & θάσσω γέλων, Medea. Et γελοῖα sunt ridicula. γέλως etiam de futilitate ponitur, quæ derideri solet. Demosth. Philip. 4. ἐπεὶ νῦν γε γέλως ἔσθ᾽ ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασι, in his rebus plane ridiculè uersamur. Plato autem Theæteto, γέλωτα δή με ἐν τοῖς λόγοις ἀπέδειξε, ridiculum me esse disputatorẽ ostendit. Aristoph. uerò in Vespis, εἰς τὸν γέλων τὸ πρᾶγμ᾽ ἐνέτρεψας, uertisti rem in risum. Et risus ἐπίθετα quædã prouerbia fecerunt. Somnij interpretationem Suidas retulit,

γελᾶν καθ᾽ ὕπνους δυσφόρους ἕξεις τρόπους.

Molestiam in sopore risus indicat. διαγελᾷ, quod & de luce diei usurparunt. Heliodorus, ἡμέρας ἤδη διαγελώσης, καὶ ἡλίου τὰς ἀκρωρείας καταυγάζοντος: Die iam lætitia sese ostendente, & sole illustrante fastigia rupium, Et ιλ. τ΄.

αἴγλα

αἴγλη δ' οὐρανὸν ἷκε, γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθών.

Arua renidebant, penetrante sub æthera luce.

ἐγγελᾶν, irridere. Medea,

—λύξ δὲ ἄλγος, ἢν σὺ μὴ 'γγελᾷς.

Consolationem ait esse doloris, si effugiant derisionem. Et ἐπεγγελᾶν, Aiace. θανοῦσιν ἐπεγγελᾶν, insultare mortuis. ὑπογελᾶν, arridere. Et γελᾶν ἐπί τινι, est ridere incitatum ab aliquo. ἐκγελᾶν, risum emittere. Hesiod.

—ἐκ δ' ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Et ἔκγελως, inquit Pollux apud Platonem. ὀδυσσ. autem ς'. Antinous,

ἡδὺ ἄρ' ἐκγελάσας, προσεφώνεε μνηστῆρας.

προσγελᾶν, arridere. Eurip. Medea,

ἄψυχον εἰκὼ προσγελῶσα σώματος.

arridens imagini in speculo. καταγελᾶν, irridere. & κατάγελως. In Critone, καὶ τὸ τελευταῖον δὴ τουτί, ὥσπερ κατάγελως τῆς πράξεως: Ac erit hæc postrema, quasi risus singularis clausula. Demosth. κατὰ δὲ συνδεδραμήκασι(?), καὶ ὥσπερ ἐπὶ καταγέλωτι αὐτοὶ δικασταὶ ἐληλύθασιν, quasi ridiculi gratia adsunt disceptaturi. παγγέλοιον, penitus ridiculum. γελαστικός, de homine dicitur, qui solus omnium animantium ridere soleat. καταγελαστικῶς autem, irrisoriè. πλατὺς γέλως, risus multus, apud Pollucem. et σαρδόνιος. In epigrammate, σαρδόνιον γελάσεις. Homero ὀδυσσ. υ'. ridet Vlysses,

σαρδάνιον μάλα τοῖον.—

risum acerbum, & lætiferũ procis, eum nimirum, quem ridet Iuno ιλ. ο'. in summo dolore,

χείλεσιν, οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν ἰάνθη.—

Negat frontem exporrectam, seu diffusam fuisse, ut in lætitia solet. Et huiusmodi hilarem risum ridet Cẽtaurus πυθίων θ'. ἀγανὸν χλιαρὸν γελάσσαις ὀφρύι. ἄσβεστον autem γέλωτα inter deos excitat Vulcani claudicatio, ιλ. α'. ἀγέλαστον interpretãtur serium, uel quod risum non mereatur. Lucilius autẽ ἀγέλαστον appellauit Crassum, qui semel in uita risisset, ut dicitur in 5. de Finib. ἀγελαστῶ autem inquit Heraclitus in quadam epistola sua, id est, à risu abstineo. Nam hic miseriam rerum humanarum defleuisse semper traditur, quarum inanitatem Democritus deridere consueuisset. Et ἀγέλασι Euthydemo, aduerbium. καταγέλαστος, deridiculus. Et mare γελᾷ, ridet, id est, tranquillum est. & καταγέλασμα maris. Dicuntur de risu & hæc: μειδιασμός, & μειδίασμα, & μειδίασις, risus lenior atq; blãdior. Et uerbum μειδιᾶν, cum compositis, ὑπομειδιᾶν, ἐπιμειδιᾶν, subridere, leuiter arridere. Et Homero μειδᾶν. ιλ. α'.

—μείδησε θεὰ λευκώλενος ἥρη.

& ιλ. δ'.

τοὺς δ' ἐπιμειδήσας προσέφη νεφεληγερέτα ζεύς.

Et Venus est φιλομειδής, ιλ. ξ'. læta. καγχάζειν. Aiace, πάντων καγχαζόντων γλώσσαις. Xenophon Symposio, Κριτόβουλος δὲ καὶ ἐξεκάγχασεν, Critobulus etiam in risum effundi. Græci, ut inquit Hector ιλ. γ. καγχαλόωσι, ualde rident. Et καγχαλόων, est lætus & splẽdidus, ιλ. ζ'. Et καγχασμός, cachinnos significat, id est risum uehementiorem. Itemq; καταχλεύη, & καχλεύη. Apud Theocritum est καχαξῶ, Doricè, in cachinnos effundar, εἰδυλλίου ι. Sed & κιχλίζειν, immodicè ridere, & ineptè, in Nubibus Aristoph. interpretantur. Risu autem inepto, secundum Catullum, ineptior res nulla est. χλευασμός, et χλεύη, & χλευασία, & uerbum χλευάζειν, & composita καταχλευάζειν, ἐπιχλευάζειν. Derisionem quidem illa, sed magis dicteria, & sales, ut dicitur, nigros notant: quemadmodum & τωθάζειν, & καταμωκᾶσθαι, & κατειρωνεύεσθαι, & σιλλαίνειν(?). Esse autem διάλεκτον, id est orationem, uocem, dubium esse nequit: sed nõ ideo uox etiam διάλεκτος statim est. Nam ut Galenus ait, uox efficitur ab organis ijs, quæ φωνητικὰ uocãtur: διάλεκτος uerò ab ijs quę ipse appellat διαλεκτικά. Nobis aũt disputationes tales admiscere, nõ est propositũ, nisi quatenus interpretationis causa inde necessariò aliquid assumendũ esse uideatur. Est igitur uox, sonus qui in palato resonat, ἀὴρ σφοδροτέρας ἐκπνοῆς, ὅταν ἀθρόως τοῦ πνεύματος ἔξω φορᾷ. Hæc iam est ἐκφύσησις, de qua & ipsa suprà, quæ in gutture, quam ipse λάρυγγα uocat, resultans ita ore emittitur. Nam alia est quędam ἐκφύσησις cum sonitu, quam streperam, id est ψοφώδη, nominat: quæ fit in faucibus, id est, ὑπὸ τῶν τοῦ φάρυγγος μυῶν. Vox autem, ut diximus, fingitur à lingua in ore. Sed ad hanc quasi officinam orationis, requirũtur instrumenta

dentium

dentium quoq;, & labiorum, atq; inſuper foraminũ naſi, necnon palati, quem ὑπερῷον diximus appellari: & gutturis, ſeu γαργαρεῶνος, de quo paulo pòſt. Sed ad expeditum, et bonum, atq; liquidum ſermonem, ipſius præterea linguæ modo, & apta cõnexione opus eſt. Itaq; dici ſolet de lingua, quòd ſit aut πλατεῖα, aut μέση, aut πεπεδημένη: lata, media, impedita. Et ſecundũ hæc diſcrimina, κομψὸς, στωμύλος, λωτίλος, περίτροχος. Delicias facientes in loquẽdo, garrulos uocãt, & uerboſos, & dilatatores uocis: id quod exprobratur mulierculis Doricè fabulantibus, in ἀδωνιαζούσαις,

παύσασθ' ὦ δύστανοι, ἀνήνυτα κωτίλλοισαι
τρυγόνες ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.

Eobanus Heſſus, clariſsimus & uir & poeta, ita uertit,

Deſinite ô miſeræ, garritibus omnia uanis
Turturibus mos eſt complere loquacibus olim.

Item ἰσχνοφώνους καὶ τραυλοὺς, cuiuſmodi dicitur fuiſſe ὁ Βάττος, in Terpſichora, ut diximus. Et ψελλοὶ, atq; ψελλίζοντες, balbi, et balbutientes omnes. Et uitium ψελλότης, balbuties: ſicut τυφλότης, cęcitas. Lucret.

Balba loqui non quit, τραυλίζει. —

ὑποτραυλίζων autem eſt in Timone Luciani, de ebrio balbutiente. Atq; etiam ἡ γλῶσσα παίει, in Problematis Ariſtot. id eſt, uacillat, uel offendit. quod & teutonicè eodem modo dicitur de temulentis. Media eſt βελτίστη καὶ σαφεστάτη, id eſt optima & planiſsima, ut ait Ariſtoteles. Vox quidem cùm aliter, tum κατάρροις, id eſt deſtillationibus, & nimio clamore corrumpitur. Hoc uitium eſt βράγχος. unde & βραγχώδης φωνὴ, & βραγχιῶντες, & βραγχαλέοι: raucedo, ac rauis, & rauci, quaſi rauici. Raudus autem apud Catullum, quaſi rauidus, à colore: & æs quoque raudum, â colore potius, quàm ruditate appellatum crediderim. Rauſlij item, & Rauiſtelli, & ſimilia, coloris ſignificationem habent. In ſecundo Thucydidis eſt βράγχος, raucedo. Βάττος autem fuit Theræus, cõditor Cyrenarum, ut arbitror, propter uitium linguę ita nominatus. Et Battus paſtor, Metamorph. & βαττολογία, loquacitas, ſeu uerboſitas. & βαττολογεῖν, blaterare. & βατταρίζειν, τὴν γλῶσσαν διαστρέφειν, detorquere uocem, & hæſitare in loquẽdo. Cicero Attico lib. 6. ἔδοξέ μοι θαμὰ βατταρίζων καὶ ἀλύων ἐν τοῖς συλλόγοις, καὶ ταῖς λέσχαις: Viſus mihi eſt crebrò garriens, & glorians in conuentibus & cõgreſsibus uulgaribus. Sunt autem ψελλίζοντες, & ψελλιζόμενοι, balbutientes. Ariſtot. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ α΄. ψελλιζομένη γὰρ ἔοικεν ἡ πρώτη φιλοσοφία περὶ πάντων, ſimilis balbutienti. Idem inter ἰσχνοφώνους & τραυλοὺς et ψελλίζοντας ait hoc intereſſe, quòd τραυλότης non aſſequatur alicuius literę pronunciationẽ, ſed ψελλότης literam uel ſyllabam quaſi ſupplantet, ἰσχνοφωνία uerò non expeditè connectat ſyllabas ſyllabis. Blæſos latinè dixere & titubantes, ut ebrij ſolent, & in primis ρ literã non exprimentes, ut de Alcibiade & Demoſthene accepimus, cum hic tamẽ uitioſam hac in parte naturam ſtudio & induſtria emendauerit. Eſt & μογιλαλία, id eſt, cum magno conatu uix exprimitur oratio, inter notata linguæ uitia. Et κοιλιοστομία, cum uox in ore quaſi ſpecu obſcuratur, & quaſi in receſſu auditur. κολοβωτοὺ autem, qui ultimas ſyllabas ſupprimunt. Iuriſconſulto aliquis eſt, qui grauiter loquitur, qui ἀσαφῶς, id eſt, minus planè: qui ἀσήμως, id eſt obſcurè. Itemq; balbus, blæſus, ἄτυπος, id eſt, ſonos confundens, quiq; tardius loquitur. Muti autẽ ſunt, qui loqui non poſſunt. Tacent, qui non uolunt, de quibus & ipſis aliquid dicendum putauimus. Muti igitur ſunt κωφοὶ. & κωφὰ πρόσωπα, perſonæ mutæ in fabulis, ut Storacis in Adelphis. Sed & de animo inerte dicitur, ψυχὴ ὑπόκωφος. Aiace, ἐγὼ δ' ὁ πάντα κωφὸς, ὁ πάντ' ἄϊδρις κατημέλησα: Ego penitus iners, penitus ignarus, neglexi te. Dixerũt & ὑπόκωφον, & ſurdaſtrum, & qui ſimularet ſe non audire. de quo uocabulo & poſtea dicetur. Infantẽ autem dixere Latini puerum, qui fari non poſſet, id eſt νήπιον: & infacundum, qui eſt ἄφωνος, ἀμήχανος, ἰχθῦς, ψυχρὸς, infans, uecors, piſcis, guttula, propter exilitatem. Silere autem eſt σιωπᾶν. & σιωπὴ, ſilentium. & σιωπηλὸς, ac σιωπηρὸς, ſilens. Et σιγᾶν, tacere. & σιγὴ, taciturnitas ac ſilentium: hæc enim non idem uocabula latina ſignificant. Aiace,

—γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

& Oreſte,

—ἔστι δ᾽ οὐ σιγὴ λόγου
κρείσσων γένοιτ᾽ ἄν, ἔστι δ᾽ οὐ σιγῆς λόγος.

Taciturnitatē mulieri decus addere dicitur: & esse, ubi præstet silere, quàm loqui: & contrà, ubi loqui, quàm silere. σιγαλόεντα apud Homerum, sunt ita præclarè elaborata, ut cum silentio spectari debeant, ut ἡνία σιγαλόεντα. Et Odyss. τ΄. χιτῶνα σιγαλόεντα. Et Odyss. λ΄. ῥήγεα σιγαλόεντα. σιγηλὸς, & σιγηρὸς, taciturnus. σιγάζειν, sedare, ad silentium hortari. ut in præconijs Hecuba,

σιγᾶτ᾽ ἀχαιοὶ, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς.
σῖγα, σιώπα. —

Est autem σῖγα, tacitè. σιγέρπης, tacitè arrepens. Item ἄκου, σῖγα. & σῖγα, κάθιζε. Placuit & alia quædam addere, uel quæ in ore fiunt, uel de ore emittuntur, uel ore accipiunt: ut hęc nostra indicatio quàm maximè perfecta & absoluta esset. χρέμπτονται igitur homines, id est, screant, eijcientes ex ore illa quæ ad arteriam deferuntur, aut in arteriam delata fuere pituitosa, aut cuiuscunque modi alieniora. Lucianus in defensione imaginū, assentatorem quendam Cynæthum Demetrij, cognomento oppugnatoris, cum omnia dicta consumpsisset, forte illum infestante tussi dicit collaudasse, ὡς ἐμμελῶς ἐχρέμψατο, id est, à numeroso & modulato screatu. Verbum est & ἀναχρέμπτεσθαι, & ἀποχρέμπτεσθαι, excreare. χρέμψις, screatus. & Hippocrati ἀποχρέμψιος. χρεμπτίζειν etiam de hoc sonitu fecerunt. unde & pisci, & seni comico nomen factum χρέμης, qui est & χρεμὴς. Sed uerbum, ut diximus, de equis propriè usurpatur.

Tussis est βήξ. & uerbum βήττειν, tussire. & βηχικὰ, remedia ad tussim. Hæc uehementior expulsio eorum quę contraria sunt pulmonibus & arteriæ. Sed de his in nominibus morborū dicetur fortasse copiosius. Simulant aliqui tussim, ut sæpe cùm alij, tum adhærescentes in dicendo: de quibus prouerbium retulit Suidas, ἀπορία ψάλτου βήξ. Cum fidicen, inquit, hæret, tum tussit. λύζειν, singultire. & λύγξ, ac λυγμὸς, singultus. ἐρεύγειν, & ἐρυγγάνειν, ructare. & ἐρυγὴ, ructus. & ἐνερεύγειν, irructare, in Pseudolo. Athenæus autem περιερεύγειν de quodam Comico refert lib. 6. οἷς ἐπεισὶ περιερύγοι ῥαφανῖδα. Sequitur cibus, qui & ore accipitur, & in ore ad nutrimentum comminuitur: itemque potus. Demittitur autem cibus confectus in ore, & mollitus dentibus, per stomachum in aluum. Hic igitur manditur, de quo diximus: & manducatur. unde Manducus Plauto Rudente. & Manducones & Mansutios indidem deducunt. Edere & comedere, ἐσθίειν, & ἔσθειν. ἔσθων καὶ πίνων, Ιλ. ω. κατεσθίειν, ἐδηδέσαι, & κατεδηδέσαι. Reperitur tamen & actiua forma ἐδηδοκὼς, & media ἐδηδὼς, κατὰ ταῦρον ἐδηδώς. & passiuè, ἐδήδοται. & ἀπεδήδοται. ὄρνισι,

βρύκειν δ᾽ ἐπιδήσαι φησί μου τοὺς δακτύλους.

Mordendo uelle abripere ait digitos. & ἐδητὺς, ac ἐδωδὴ, cibus. ἐδημόνα etiam dixere τὴν φαγέδαιναν. Et ἐδωδοὶ sunt Hippocrati, qui alijs ἐδωδιμώτεροι, uoraces. ἐδωδοὶ καὶ ἄποτοι, multi cibi, & pauci potus, ἐν τῷ περὶ ἀέρων ὑδάτων καὶ τόπων. Adedere & ambadedere dixit Plautus Mercatore. συνεσθίειν, unà comedere. τρώγειν, rodere, ut suprà retulimus: sed et comedere. unde ἐντραγεῖν, cibum statim capere. Athen. ex Comico quodam lib. 6. ἐντραγὼν πιών. ἐκτραγεῖν, deuorare. Et est apud Suidam ἀπότρωκτον ἄλφιτον, polenta nescio quę, reperta ab Epicharmo ad uorandum. φάγειν, uesci. καταφαγεῖν, deuorare. Athen. ex Menandro, γῆν πατρῴαν καταφαγεῖν, paternos agros deuorare. & ex alio, καταφαγεῖν πατρῴαν οὐσίαν, deuorare patrimonium, ut Catullus. ἐμφαγεῖν, properè comedere. Placet autem esse uerbum factū à fagis, quarum glandibus, priusquā fruges repertæ essent, homines uescerentur. Interpretantur φαγόνας, σιαγόνας. Et φάγημα, pabulū. φαγέδαινα autē, à pastu, ulceris malum. At φαγήσια, & φαγησιπόσια, festa apud Athenæum lib. 7. antiqua, ab epularum & potus, ut apparet, hilaritate. φυκοφάγος, piscis est apud Athenæū ὁ λάβραξ, sacer Apollini. σκατοφάγος autē Aesculapius medicus in Pluto. Et Iuno αἰγοφάγος, apud Lacedæmonios. Et Aetoli ὠμοφάγοι Thucydidi, crudiuori. Et Aristoteli τὸ γαμψώνυχον ὠμοφάγον. curuis ungulis aues sunt crudiuoræ, περὶ ζῴων μορίων δ΄. ἀνθρωποφάγοι, quidam immanes populi, uictitantes carnibus humanis, ut nauigatores de Canarijs narrant. σαρκοφάγοι, & κρεωφάγοι, carniuori. σαρκοφαγία à Plutarcho

tarcho uituperatur. Et σαρκοφάγου nomen lapis habet. ἰχθυοφάγοι autem, piscibus tantum uescētes. ἀδηφάγος, uorax. δωροφάγος, largitionum appetens. μονοφάγος in probro apud Athen. lib. 1. & uerbū μονοφαγεῖν. Aristoteli περὶ μορίων δ΄. est βίος ποηφάγος, uictus herbarum. Eidem & alibi, & primo πολιτικῶν, sunt animalia alia ζωοφάγα, quæ animantes deuorāt: alia καρποφάγα, quæ fructibus uescuntur: alia παμφάγα, quæ omnis generis cibis utuntur. Euripidi autem Medea est πῦρ παμφάγον, omnia deuorans. Et Sophoclis sunt, referente Athenæo lib. 4. μαστιγίαι, κέντρωνες, ἀλλοτριοφάγοι: mastigiæ, uerberones, alienum uorātes cibum. Et Cyclops apud Homerū non est similis ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, qui frugib. uescitur. Apud Hieronymum contra Iouinianum, est uermiculus Phrygiæ & Ponti, opulentis in delicijs, ξυλοφάγος, albus, obesus, nigello capite, nascens in carie lignorum. σιτεῖσθαι quoque, & σιτίζεσθαι. uesci. Aristoph. πλοῦτῳ, σιτεῖσθαι αὐτὸ μὲν ἄρτων μαλακῶς πέψας. Et ἐν φίλαις, τί δαὶ λιμνηδόν τὴν σιτίαν σιτιζόμαι; Theocr. μὴ πρᾶκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ. σιτεῖν autem, & σιτίζειν cum accusatiuo, pascere. Xenoph. Sympolio, οὐ ἀλεκτρυόνας σκόροδα σιτίσαντες, gallinaceis ubi cibum dederunt allia. Est autem σῖτος, cibus. & pluraliter σῖτα, ut ποτά, cibus & potus. & diminutē σιτάρια. & σῖτος, annona, itemque frumenta. unde hæc temporis notatio, περὶ σίτου ἐκβολὴν & ἀκμήν, Thucyd. δ΄. & σιτοδεία, penuria annonę. Polybio autem est lib. 1. σιτολογεῖν, τὸν σῖτον συνάγειν, id est, frumentum colligere. Et Xenophonti ἑλλην. δ΄. συνανασιτεῖα, est σιτοδεία. πλοῖα autē σιταγωγά, naues onerariæ. σιτοπομπεία, cùm alibi apud Demosthenē, tum in oratione περὶ στεφάνου, res frumentaria, seu procuratio annonę. βουλόμενος δὲ σιτοπομπείας λύειν γενέσθαι. σίτησις, alimentum, seu cibus, Ciceroni uictus cotidianus, in 1. de Oratore, ubi interpretat̄ id quod Plato Socratis uerbis refert, τιμῶμαι δὲ ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως. σιταρχεῖν, cuius esset, ut puto, curatio publicorum frumentorum. & σιταρχίαν, rem. & σιτάρχημα, nescio quid dixerunt, quod est in uersu cuiusdā Comici apud Athen. lib. 6. & σιτηρέσιον, inde factum, cibaria, siue cibus cotidianus: ut in exercitu, ἀνάβασιν s΄. & merces militaris, in 1. Philip. Demost. ἵνα δ᾽ ἱκανῶς τῷ μηνὸς ὁ στρατιώτης δραχμὰς σιτηρέσιον λαμβάνῃ: quæ est par ei quam nunc pendunt, coronati, seu ducati. Hinc etiam deducunt σιταίνειν, apud Hippocratem, ex horno tritico panem. σιτία & ipsi cibi sunt. σιτηρόν autem, uas cibarium. Placet autem, hoc esse discrimen inter τὸν σῖτον, & τὸ σῖτον, ut illum triticum intelligere debeamus, hoc alimentum. σιτομέτριον, in 12. cap. Lucæ, est dimensum. Syracusij autem, ut Athenæus refert lib. 3. colebant Δήμητρα σιτώ, et σιμαλίδα, nominibus ductis à tritico & simila. σιτωνεῖν autem, frumenta coemere. & σιτώνης, ac σιτοκάπηλος, qui Dardanarius dictus fuit. Fuerunt tamen σιτῶναι, quidam publicè præfecti frumentis coemendis, teste Polluce. Apud Homerum σῖτος est uictus humanus, ut panis,

σῖτον δ᾽ αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα.

& ιλ. ι.

ὁ γὰρ σῖτον ἔδουσ᾽ ὁ πίνουσ᾽ αἴθοπα οἶνον.

σιτοποιός, qui panes coquit. σιτοποιεῖν uerò, cibum parare, in 4. παιδείας λόγου. σιτοβόλια, horrea. σιτόκουρος, apud Menandrum, ut ait Athenæus, nullius frugis, et in cuius alimoniam quæ impenditur opera perit. σιτευτοὶ χῆνες, & μόσχοι, altiles anseres, ac uituli. In Matth. cap. 22. sunt σιτιστά, quæ saginantur. σιτεύομαι, cibum accipio. Thucyd. 4. τούτων περὶ εἴκοσι ἡμέρας, ἐν αἷς οἱ πρέσβεις περὶ τῶν σπονδῶν ἀπῆσαν, ἐσιτοδοῦντο: Cibus illis præbebatur diebus fermè uiginti, quibus fœderis faciēdi causa legati abessent. ἀρτοσιτεῖν, pane uesci. & ἀλφιτοσιτεῖν, polenta, Xenophon λόγου παιδείας s΄. μονοσιτεῖν, semel uesci, Hippocrati: & solum uesci, apud Athenæū lib. 2. & insuper, ἀναγκοσιτεῖν, coactum uesci. Ad quod exemplum & ἀναγκοποτεῖν, de coactione bibendi dici posset: quæ & de cōuiuio Platonico remouetur, ubi placet, πίνειν ὅσον ἕκαστος ἂν βούληται, ἀνάγκης δὲ μηδεμιᾶς εἶναι. αὐτόσιτος autem, & οἰκόσιτος, qui domi pascitur apud se. Dixere & οἰκόσιτον, qui suo cibo alijs publicè priuatim'ue inseruiret. ἀπόσιτος, qui à cibo abstinet. & ἄσιτος, impastus. Galenus tamen significationem horum nominum distinxit, in commen

tario primo de primo libro ἐπιδημιῶν, ἀσίτους, inquit, appellamus τοὺς ἀπεστραμμένους προσφέρεσθαι σιτία, hoc est, auersantes cibos: ἀσίτους δὲ, τοὺς μὴ προσενηνεγμένους, qui non sumpserunt. Hippocrati est εὐσιτέων, ὁ τροφὴν λαμβάνων, id est, qui pascitur: & ἀσιτέων, qui non pascitur, quem κακόσιτον Galenus uocat. Ἐρωτιανὸς etiam ἀσιτίαν interpretans, ait esse Hippocrati ἀνορεξίαν, id est, abhorrentiam à cibo. Sed in Actis apostolicis est ἀσιτία, inedia, cap. 27. πολλῆς δὲ ἀσιτίας ὑπαρχούσης. ἐπισιτία, cibaria. ἐπίσιτος & ἐπισίτιος, cui pro opere cibus rependitur. ut sunt Platonici ἐπίκουροι, nihil accipientes, nisi uictum, ob propugnationem ciuium, πολιτ. δ΄. initio. ἐπισιτίζεσθαι, uictum parare. et ἐπισίτισις, et ἐπισιτισμός. Xenoph. ἑλλην. 3. καὶ ἐγένετο αὐτὴ ἡ στρατιὰ ὥσπερ ἐπισιτισμὸς τῇ Πελοποννήσῳ, fuit illa expeditio pro commeatus copia Peloponesiacis. In oratione περὶ στεφάνου, ἔχοντες ἐπισιτισμὸν ἡμερῶν τετταράκοντα, cibum dierum quadraginta. ὁπόθεν δὲ ἐπισιτισάμενοι πορευσόμεθα, οὐκ ἔστι: Non est, unde commeatum petamus, ut pergere possimus, ἀναβάσεως ς΄. Et antè β΄. ἐτύγχανεν ἀπὼν ἐν κώμῃ τινὶ ἐπισιτιζόμενος: Aberat in quodam uico, profectus ad commeatum. Et Polybius lib. 1. οἱ ῥωμαῖοι προσεπισιτισάμενοι, re frumentaria aucta. Est & ἐπίσιτος, παράσιτος: & ἐπισιτίζειν, παρασιτεῖν, ut ostendit Athen. lib. 6. κακόσιτος, qui malè pascitur. ὀλιγόσιτος, qui modico cibo utitur. σύσσιτοι, qui simul cibũ capiunt. & συσσίτια Lacedæmoniorum, communes epulæ: φιδίτια, dicta. φιλόσιτος, cibi appetẽs. πολιτειῶν ἑ. ὥσπερ τὸν περὶ τὰ σιτία δυσχερῆ, οὔτε πεινῆν φαμὲν, οὔτε ἐπιθυμεῖν σιτίων, οὐδὲ φιλόσιτον, ἀλλὰ κακόσιτον εἶναι: Vt eum qui ad cibos nauseat, neque esurire, neque appetere cibos dicimus, neque cupidum esse cibi, sed malè pasci. παράσιτος autem, conuictor. Neque fuit aliquãdo inhonestum uerbum: postea uerò leuitate & uanitate hominum infamari cœpit, ut ijdem essent parasiti & assentatores, qui sunt κόλακες, homines inanes & nihili: qui non solum, ut Gnatho ille, aiant, quod alius ait: sed etiam, qui crepitum, tus dicant esse, ut ille refert apud Athenæum obscœnius quidẽ aliquanto hoc modo, ἐπειδὰν δὲ ἀποπαρδῇ μετά τινος κατακείμενος, τούτῳ προσάγων τὴν ῥῖνα δεῖ τοῦτο φράσαι, πόθεν τὸ θυμίαμα τοῦτο λαμβάνεις. Eundem docet idem Athen. & παράμασον τὴν dictum fuisse, lib. 6. Est et βιβρώσκειν, edere. & καταβιβρώσκειν, exedere. & βρωτὸν, cibus. Itemque βρῶμα, & βρῶσις, & βρώμη, & βρωτύς. Athenæus lib. 7. ex Hegesandro refert, οἱ καταβεβρώκασι τὰς οὐσίας, patrimonia comederunt. Quęrit Aristoteles in Problematis, διὰ τί τὰ μὲν βρωτά, τὰ δ᾽ ἄβρωτα: Quare quædam olera comedi soleant, aut possint: quædam non soleant, aut non possint. σητόβρωτα, in Iacobi epistola, quæ à tineis eroduntur. Et in Actis Herodes, γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξε: Arrosus à uermibus, animam exhalauit. βόσκεσθαι et τρέφεσθαι, est pasci. & τροφὴ, esca, nutrimentum. & τροφὸς, nutrix. & τραφεὶς, pastus, seu nutritus. εὐτραφὴς, qui bene creuit. ἄτροφος, qui non alitur, uel qui malè alitur. ἀπότροφος, mutans nutrimentum Aristot. περὶ ζώων ἱστορ. δ΄. dicit quarundam auium cantum uariare, ἂν ἀπότροφα γένωνται, id est, si non apud suum genus educentur. σύντροφοι, qui unà alũtur, quí ue simul enutriti fuere. ἐκτρέφειν, educare. et ἀνατρέφειν, pascere. τρέφουσι autẽ & ἀνατρέφουσι medici eos quos curant, id est, cibum illis prębent. τροφεῖα, educationis præmia. τρόφιμος, alumnus. Et sunt τρόφιμοι in fabulis græcis, qui in latinis heriles filij: In ς. autem ἑλλην. mentio fit externorum, id est ξένων, qui in exercitu fuerint Agesilai τῶν τροφίμων καλουμένων. τροφεῖς uerò sunt educatores. Sed ἀπότροφος, aut qui apud exteros alitur, aut qui ab alimonia repulsus est. Et leo Homericus, ὀρεσίτροφος, in montibus altus. σκιατροφεῖν, in umbra adolescere. πλουσίῳ ἐσκιατροφηκότι, diuiti in umbra educato, seu pasto, Plat. πολιτ. ή. τροφόεντα κύματα, magni fluctus, apud Homerũ, κύματά τε τροφόεντα, πελώρια, ἶσα ὄρεσσι. *Fluctus ingentes, immanes, montibus æqui.* κατ᾽ ἀντίφρασιν autem est τρόφι κῦμα. διοτρεφεῖς, reges & iuuenes sunt Homero egregij & diuini. Sunt & fluuij fortassis augescẽtes aquis cœlestibus & alia forma μαμμόθρεπτος, delicatè enutritus. & ἁλιόθρεπτον σέλινον, ιλ. β΄. Sed pecudes βόσκονται, & quæ altilia dixerunt. βοτὰ μυρία βόσκω, inquit Cyclops apud Theocritum, & ἐλπίσι βόσκομαι, alor spe. Et αἱ

δ᾽ ἐλπίδες

δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ſpes alit exules. Latinis eſt paſcere: ſed in illorum lingua ſignificatio uerbi eſt generalior. Nam ille oculos pictura paſcit inani. Et Cicero ad Atticum ſcribens, ait libro 4. Paſcor bibliotheca, μεταφορικῶς quidē. quemadmodum & ignis edax. Et, Eſt mollis flamma medullas. Et, Vulnus alit uenis. Et Cicero Att. lib. 6. Suos nummos nos comediſſe. & ſimilia alia multa. Et τρέφειν notat. ut cum Cato dixit, primum eſſe in re familiari, bene paſcere. ἄργος ἱππόβοτον, equis paſcendis aptū. & βοσκήματα, pecudes, nō porci ſolum, de quibus propriè dici uolūt: ut Acharnensib. ἐσθίει τὰ βοσκήματα: ſed etiā aliæ. Xenoph. in 7. παιδείας, de equis quoque uſus eſt uocabulo. Et σύβοτα, loca paſcua. σύβοτα, proprium portus Corcyræi. & alia forma compoſitionis, χηνοβοσκός, anſeres alens, id eſt ſaginans. γηροβοσκός, ſenes alens. & πορνοβοσκός, leno. Eſt & βώτης, paſtor. & Homero συβώτης, bubulcus. προβοσκὶς autem elephanti προνομαία eſt. Probuſcida etiam Latini dixere, & manum, unde elephanti anguimani. Hic enim, ut Ariſtot. inquit, μυκτὴρ ὢν ᾧ τὴν τροφὴν προσάγεται, καθάπερ χειρὶ χρώμενος, πρὸς τὸ στόμα, quo cibum quaſi manu infert ori. φρενὸς οἰοβώτας, Aiax Sophoclis, neminem audiens, ſeque ſuis cogitationibus quaſi paſcens. Paſcitur autē & animus, & oculi paſcuntur, id eſt, ſatiantur. συβώτης, ſubulcus. & βοτῆρες, paſtores & βόσις, cibus. βορὰ quoque cibus eſt. Ac placuit quibuſdā, hinc eſſe uentum βορέαν, Aquilonem, quòd faciat edaciores: audentque aliqui audacius & brumam pari ratione inde deriuare, cum ſit βορρᾶς & idem βορέας ita appellatus de impetu ac ſtrepitu. In ſexto ἐπιδημιῶν Hippocr. legitur, ὕδωρ βορρόν, ἀγρυπνίη βορρόν. quod interpretatur Galenus de efficiētia, reddere enim aquam & uigilias uoraces. Et docet appellari βορροὺς, οὓς πολλὰ δαπανωμένους ἐσθίειν, hi certè uoraces ſunt. nam uorare eſt πολλὰ ἐσθίειν, ſeu κατεσθίειν. δημοβόρος βασιλεὺς, Homero, deuorans publica commoda. & eidem ιλ. ς'. καταδημοβορῆσαι, populū ipſum aliquid conſumere. λαοῖσι δόντα καταδημοβορῆσαι. Dicitur & eſca latinè τὸ δέλεαρ. Et ſunt Ciceroni in ſecundo de Nat. deor. eſculēta & potulenta, βρωτὰ καὶ ποτά. Brutorum eſt ἐρέπτονται. ut de equis ιλ. β'. λωτὸν ἐρεπτόμενοι. & κάπτειν. Ariſtoph. εἰρήνη,

ὅλην ἐνέκαψε περικυλίσας τοῖν ποδοῖν.

Dicit ſcarabeū deuoraſſe totam maſſam comprehenſam pedibus. Hinc uolunt eſſe κάπας, præſepia. ιλ. θ'.

— ἐπ' ἀμβροσίῃσι κάπῃσι.

Apud Athen. lib. 2. ſunt ex Eubulo Comico Athenienſes κάπτοντες αὔρας, ἐλπίδας σιτούμενοι: qui auras glutiant, & ſpe paſcantur. Ariſtoteli autem bibēs κάπτει urſus. λαφύσσειν, ingurgitare, ut canes ſolent. Lucian. ἑώρων τοὺς κύνας εἰς τὸ μαγειρεῖον παρεισιόντας καὶ λαφύσσοντας πολλά: Videbam canes irrepentes in culinam, multis ſeſe ingurgitare. Hinc eſt λαφύστιος, & λαφύκτης, uorax. Athen. lib. 8. à uerbo λάπτειν deducit ἀλαπίνας. & ἀπὸ τῆς ὀχῆς, quæ ſit τροφή, εὐωχίαν dictam negat. Eæ ſunt dapes & epulæ. δαῖτα autem uolūt ab æquali diuiſione ciborum dictam, ideoque apud Homerum eſſe ἐΐσην. δαίνυσθαι quidem ueſci eſt apud Theognidē,

ἔνθ' ἀλίων αἰεὶ ἱερὰ δαίνυνται, —

Homero autem ιλ. ί.

δαίνυ δαῖτα γέρουσι. —

inſtrue conuiuium. & ὀδυσσ. γ'.

— δαίνυ τάφον Ἀργείοισι.

funebres epulas præbuit Argiuis. & δαιτυμὼν, conuiuator. Sed nos in expoſitione horum uocabulorum non euagabimur: quamuis enim nō fuerit alienus hic locus, magis tamen idoneo alio hæc à nobis, Deo uolente, tractabuntur, in communitatum & coniunctionum uocabulis. Nunc Athenæi modò ἐτυμολογίας aſcribemus. λαφύττειν, inquit, & λαπάζειν, eſt conficere & euacuare. unde et poetis ἀλαπάζειν populari ſignificat. & direptionum prædæ, κατὰ τὴν λάφυξιν, id eſt, cum urbes uaſtantur, λάφυρα appellata ſunt. A' ſumptibus igitur & impenſis, ſunt ἀλαπίναι, apud Aeſchylum & Euripidem εὐωχίαι. Nam λάπτειν eſt cibum conficere, & per egeſtionem fieri gracilem, hoc eſt λαγαρόν. A' uerbo λαπάζειν, quod & λαπάττειν, fit, inquit, λαπάρα. λαφύττειν autem eſt largè & admodum λαπάττειν. Verùm ἀπὸ τοῦ δάπτειν, fit δαπάνη, impēdium. & δαψιλὲς, largum. Itaque de ijs qui ſe cibo ingurgitant, ferarum ritu, uſurpari hæc uerba, δάψαι &

διαρδάψαι. Homerus,

τὴν δ᾽ ἄρα κῦνές τε καὶ οἰωνοὶ κατεδάψαν.

Aliјs placet, ſignificare uerbum lacerationem. Ariſtoteli autem canis bibens λάπτει. In Acharnenſib. ῥοθιάζουσι illi ſimulati porcelli, id eſt, cum ſtrepitu uorant. βροχθίζω, deuoro, ſeu deglutio. ut Equit. Ariſtoph. κοιλίαν ὕδατι καταβροχθίσας. Et alia forma, Ὀδυσσ. δ´.

ὃς τὸ καταβρόξειεν ἐπὴν κρητῆρι μιγείη.

qui deglutiſſet miſtum poculo. Et Catullo, uncta deuorare patrimonia. Et Vitruuio lib. 10. in campeſtri mollitudine deuorantur rotæ carrarum. Significat et λαιμάσσειν uoracitatem, à gula nimirum. λαίμαργοι autem & γαστρίμαργοι ſunt helluones, & ganeones, & lurcones. & uitia, λαιμαργία, ac γαστριμαργία. Hi ſunt gulæ & uentri dediti. Huc pertinet etiam lingere, de quo lingua facta Latinis uidetur, ut diximus. Græcis eſt λείχειν, & λιχάζειν. & ἐκλεικτόν, medicamentum quod liguritur. λάπτειν uerò de potu propriè canum dicitur, ut λαφύσσεσθαι de pabulo boum. Bruta autem, quæ νέμονται, id eſt, paſcuntur. unde & σύννομα, quę unà paſcuntur, &c. μηρυκάζουσι & μηρυκῶνται, id eſt, ruminant, hoc eſt, ἀναπολοῦσι τὴν τροφὴν, cibũ reuocant, ac remandunt: quod & ad repetitionem cogitandi tranſtulerunt. Lucian. ὀνείρῳ, ἀναμηρυκώμενον τῇ μνήμῃ τὰ βεβρωμένα, ruminantem memoria cibos. Bibere eſt πίνειν. & πότος, potus, & latinum uerbum potare. & ποτίζειν græcum, quod & πιπίσκειν, & πιπίσαι apud Hippocratem. & πίσαι. Pindarus ἰσθμιονικ. ς´. πίσω σφε Δίρκας ἁγνὸν ὕδωρ. & πίσεα, lacus, ſeu canales. Eurip. δινᾶεν ὕδωρ ποταμοῦ ἐν πίσεσιν λεῖται. & paulo ante, πληρουμένου πίσεα, καὶ σαίρειν στέγας. Hinc eſt συμπότης, compotor. Terentius compotricem dixit συμποτίδα. & συμπόσιον, quod humaniore uerbo Latini conuiuium, ſecundum Ciceronem. συμπίνειν, ſocietatem potus notat. Lucian. Toxar. καὶ ἀσέβημα αὐτῶν ἡγοῦντο εἶναι, εἰ συνεπιόν ποτε, ἢ συνεσιτήθησαν αὐτῷ. Athenæus lib. 8. Menandrum ait appellaſſe συνάγειν, τὸ συμπίνειν: & συναγώγιον, τὸ συμπόσιον. ποτὸς, potus. Ὀδυσσ. ς´. βρωτὴν ὕδει ποτῆτα. & πόσις.

αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.

Verùm ubi iam compreſſus amor potusq; cibiq;.

Significat πόσις etiam maritum. προπόσεις & προπίνειν, latina uocabula non habẽt: res enim Græcorum propria fuit. Demoſth. falſæ legationis contra Aeſchinem, συνεπαιώνιζε Φιλίππῳ καὶ φιλοτησίας προὔπινε: Exultabat cum Philippo feſtiuis clamoribus, & illi pocula amicitiæ propinabat. etſi aliј ſcripſere προὔτεινε, offerebat. Sed propino de greco fecere. Tuſcul. 1. Propino hoc pulchro Critiæ. Et in Eunucho, Hunc uobis comedendum & deridendum propino. Demoſt. Olynth. γ´. προπέποται τῆς παραυτίκα ἡδονῆς καὶ χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα, propinatur Reſpub. prȩſenti uoluptati & delectationi. ἐκπίνειν, ebibere. καταπίνειν, obbibere, abſorbere, deglutire. & καταπότια, Plinio paſtilli, pilulas nunc uocãt: quas & iniurias glutiri, non manducari debere, Gallico prouerbio monemur. Annotarunt hæc eſſe apud Hippocratem γογγύλια, id eſt globulos. & καταπότης ὁ βρόγχος. Ariſtoteles Problem. quȩrit, διὰ τί ἐνίοτε πλοῖα θέοντα ἐν τῇ θαλάττῃ, ἐνδίας καταπίνεται, καὶ ἀφανῆ γίνεται; cur naues interdum currentes in tranquillo mari abſorbentur & diſparent? ὑποπίνειν, largius bibere. παιδείας α. ἐκ τούτου δὴ ἐπεὶ ὑπέπινον, ἤρετο ὁ Ὑστάσπας τὸν Κῦρον: Tum quidem, cum pluſculũ poti eſſent, interrogauit Hyſtaſpa Cyrum. Et ἑλλην. ς´. ἐν δὲ τῇ μεσημβρίᾳ ὑποπινόντων. Et Ariſtoph. ὄρνισιν, ὑπέπινεν ἐν ἄστει. Sed ἐκ τοῦ ποτοῦ ſunt & hæc: οἰνοπότης, ὑδροπότης, uinum & aquam bibens. & πολυπότης, bibulus. φιλοπότης, potus appetens. ut φίλοινος, uini. & φιλοκωθωνιστής, ebrietatis, ſecundum Athenæum lib. 10. ἀῤῥυθμοπότας idem appellaſſe ait Timonem Phliaſium, eos qui ſeſe mero ingurgitarent. ποτικὸς etiam, & συμποτικὸς, ad potus & conuiuia idoneus. & poculũ, ποτήριον. Nomina autem poculorum exponuntur ab Athenȩo lib. 11. Verbi προκαίμενος eſt πέπωκα. Lucian. ἀφ᾽ οὗ τὸν ἀλλήλων αἷμα συνεκπεπώκασιν. Vnde & ἄμπωτις, ut quibuſdam placet, deducitur, æſtus freti. Verba autem cõpoſita ſunt, οἰνοποτεῖν, ὑδροποτεῖν: uinum, aquam bibere. Sunt & ποτὰ, ut βρωτά. & πόμα, potus, ſeu potio. Placuit autem quibuſdã, potionem medicam, potum communem eſſe. ἄποτος, potu carens: ut cibo, ἄσιτος, Κύρου παιδείας α.

παιδείας ϛ. & impotus, ac impastus. Et Lucian. ὥστε ἱππέας ἀπῆξαν ἀσίτους καὶ ἀμίσθους, id est, quibus neque cibaria curari, neque mercedes pendi necesse esset. Plutarchus autem in libello de utilitate quę ex inimicis percipiatur, ὁ δὲ Θαλῆς, inquit, ὕδωρ ἄποτον ὄν, id est, non potest bibi. Apud Horatium, lib. Carm. 2. narrationem poetarum

Densum humeris bibit aure uulgus.

ῥοφεῖν, sorbere. & ᾠὰ ῥοφητά, quæ oua sorbilia à medicis dicuntur. Itemque μυζᾶν, & μυζᾷν, & βδάλλειν, quod & βδάλλειν, sugere, & mulgere. & ἐκμυζᾶν, exugere. Xenoph. ἀναβάσεως δ΄. ἔδει δὲ ὅστις διψῴη λαβόντα εἰς τὸ στόμα μυζᾶν σὺν καλάμοις, calamis exugendus erat liquor à sitiente. Ιλ. autē δ΄. medicus curat uulnus, αἷμ᾽ ἐκμυζήσας, id est, expresso sanguine, uel cum exuxisset. Ita enim Dioscorides, πρὸς πᾶσαν πληγὴν ἰοβόλου ἁρμόζει ἡ διὰ τοῦ στόματος ἐκμύζησις, δεῖ δὲ μὴ ἄσιτον εἶναι τὸν ἐκμυζῶντα: Ad ictus omnes uenenatæ bestiæ rectè adhibetur exuctio quæ ore fit. Oportet autem exugentem nequaquam esse expertem cibi. φλέβας βδάλλουσαι τε καὶ μυζῶσαι, sunt in δ΄. συμπτωμάτων. Et μύζησις, suctus, ibidem. Lucian. Timone, ὅστις καὶ μυελὸς αὐτὸν ἐκμυζήσαντες καὶ τοῦτον. Puerilia sunt μαμμᾶν & βρῦν, de cibo & potu. & papa & bua, Varroni. Plaut. autem Epid. inquit, Nouo liberto opus est quod pappet. In ore, uel potius faucibus gargarissatur. Græcis est γαργαρίζεσθαι, & ἀναγαργαρίζεσθαι ὑποπιμπλάντος. & ἀνακογχυλιάσαι, idem. In uentre cum cibus potus'ue non concoquitur, id est πέπτεται: neque digeritur in corpus, id est διακρίνεται, tum solet reijci ex ore cum nausea. Ea est Græcis ναυτία, & ἄση. & uerbum ναυτιᾶν. Tum igitur uomūt, id est ἐμοῦσιν, ut crudi ab ebrietate. Græcis est ἐμεῖν, & ἐξεμεῖν. Et εὐημεῖς, ac δυσημεῖς Hippocrati, qui facilè & difficulter uomunt. Vomere, & euomere: quæ & ad futilitatem orationis, & alia quoque transferuntur. ut Odyss. μ΄. de Charybdi,

— ὄφρ᾽ ἐξεμέσειεν ὀπίσσω
ἱστὸν καὶ τρόπιν αὖθις. —

Sed de his etiam ipsis alibi fortasse copiosius. ἐνδείᾳ autē τροφῆς, id est, uictus penuria, esuriūt, id est πεινῶσιν: & λιμώττουσιν, id est, cum fame conflictantur: potus uerò, sitiunt, id est διψῶσι. Nomina sunt πεῖνα & δίψα, fames & sitis, cum suctu uenarum uenter lacessitur, ut disseruit elegāter in 4 συμπτωμάτων Galenus. Plato autem πολιτειῶν δ΄. definit breuiter πεῖναν & δίψαν, ἐπιθυμίαν ἐδωδῆς καὶ ποτοῦ, id est, appetitum cibi ac potus. Est & λιμός, grauis fames. βούλιμος autem, & βουλιμία, morbus, ut suo loco dicetur. Interpretantur & βούβρωστιν, ingentem famem. quæ uox maximam calamitatem notat, Ιλ. ω΄. ἐκ δὲ πείνης καὶ δίψης, est πεινάλεος, famelicus. & διψαλέος, sitibundus. & Hippocrati διψώδης. Et διψάς, anguis, cuius uenenum siti necat. Et διψητικόν Aristoteli in Problemat. ὁ φόβος, id est, efficiens sitis. ἄδιψον ἡ σιγή, secundum Hippocratem, id est, obstans siti. Et herba sicca, διψακός, διὰ τὸ ὕδατα ἐκ τῶν δρόσων καὶ τῶν ὄμβρων συλλέγειν, quòd aquam de rore & imbribus colligat, ut ait Dioscorides. Reperitur & in neutro genere τὸ δίψος. Homericum autem ἄργος πολυδίψιον, siticulosum alij, alij noxiū, alij etiam desideratum fecerunt, ut dictum est in Homerica explicatione. Transfertur uerbum πεινῆν ad aliarum quoque rerum penuriam. ut Κύρου παιδείας 7. καὶ μάλα πεινῶσι συμμάχων, cum nobis magna esset sociorum penuria. Et 8. πεινῶντας χρημάτων. Herodoto autē ἀνθρώποι sunt γεωπεῖναι, qui agrorum penuria laborant. Et ὀξύπεινος, famis impatiens. Cicero Attic. lib. 2. Sum in curiositate ὀξύπεινος: id est, in desiderio moræ impatiens, Et Cratini apud Athen. lib. 2.

— τέρπομαι γυμνοὺς ὁρῶν
τοὺς ὀξυπείνους, καὶ πρὸ τῶν καιρῶν ἀεὶ
πάντ᾽ εἰδέναι ποθοῦντας. —

— *Libenter nudos conspicor*
Famelicos istos, priusquam tempus est,
Qui scire cuncta uolunt. —

Itemque διψᾶν, quod propriè desiderium potus notat ad alias cupiditates. ut Κύρου παιδ. 4. οὕτως ἐγὼ ὑμῖν διψῶ χαρίζεσθαι. tanta est sitis in me gratificādi uobis. Et Cicero negat se honores sitire, scribēs Qu. fratri. Et pro Plancio: Deinde me sitientem uirtutis tuæ deseruisti. Et apud Platonem, δημοκρατουμένη πόλις ἐλευθερίας διψήσασα, popularis ciuitas in siti libertatis. Sitiunt & agri, & herbæ. Omninoque est hic appetitus, id est ὄρεξις uehementissimus.

tissimus. Vnde & Sophocles, referente Athenæo lib. 10. ait,

διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ,
οὐκ ἂν πλέον τέρψειας, μὴ πιεῖν διδούς.

Quicquid dicatur sapienter sitienti, hoc illũ delectare negat sine potu. Et quamuis Homerus affirmet esse,

λιμῷ οἴκτιστον θανέειν, καὶ πότμον ἐπισπεῖν,

multo tamen putatur plus cruciatus esse in siti, quàm fame. Cibi autem potusq́ penuria, etiam esse pestis creditur, quæ ira diuina totis ciuitatibus et populis immitti soleat: quemadmodum & altera τοῦ λοιμοῦ, febrium ac morbi. Itaq; ut pœnas delictorum coniunxit has Hesiodus, & significauit in Metamor. 8. Ouid. ubi quidem perquàm graphica extat famis descriptio. Grammatici λιμὸν deducunt ἀπὸ τοῦ λείπειν, id est, à deficiẽtia. ἄλιμον autem σκευασίαν τινὰ uocarunt, quæ famem & sitim pelleret, ut indicat Proclus, explicans uersum Hesiodi, οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ. λιμαίνειν, fame laborare. Herodotus πολυμνίᾳ, ἵνα μὴ λιμήνῃ ἡ στρατιή. λιμηρὸς autem est famelicus. unde Epidaurum quidam per cõtumeliam λιμηρὰν uocarunt, cum esset quasi λιμενηρὰ, id est portuosa. λιμόψωρος autem est apud Suidam scabies: & strigositas, qua tam homines quàm iumenta in fame corripiuntur. Ieiunant etiam homines, id est νηστεύουσι, uel cum non est quo uescãtur, uel uoluntate sua abstinentes à cibo. Et νηστειῶν κακότητος, apud Plutarchum. Ieiunij sunt, id est νήστεις. & res, νηστεία, ieiunium: uel ut Cicero, ieiunitas, & inedia. νήστιμος ἡμέρα, ieiunij dies. Quia autẽ attenuat corpora fames & ieiunium, ideo transferuntur hæc uerba ad exilitatis & inanitatis significationem. ut Procemio Tuscul. 2. cum obruerentur copia sentẽtiarum & uerborum, ieiunitatem & famem se malle, quàm ubertatem & copiam dicerẽt. Apud Empedoclem autem,

— νῆστις ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Vt refertur à Plutarcho, notat uocabulum humorem, seu aquam. Athen. lib. 2. annotauit apud Cratinum positum ἄνηστιν, pleonasmo literæ α, sicut ἄσταχυν: qui esset νῆστις, id est ieiunus. Contrà in copia κραιπαλῶσι καὶ μεθύουσι, id est, cibo potuq́ replentur, & sunt ebrij. Pronunciat autem Hippocrat. ὅτι ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ ἢ βρωτοῦ, de quo quærunt medici. Hinc est κραιπαλώδης καὶ μέθυσος, crapulator, & ebriosus. Et transferuntur ambo uocabula ad animi uitia, arrogantiam, impotentiam, stultitiam. Quid enim accidat distentis cibo & potu, quis ignorat? Ideoq́ & Paulus inter eos quos excludit regno Christi, nominat & μεθύσους. Apud Horatium regina est ebria fortuna. Et apud Halicarnassensem lib. 4. οὐκ ἐᾷ μεθύσκεσθαι ταῖς ἐξουσίαις τὰ ἤθη, mutatio imperij. Sed & de his satis.

In capite affixæ tẽporibus aures, ὦτα, hominũ illæ quidem immobiles, extrà, ut Cicero inquit, eminent. Apud Plin. sunt auriculę. quod uocabulum putatur propriè infimam aurem significare: etsi Persius auriculas asini dixit. Et Cicero: Auriculam mordicus abstulisset. Græcis autem uox diminuta ὠτίον est, apud Matth. cap. 26. Græci subinde excogitatis nouis uerbis, hac uel præcipuè in parte luserunt. Aristoteles autem alia esse ἀνώνυμα, id est, nominib. carere ait, præter λοβὸν, quæ est ima auricula. Pollux in mentione aurium hæc fermè refert: Carnosa pars, quæ extat supra frontẽ, iuxta tempora, μυῶν habet, inquit, nomen, à quibusdam κέρατα, id est cornua dicta. ὦτα, aures, & ἀκοαί. ἄκουσμα & ἀκοή, auditus est. ἀκούειν, audire. κατακούειν, obedire. ὑπακούειν, de quo postea copiosius. παρακούειν, falli audiẽdo. ὑπήκοοι, κατήκοοι, subditi, & obedientes. εὐήκοοι, δυσήκοοι, ὀξυήκοοι, & res ὀξυηκοΐα: qui benè, malè, acutum, obtusum audiunt. εὐηκοώτερόν ἐστι τοῦ σώφρονος καὶ ἀνδρείου, scribitur primo ἠθικῶν, citius audit præcipientem rationem pars expers huius in temperãte & forti. αὐτήκοοι, qui ipsi auditu compererunt. Et hinc facta uocabula, ἀξιάκουστον, dignum auditu, id est memorabile. ἀνήκουστον, inauditum. & uerbum ἀνηκουστεῖ. & res ἀνηκουστία. ἀνήκοος, ignarus, qui non audiuit. Tale est & φιλήκοος, studiosus, id est cupidus multa audiendi. ἄκουσμα etiam quod auditur. Aeschini est ἀκρόαμα. quo uerbo et in oratione pro Archia Cicero utitur. Xenophon autem ἀκροατὴν auditorem appellauit, quem Menander uulgari admodum uoce ἀκουστὴν. Platoni est ξυνήκοος, qui auditu percipit. Et εὐήκοος γενοῦ, in fabula Phrynichi, exaudi, siue

percipe

percipe auribus. εἰσακοῦσαι, exaudire. κωφότης, surditas. κυψέλη autem & κυψελίς, sordes sunt, obturantes auditum. ἐμπεπλῆσθαι autem τὴν ἀκοὴν dixere, completas aures. & ταῖν χεροῖν φραγῆναι, manib. clausas esse. Itẽq; ὀρθιάζειν τὰ ὦτα, quod fortasse est in comœdia, arrigere. πεφράχθαι τὰ ὦτα, aures habere clausas. Et διατεθρύλληκέ μου τὰ ὦτα, aures garriendo meas refersit. Certaminum autem ictibus aures dicuntur κατεαγέναι, quod fractas esse significat. & res ὠτοκάθαρσις. ὠτογλυφὶς, est qua auris ἀνασκάλλεται, id est, fodiendo repurgatur, apud Platonem Comicum. Latinè auriscalpium, ut dentiscalpium, dici possit. ἀμφωτίδες, sunt fideliæ cum duabus ansis. In aures autem suspenduntur ἐνώτια, quæ & ἐλλόβια, & ἐλικτῆρες. Fuere & ὦτα regum, quemadmodum ὀφθαλμοί, nuncij, & auscultatores. unde est uerbum factum ὠτακουστεῖν. In Aeschine Socratico legitur, ἐπ' ἀμφότερα τὰ ὦτα καθεύδειν, in utranq; aurem dormire. Foramen aurium, quo uox ad animum trãsit, appellatur σκολιὸς πόρος τῆς ἀκοῆς, id est meatus obliquus. Post tẽpora duo ossa obliquè committuntur, quibus aures comprehenduntur: quorum nomina sunt ζυγώματα & καρκίνοι, id est, iuga & cancri. At aurium ipsarũ exterior ambitus, κοχλίας, coclea: interior σκάφος, linter est. Quę pars ad tempora uergens inflectitur, πτερύγιον, id est ala: ima uerò, λοβός. Interius quod est, κυψέλη, alueus, & idem sordium nomen. Cauum autem, ἐχῖνος. in quod nomen est & piscis, quem cum carabo Oppianus coniungit. Illud autẽ quasi pauimentũ, κρότων, uel à plausu, uel quasi ricinus. Caui ea pars, quę in aure, qua se supra tẽpora hæc effert, ueluti declinat intrò, τράγος, id est hircus: & huic contraria ἀντίτραγος. Similiter & infimæ auriculæ id quidẽ, quod propendet, πολόβιον: quod uerò uergit alueum uersus, τέττιξ, quo cicada significatur. Quod autẽ supra hanc iam asperius est, tanquam contrarium imæ auriculæ, ἀντιλόβιον. Iam hirci pars iuxta tempora, ἐκόνη, id est pila. Cauitas autem prope alueũ, ἐχινίσκος. quod nomẽ iudiciarij uasculi fauces notat. Iuxta foramen pars καμάρα, id est camera: & interior κύαρ, quo significatur foramen acus. Sed μήκων, qui scapus papaueris intelligi potest, subijcitur auriculæ, quasi radix. Verùm tota circumductio auris subter alam, ἕλιξ uocatur, quo notatur implicatio: & opposita pars, ἀνθέλιξ. Et huic subiecta κόγχη. Atque hæc quidem nomina, inquit Pollux, excogitarunt medici. quæ applicare qui uolet, conabitur: qui uerò noluerit, is tamen & loqui disertè, & re ipsa medicinam facere, ut opinor, poterit. Autor libri qui Galenò ascribitur, titulo ἰατρὸς, partes auriũ breuiter ita nominauit: Quæ panduntur, inquit, πτερυγώματα, quasi pinnæ appellantur: quæ uerò reflectuntur, & cum extremo ambitu intorquentur, κυρτοειδῆ, id est, gibbosæ partes. Intra quas ueluti dimidiatus orbis extat, quem κυσῆρα dixère, & interius cauum, κογχίον. In medio foramen teres, πόρος ἀκουστικός est, id est, meatus uocis. Auribus audimus, qui sensus est auditus, id est, ἀκουστικὴ αἴσθησις, παθητικωτάτη omnium, id est, quę celerrimè commouetur, secundum Theophrastum, ut Plutarchus refert περὶ τοῦ ἀκούειν. Et Herodotus ἐν τοῖς ὠσὶν, ait τὸν θυμὸν οἰκεῖν, id est, hoc esse domicıliũ iracundiæ. ἀκοὴ est auditus, & Ionicè ἀκουή. Odyss. ε.

—φίλου μετὰ πατρὸς ἀκουήν.

ut de patre aliquid audiri posset. Sunt autem aures χονδρώδεις, id est, cartilagine effictę, exterius gibbosæ, interius cauæ: id est, ἔξωθεν κυρτὰ τὰ ὦτα, ἔνδοθεν κοῖλα ὑπάρχουσι: simul ne quid in meatũ delabi, simul ne ipsę lędi facilè possint. Atque est hæc σκέπη, id est tegmen: & πρόβλημα, munimentum auditus. Nam natura, secundum Galenum lib. 11. de partium officijs, organis sensuum singulis sua tegumenta addidit: quibusdam, ne quid uicinum cerebrum offenderet, quibusdam propriæ etiam defensionis gratia. Tale uidemus esse olfactus os, cuius nomen est à colatura ἠθμοειδὲς. Talis est nasus totus, tales sunt aspectus, palpebræ, nasus, genæ, supercilia, & mobilis in fronte cutis. Nam de lingua quid uerbis opus? quæ quasi in specu quodam oris includitur. Hęc autem aurium eminentia non modò excidere uocem prohibet, sed resonat etiam quiddã. Ideoq; & ad sonitum animalia bruta aures ob-

uertunt. Et narrat Galenus, consulem Arianum, quòd minus liquido auditu uteretur, caua manu admota auribus, audijsse melius. ἐνώτια sunt, quæ in aures ornatus causa appendi solebant, ἕρματα uocata, ut diximus. ιλ. ξ'.

ἐν δ' ἄρα ἕρματα ἧκεν ἐϋτρήτοισι λοβοῖσι
τρίγληνα μορόεντα.—

Latini inaures dixere. Plaut. Menæch. Da mihi inaures duûm nummûm stalagmia. Et in aurem. Epidico: In aurem ad te afferre natali die. ut uulgò quidem legitur. Nam hunc etiam locum in nostra editione notauimus. Pollux memorat & hæc lib. ε. δέπας, quod nomen & suprà posuimus. ἐλλόβια, ab ima auricula dicta. ἕλικας, et ἑλικτῆρας, quasi uolutulas: quas Dorienses σίγλας, & Aeolenses ἀρπίαλα appellarint. Comœdia uerò ἐγκλαστρίδια, à flexu: & στροβίλια, à forma simili strobilis pineis. & βοτρύδια, quasi uuulas. Itemq; βλαστὰ, germina. & καρυατίδας, quæ appellatio fuit uirginum Laconicarū, à uico dicto καρύαι, ubi choreas duxere uirgines Dianæ Caryatidi, ut Pausanias scripsit. Fuere & columnæ καρυατίδες, de quibus historiā, seu ueram, seu falsam, retulit Vitruuius lib. 1. ὑποκάμπια, à lubricitate & implicatione. Apud eundem est & ὠτότροφον, nescio quomodo factum, ἀπὸ τῆς τροφῆς, uel τροφοῦ: nisi fortè uerum est ὠτόστροφον. Et sunt λογχοειδὲς, & τρίπους, figuræ nomina: sicut & τρίγληνα, de quibus diximus. ὦτα autē σκαλεύειν, Aristot. est in Problem. quod & σκάλλειν, repurgare, quod fodiendo fit. ὠτεγχύτης est in ε. libro Galeni, de uia & ratione medicandi, quo in aures aliquid infundi solet, ut μετρεγχύτης. Aristoteli etiam τὰ ὦτα ῥήγνυται, id est, pertunduntur urinatoribus, qui sunt κολυμβῶντες. ιλ. ψ'. τρίποδ' ὠτώεντα, ansatum tripodem. Nam in uasis ansæ quasi aures extant. ιλ. σ'. de tripodib. Vulcani,

—οὔατα δ' οὔπω
δαιδάλεα προσέκειτο.—

Virgilius autem de aratro, Binæ aures. Platoni Hippia maiore sunt χύτραι τινὲς δίωτοι, ollæ. δίωτος autem χ'. est, ἄλεισον χρύσεον ἄμφωτον, poculum cum duabus ansis aureum. Et ἀμφῶτις. & Theocrito poculum ἀμφῶες νεοτευχὲς. ὠτίον, diminuta uox, ut diximus, ὠτώεις, auritus. Sic enim Plautus, pluris esse oculatum testem unum, quàm auritos decem. ὦτα γὰρ ἀπιστότερα τυγχάνει ἐόντα τῶν ὀφθαλμῶν, secundum Herodotū. Et prouerbia cùm alia, tum hoc, τὰ ὦτα πρὸς θύραις ἔχειν, in delicatos. Aristoph. Equitib. dixit, ὦτα σου διεπετάννυτο, aures tuæ patebant quasi expassæ. ἐς ὦτα φορεῖν λόγους, Aiace, auribus inculcat. Parcere auribus iubemus obscœna loquentes, & maledicos. Cicero pro Quintio: Cuius caput oppugnet, eius aurib. pepercisse. ἀπ' οὔατος εἶναι, non audiri, id est, non euenire, in optationibus dixere. ιλ. σ'.

—οὐ γὰρ δή μοι ἀπ' οὔατος οὐδὲ γένοιτο.

& ιλ. χ.

οὐ γὰρ ἀπ' οὔατος ἦν ἐμὸν ἔπος.—

Hippocrati σώματα εὐηκοώτερα faciunt aquilones, id est, liquidius audire. Et Aristoteli Problemat. est, εὐηκοωτέρα νὺξ τῆς ἡμέρας, id est, in qua uoces clarius exaudiantur. Idem mulieres alteram aurem, sinistram, ut opinor, marem: alteram, fœminam appellare scripsit. διὸ καὶ αἱ μὲν γυναῖκες τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ καλοῦσι τῶν ὤτων. βαρυήκοοι autem νότοι Hippocrati, austri obtundentes auditum. Oculis & auribus captus, de cæco & surdo, Tusc. 5. ὠτακουστεῖν, est sermones sublegere, aut subauscultare. Herod. καλλιόπη, ἅμα δὲ καὶ ὠτακούστεον ὅκη προβήσεται τὰ Μαρδονίου πρήγματα: Simul etiam rumores captabant de euentu conatuū Mardonij. κύρου παιδείας ε. ὡς ὠτακουστοῦντες, καὶ ὅπως ἄλλως δύναιντο αἰσθάνεσθαί τι, σημαίνοιεν τῷ χρυσάντᾳ ὅ, τι καιρὸς δοκοίη εἶναι: Vt subauscultantes, & si quid alia ratione persentiscere posset, significarent Chrysantæ, quid fieri oporteret. De ijs uerò qui habuerunt ὤτων & ὀφθαλμῶν apud reges Persarum appellationem, placuit hæc ascribere ex η. κύρου παιδείας· κατεμάθομεν δὲ ὡς καὶ τοὺς βασιλέως καλουμένους ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰ βασιλέως ὦτα οὐκ ἄλλως ἐκτήσατο, ἢ τῷ δωρεῖσθαί τε καὶ τιμᾶν. τοὺς γὰρ ἀπαγγείλαντας ὅσα καιρὸς αὐτῷ ἦν πεπύσθαι μεγάλως εὐεργετῶν, πολλοὺς ἐποίησεν ἀνθρώπους ὠτακουστεῖν καὶ κατοπτεύειν, τί ἂν ἀγγείλαντες ὠφελήσειαν βασιλέα. ἐκ τούτου δὴ καὶ πολλοὶ ἐνομίσθησαν βασιλέως ὀφθαλμοί, καὶ πολλὰ ὦτα, &c. Cōperimus etiam, Cyrum nulla alia re, quàm largiendo & honestādo, parasse eos quos oculos uocant, & aures regis, Nam magnis benefícijs

cijs ornans eos qui opportunè nunciassent, quæ scire ipsius interesset, perfecit, multi ut auscultando speculandoq; colligerent ea, quorum nuncia commoda regis complecterētur. Eam ob rem multi oculi, & aures multæ regis haberi cœptæ, &c. Plutarchus autē in libello περὶ πολυπραγμοσύνης scribit, ὠτακουστὰς primùm instituisse Darium posteriorem, in diffidentia quadam, & metu, & maximis suspicionibus. ὠτακουστὰς μὲν οὖν, inquit, πρῶτος ἴσχυσεν ὁ νόθος Δαρεῖος, ἀπιστῶν ἑαυτῷ, καὶ πάντας ὑφορώμενος καὶ δεδιώς. ὠτόθλαδίας, cuius aures sint fractæ, in probro. ὠτοκοπεῖν, aures obtūdere. εὖ ἀκούειν, in epistola Platonis ad Dionysium, bene audire. Et κακῶς ἀκούειν quod Latini malè audire dixere, sicut & bene audire, in laude, significationem habet probri. κακῶς ἀκούω, οὐ μέλει θανόντι μοι. inquit sane turpiter senex in tragœdia, negans se multū morari, quid de se mortuo homines loquantur. Quanto enim ille poeta rectius, qui non uult deplorari mortem suam, quòd uoliter docta per ora uirûm? Græci autē & aliter usi sunt in tali significatione uerbo, nomina apponentes: ut in oratione περὶ στεφάνου, νῦν πόλεις, καὶ θεοῖς ἐχθροί, καὶ τὰ ἄλλα ἃ περὶ σοῦ πάντα ἀκούειν. Ita, ἀκούω κακός, ἀκούω ἀναιδὴς, infamatur ut ignauus & impudens. Et contrà, ἀκούω μεγαλοπρεπὴς, laudatur à magnificentia. Herodot. κάλλιστα, πρὸς δὲ τοῖς πέρσαις γυναικὸς κακίω ἀκοῦσαι δεινὸν μέγιστόν ἐστι: Maximum apud Persas probrum est, dici aliquem muliere esse ignauiorem. Cicero hac forma sermonis ita est usus in 2. Tuscul. Afflictus ne, iacens, & lamentabili uoce deplorans audis ô uirum fortem? ἀκουσιῶ interpretantur auditurio. Et notant quędam esse uerba in σω, quorum futuri tēporis forma sit etiam σομαι. interēq hęc referuntur, ἀκούω, ἀπαυδῶ, γελῶ, θαυμάζω, γινώσκω. ἀκροάζεσθαι Homericum est, persentiscere. Significat uerbum & assensionē. τοῖς ἀκούοντι λέγε, Aiace, id est τοῖς πειθομένοις, hoc est, qui mouentur. Terent. Nihil audio. φρονέοντας, οὐκ ἐκλύειν, οὐκ ἀκούειν. Phormione: Audio, & fateor. Inter ἀκοῦσαι & ἀκροάσασθαι hoc interesse uolunt, quòd in hoc studij, in illo sensus tantum significatio insit. Est & κλύειν, audire, & πυνθάνεσθαι, & ἀΐειν, unde ἐπάκοος Herodoto, de quo auditum, siue cognitum esset. ὡς τρέποι ὡς ἐπάκοος ἐγένετο τὸ ἔργασμένον, hoc facinus illū perpetrasse, cum innotuisset. Idem uerbo aliter est usus θαλάσσης, ἐπαΐοντες σιδηρίου, id est, qui sauciantur, uel ferrum sentiunt. In Aiace Sophoclis significat uerbum intelligentiam,

τὴν βάρβαρον γὰρ γλῶσσαν οὐκ ἐπαΐω.

Nam barbaram linguam haud intelligo tuam.

A uerbo ἀκούω composita sunt propria nomina huiusmodi, ἀκουσίλεως, quod & epithetum est in epigrammate. φθόγγος ἀκουσίθεον, quod ad aures diuinas perueniat. & ἀκουσίλαος. ἀκοῦσαι autem interpretantur διδάξαι, id est instruere. ἀκροάζεσθαι, auscultare. ἀκροάζονται ἀειδῶ, ὠδὰς. i. κατακούειν, exaudire. Plato Euthydemo, οὐ γὰρ οἷός τε ἦν πρὸς τὸ κατακούειν ὑπὸ τοῦ ὄχλου: Non enim progredi in turba, neq; exaudire potui. Demostheni subiectionem notat. Olynth. 1. καὶ γὰρ ἄλλως τοῦ κατακούειν τινὸς εἰσί: Non enim assueti sunt, alterius imperio subdi. νεακούειν etiā non audire est. παρακούειν, non percipere auditu, aut non intelligere, id est, hoc sensu falli. Plato Theæteto, ὅσα τε παρακούειν, ἢ παρορᾶν, ἢ ἄλλη τῇ παραισθάνεσθαι λέγεται: Quæ perhibentur falli aut auditus, aut uisus, aut alio quopiam sensu. Et postea, παρορῶσί τε, καὶ παρακούουσι, καὶ παρανοοῦσι πλεῖστα: In plurimis eos oculi, aures, mens frustratur. Aristophani clam sermonem sublegere significat. In Ranis, παρακούειν λόγους. Et epigrāmate, παρακούσας νῦν ἐπὶ τίξαι. Atque ita & Plato est usus in Euthydemo, ὁ κτήσιππος πρὸς αὐτῶν ταῦτα παρακηκοώς, clanculum audiendo cognouerat. ἐπακούειν, exaudire. ἠέλιος δ᾽ ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷ, καὶ πάντ᾽ ἐπακούει. & ἐπήκοος, auditor. νόμων ε΄. ἐπηκόους δὲ καὶ θεατὰς τούτων τῶν δικῶν, auditores & inspectores illarum causarum. ἀναβάσεως autem ς΄. ita, ἐπὶ δὲ ἴσχουσαν δὲ ἐπήκοον: in locum altiorem, ut exaudirentur. ὀξύτερον ἀκούει. Plato epistola ad Dionysium: acutius, seu liquidius audit. διακοῦσαι, Aristot. πολιτ. 2. audire & cognoscere. Et Plato πολιτικῷ, τίσι τινῶν διακηκόας, ex aliquibus auditu cognouisti. ὑπακούειν obedientiæ habet significationem. ut, τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν, in epistola ad Ephesios, Obedientes estote paren-

 tibus

tibus liberi. Neq; dubium est, quin obedire sit obaudire, mutata diphthongo. Et Demost. pro Ctesiph. τὸν δὲ ὑπακούειν τοῖς ἐπιταττομένοις ἀποφηνάμενον Κύρσιλον: Cyrsilum, qui censuisset obtemperandum, & imperata faciendum esse. In 4. Thucyd. legitur et ἀθηναίων ὑπακούοντες, & ἄλλοις ὑπακουσόμεθα. Et postea, ὡς οὐδὲν ὑπήκουον οἱ μήλιοι: cum minimè parerent, uel cum nihil mouerentur Melij. Inq; eadem significatione posuit etiã ἐσακούειν, eodem libro, ὡς δὲ οὐκ ἐσήκουον. Et 5. ἐπήκουον, auscultabant. ὑπακούειν in Theocriti Thalysijs est auscultare.

— ὁ δέ τυ γοργάζων
ἀρξεῖμ' ἀλλ' ὑπάκουσον. —

Et ὑπακούειν pro succedere posuit Lucianus μεταφορικῶς, ἐπειδὴ ὑπήκουέ μοι τὸ πρᾶγμα. Et ὑπακούειν, intelligere, cum aliquid extrinsecus cogitatione assumitur. uulgò subaudire uocant. Ptolemæus μεγάλης συντάξεως α'. καὶ ἐπὶ τῶν ἑξῆς δὲ λαμβανομένων περιφερειῶν, τὸ ὅμοιον ὑπακουέσθω. idẽ intelligatur & deinceps in mentione arcuum. ὑπακούειν dicitur & accusator, & aduocatus, cum facta potestate dicendi, & rogatus in medium procedit. ut περὶ τῆς παραπρεσβ. ἀτίμωσιν ὑπακούσαντά τινα αὐτοῦ κατήγορον. Et post pauca, ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης ψήφου, οὐδ' ὑπακοῦσαι καλούμενος ἠθέλησας. ὑπακούειν τοῖς λόγοις, νόμον i. sententiam orationis comprehendere: fortasse translato à ianitoribus uerbo, qui dicuntur ὑπακούειν, id est, cognoscere quis adsit, & intromitti uelit, & respondere quærentibus ab ostio, seu ianua. Odyss. δ'.

— ἢ ἐξελθέμεναι, ἢ ἔνδοθεν αὖθ' ὑπακοῦσαι.

aut egredi, aut intus respondere. Plato Phædone, ἐξελθὼν ὁ θυρωρὸς ὅσπερ εἰώθει ὑπακούειν: Egressus ianitor, qui solebat uidere quis adesset. Nam quid subauscultare, aut simile uerbum hoc loco significet, non uideo. Ita legimus & in 12. cap. Actorum, προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι. Theocr. ὕλᾳ,

τρὶς μὲν ὕλαν ἄυσεν ὅσον βαρὺς ἤρυγε λαιμός,
τρὶς δ' ἄρ' ὁ παῖς ὑπάκουσεν, ἀραιὰ δ' ἵκετο
φωνά.

Etiam Plauto responsare est in Mostell. Neu quisquam responset, quando has ædes pulsabit senex. Xenophonti Conuiuio sunt ἀξιάκουστα, auditu digna, ἀκουσοὶ uerò, auditores Pythagorę uocabantur illo biennio, quo taciti auscultabant. ἀριήκοον est ἐξάκουστον, seu ἔκπυστον, auribus expositum, & notum. Et ἔκπυστον γενέσθαι, innotescere. ἀνηκουστεῖν autem ὁμηρικῶς, non esse dicto obedientem. Et ιλ. ό.

— οὐδ' ἄρα πατρὸς ἀνηκούστησεν Ἀπόλλων.

Ab auribus est & ὠτάκιον, herbæ nomen. & ὠτίδες. & ὦτος, noctuæ similis auis, quæ tamen nocturna non est. Huius nomine de stolidis & elatis usi fuere: talis enim auis illa est, ut narrat Athen. lib. 9. Dicitur & ὠτίς. Xenoph. ἐνῆσαν δὲ καὶ ὠτίδες καὶ δορκάδες. ἐνωτίζειν & ἐνωτίζεσθαι interpretantur audire. Aures fecerunt ab hauriendo, quòd his uox hauriatur, secundum Maronem,

— *Vocemq; his auribus hausi.*

Sed eidem & oculi hauriunt,

— *Sæui monumenta doloris.*

Et exuuias, lib. 12. Auricularem etiam digitum ὠτίτην, & auricularia, ὠτικά, ut remedia auricularia dixere. Est & ὠτεγχύτης, ut diximus, medicorũ, quo auribus aliquid infunditur. ὠτικός autem, medicus qui aures laborantes curat: ut ὀφθαλμικός, qui oculos. In digg. auricularius, de extraord. Iud. etiam ὦτα καρδίας dixere. ἐπωτὶς etiã pars nauis. Iphigenia Taurica, οἱ δ' ἐπωτίδων ἀγκύρας ἐξανῆπτον, demittebant ancoras de epotidibus. Et Thucyd. 7. παχυτέρας τὰς ἐπωτίδας ἐχούσαν. Aurium autem sensu, uel auribus carẽtia animalia, sunt Gellio inaurita. ὦτα autem τετρυπημένα, fuere exprobratio barbariæ. Xenoph. ἀναβάσεως γ'. ἐπεὶ ἐγὼ αὐτὸν εἶδον ὥσπερ λυδὸν, ἀμφότερα τὰ ὦτα τετρυπημένον. Narrat quidam, se uidisse aures Apollonidis, quæ ambæ essent, quales Lydorum, perforatæ. Cicero dixit in epistola ad Qu. fratrem, in auribus omnium gẽtium ac nationum positam uirtutem. Et bibit aure narrationem uulgus Horatio, ut diximus. Terentianum est, Arrige aures Pãphile. Sophocleum, de equo, ὀρθὸν οὖς ἵστησι. nam ad sonos iumenta aures obuertũt. Aurem uellit Delius Maroni, id est monet, & castigat. Nam memorię imam aurem Plinius attribuit, & post hanc τῇ νεμέσει. Hoc uertisse Plutarchus uidetur in Catone, ὦτος ἀνατείνεσθαι. οὐκ ἀξίῳ τὸν ὑπὸ δειλοῦ κακῶς ἀκούειν, ἢ ἀνατείνεσθαι τὸ οὖς: Nolebat increpitari

crepitari filium, aut aures illius uelli à seruo. Plinius hinc Flaccorum cognomentum ductum ostendit. ὤτων ἀνηρτῆσθαι, Lucianus, auribus suspensum teneri. In Antigona autem, φθόγγος εἰκὼς κακῶ βάλλει δι' ὤτων, ferit aures. Theocrit. Thyonicho, καί μοι τοῦτο δι' ὠτὸς ἐγίγνετο. Grammatici uolunt, hæc uerba cum genitiuo propriè significare id quod ausculto Latinis cum datiuo. ut Eurip. Cyclope, ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός. secundum hoc οὐδενός. i. οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσι. Et Aiace,

κλύειν τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα χρὴ τῶν ἐν τέλει.
Parere par est, ijs qui præsident, bonos.

Cum accusatiuo autem sensum. Sed & Sophoclis tamen est, πᾶς ὁ κλύων τοῦ λέγοντος: qui audit illum, cum hæc dicit. Et Homericum,

— σὺ δ' ἄλλον μῦθον ἄκουε. &,
— ἐπεὶ τόδε καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ,
τοιοῦδ' οἷος ὅδ' ἐστί. —

Discrimen autem inter audio & ausculto, exprimitur in uersu Pacuuiano, exposito lib. 1. de Diuinat. Magis audiendum, quàm auscultandum censeo. Herodotus quidem simplici pro composito est usus, τῷ ψιχέρη, αἰγινῆται οὐδ' ἀκούειν ἤκουον, id est ὑπήκουον. Hoc sensu carentes, ἐνεοί, id est surdi, dicuntur. Xenoph. ἀναβάσεως δ΄. τοῖς δὲ παισὶν ἐδείκνυσαν ὥσπερ ἐνεοῖς ὅτι δέοι ποιεῖν: Pueris autem significabant, tanquã surdis, manuum gestu, quid fieri uellent. qui locus, ut alij permulti, mendosè in uulgatis exemplis legitur. Sed & κωφοὶ dicũtur surdi. ut πρὸς κωφὸν πέρδειν, surdo oppedere. Et δυσκώφῳ δύσκωφος ἐκρίνετο, surdaster cum surdastro disceptabat. Suidas annotauit, ὑπόκωφον dici, qui simulet surditatem. Sed Plato ita appellat eũ, qui imbecillo hoc sensu uteretur. πολιτείας ς΄. Aristot. ἐνεὸν quoque posuit pro muto: cuius uocabuli ἔτυμον, puerilitas uideri posit. Problematis enim Physicis sic ait, μετὰ τὸ γενέσθαι πολὺν χρόνον ἐνεοὶ ἐσμὲν, εἶτα ὀψέ ποτε ψελλίζομαι: À prima origine diu muti sumus, atque uix tandem balbutimus. Sic & Plato Cratylo, ἆρ' οὐκ ἂν ὥσπερ νῦν οἱ ἐνεοὶ ἐπιχειροῦμεν ἂν σημαίνειν ταῖς χερσίν, καὶ κεφαλῇ, καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι; Nunquid ut muti nunc faciunt, ita & nos conaremur signa dare cùm manibus, tum capite, tum reliquo etiam corpore? Hęc uocabulorum permutatio ex eo nata creditur, quòd simul & muti & surdi nasci perhibeantur. Coniunguntur autem in Theæteto, ubi dicit, quòd quiuis posit citius aut tardius sermone uti, ὁ μὴ ἐνεὸς ἢ κωφὸς ἀπ' ἀρχῆς. κωφὸν βέλος, futile & obtusum est. Ιλ. λ΄.

κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος οὐτιδανοῖο.

Et Ιλ. ξ. κύματι κωφῷ, fluctu silēte. κωφῆς θαλάσσης τῆς γαληναίας, interpretatur Arateus Theon. Serpentis etiam nomen κωφίαν, à surditate memorant. Et Ιλ. ω. κωφὴν γαῖαν dixit poeta, de mortuo corpore. κωφὸν λιμένα, in Attica nominauit Xenophon ἑλλην. β΄. Nomina sunt κωφότης, & Hippocrati κώφωσις, surditas. & uerbum κωφοῦσθαι. ὁκόσοισι ἐν τοῖς πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφοῦται, quibus in febribus aures obsurduerunt. Euripid. transtulit ad obtusitatem, Oreste,

ἆρ' εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφωται ξίφος;
An pulcritudine formæ, gladius est hebes?

Annotarunt & γεῶνον significare eum, qui cum loquatur, non audiat.

Sed nunc tandem capite, & huius partibus, & his quæ ipsa expositio comprehendit, multis tamẽ uix tactis, pluribus etiam præteritis, ne aut nimis lõgè quædam accersita uideri, aut prolixitas nimia enarrationis tædium párere posit, aut ne etiam nihil aliorum studijs relinquere uoluisse iudicaremur, ita nunc ad alia hinc trãsibimus, et primùm quidem ad proxima.

Collo caput insistit. Græci τράχηλον uocant. Guttur pars prior, posterior ceruix. Græca sunt φάρυγξ, λάρυγξ, αὐχὴν, δέρα, δειρὰς, δέρη, δεῖρος. Item λαιμός, gula. Atque hæc ita dicuntur communiter: distinguere autem paulo accuratius conabimur. Sed prius ea cõmemorabimus, quæ à Polluce referuntur. Subiectum, inquit ille, capiti collum est. τράχηλος uocatur, & αὐχὴν, & δειρή. unde ὑποδειρὶς dicta, extremi colli pars prior. Insistit collum σφονδύλοις, id est teretibus ossiculis septem, quos astragalos Homerus uocat, & medullã horum σφονδυλίτην. Hi etiam dicuntur στροφεῖς, hoc est uertebrę, quòd super his collũ conuertatur. apud Pherecratem στρόφιγγας. Tendunt deorsum usque ad spinam, eoque deferunt me-

dullam à cerebro, quæ & μήνιγξι, id est membranis amicitur, et neruis munitur. Totus horũ cœtus appellatur γύης. Sed primus spondylus, qui unà cum collo circũagitur, ἐπιστροφεὺς nominatur, quasi conuersorem dicas. Hippocrates uidetur etiam ὀδόντα, id est dentem uocare. In huius obliquis partib. duo caua sunt, cui insidunt subter eam quæ ἐγκεφαλὶς appellatur, is est locus iuxta posteriorem cerebri partem. Illis igitur cauis insidunt proiectus duo eminentes, quibus nomen est κεφαλῆς κορῶναι, id est, claiculi capitis. Sed spondylorũ secundus immobilis, appellatur ἄξων, axis. Hic habet processus duos, utrinq; unum: quorum alter primo spõdylo, alter tertio insinuatur. Hi uocantur κάτοχοι, à continendo. His ferè & reliqui similes sunt. Vltimus autem, à baiulãdo, ἄτλας dicitur. Sed in collo ἀγχιστῆρες, ab angẽdo, ea loca dicuntur, ubi suffocari homines solent. Supra collum intus cauum, φάρυγξ, id est fauces. Foris quod in ira inflatur ac tumescit, πρηστὴρ, ab exardescentia dicitur. In horũ medio ἀγετὴρ, quasi uector. Hinc usq; ad genas, παρωτίδες: quorum pars ad iugula pertendens, τέθρον, cornu. Posterius autem cauum, iuxta spõdylum, qui nominatur στροφεὺς, est ἀποσφαγεὺς, ducto uerbo à cæde. nam fracta hac parte, ceruice interit homo. Hæc circundant ligamenta ualida, qui sunt τένοντες. Gibbus autem tendens ad τέθρα, appellatur προλοφία. nam processus dorsi λοφία est. Verùm uniuersa colli circumductio, περίδερον dicitur. Ab hoc uerbo τράχηλος dicitur ἐκτραχηλίσαι, & excutere, & collum frangere. εἰς τράχηλον ὦσαι, impellere aliquem, ut ceruix terram affligat. A' uerbo αὐχὴν, quod ceruicem propriè significat, id est, τὸ μεταξὺ κεφαλῆς καὶ ὤμων, ut ait Aristot. ὑψαύχην, superbus. & ὑψαυχενεῖν, superbire. Sunt autem equi ὑψαύχενες, id est, capita erectis ceruicibus alta ferunt. Verbo est usus Plutar. in libello de propria laude non odiosa, ὥσπερ οὖν γὰρ τοὺς ἐν τοῖς περιπάτοις ἐπαιρομένους, καὶ ὑψαυχενοῦντας ἀνοήτους ἡγούμεθα καὶ κούφους: Quẽadmodum eos qui inter deambulãdum sese efferunt, & ceruicem extendunt, stolidos & leues esse ducimus. βυσαύχην est qui humeros adduçens, ceruicem contrahit: quales in iudicio naturarum Aristoteles insidiosos esse ait. Aristophani sunt utres βυσαύχενες. ὀρθαύχην autem, in quo est significatio ceruicis arduæ, nimis ait Pollux poeticum esse. ὑποτραχήλιον autẽ, locus sub collo. Sed nunc hæc persequamur diligẽtius. Collum igitur, uel secundum ueteres collus, id totum est, quod caput sustinere, & in truncum demitti cernitur. Et de equis Virgil. posuit, cum ait,

—Et colla comantia pectunt.

Hinc est decollare, collum incidere. & succollare, in collũ suscipere. Hunc planè τράχηλον Græci uocant. unde est uerbum τραχηλίζειν, collũ obtorquere, aut etiam ferire, ut solent pancratiastæ. Plato, ἢ οὐκ οἶσθα αὐτὸν ὅτι τραχηλιζόμενος καὶ ἐμπιπλάμενος, καὶ καθεύδων πάντα τὸν βίον διατετέλεκεν; An ignoras, in tota hunc uita nihil egisse aliud, quàm ut collum pręberet ictibus, et cibo ac potu repleretur, & dormiret? Interpretantur etiam uerbum de occursu & conspectu aperto: uel quia collum ueteres nudare solebãt, uel quia in mactatis pecudibus, præciso capite, reliquum collum conspicitur, uel quocunq; respectu. Ita usus est uerbo autor epistolæ ad Hebræos, πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος: Omnia sunt nuda, & exposita oculis eius, cum quo nos loquimur. ἐκτραχηλίζειν autem est excutere: ut cum equus sessorem suum deturbat. πεδιάδας ἄγρια. καὶ πῶς διαπηδῶν αὐτοῦ ὁ ἵππος πίπτει εἰς γόνατα καὶ μικροῦ ἐκεῖνον ἐξετραχήλισεν: Et fortè dum prosilit equus, concidit in genua: parumq; abfuit, quin illum excuteret. Hinc transfertur ad lapsus alios. Demosth. Philipp. 3. μηδ' εἰς συνήθειαν τὴν τότε πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου βλέποντας, ἐκτραχηλισθῆναι, concidere, aut ruere. Lucianus Toxari, ἡ δὲ πολλοὺς ἤδη νέους ἐκτραχηλίσασα, multis iuuenibus euersis, seu elisis. Aristophani σφηξί, sunt τραχήλια, de quibus non conuenit inter interpretes. Apparet autẽ, ossa colli, aut quę de hac parte corporis reijci solent, illũ intelligi uoluisse. nam hordeum, aut nescio quid, nihil ad rem uidetur pertinere. τραχήλους etiam uolunt purpuras marinas significare: & haud scio, an ille Trachalus hinc factus fuerit.

Et scimus

Et scimus in Festo legi, quòd Tracali appellentur muricum ac purpuræ superiores partes, & inde Ariminenses maritimos homines cognomen traxisse Trachali. ἀτράχηλον autem dixere collo breui. ὑψιτράχηλα animalia dixere εὐλύγιστον τὴν δέρην ζῶα, quibus est ceruix uersatilis, ut auium, & cameli. βασραχαλῆσαι interpretantur τραχηλίσαι: esse enim βασράχας, τραχήλους. Gregorius autem περὶ θεολογίας dixit τραχηλιᾶν, id est, ceruicẽ attollere in superbia, κατηγόρηται λυμεὼν πανπονηρότερος τραχηλιῶν, καὶ πίπτειν ἐκ τῆς ἐπάρσεως. In parte priore est guttur, quẽ βρόγχον dixere, & λάρυγγα, et γαργαρεῶνα, cum quo Teutonica appellatio cõgruit. Est & πρηγορεὼν. Aristoph. τὸν πρηγορεῶνα σοῦ ἐκπιμῶ. Atque hoc nomine propriè uocatur ille in auibus gulæ uentriculus, qui & πρόλοβος, & φῦσα. Aristoph.

ἣν δὲ τις ἀπαντᾶτε, πρηγορεῶνας ὑμῖν πίμ-
ψομεν.

Hic est βρόχθος quibusdã: sed magis gulæ conuenit ista appellatio. Homero est ιλ. χ΄. ἀσφάραγος: & κατ᾽ ἀφαίρεσιν, σφάραγος. Fuerunt & Atticis ἀσφάραγοι, qui alijs ἀσπάραγοι. Seruius λάρυγγα & βρόγχον interpretatur frumen, & inde fruges deducit. Donatus autem in explicatione Eunuchi, Frumẽ, inquit, summa pars gulę, à qua frui, delectatio cibi & potus. Sed & de uenerea re, & odoribus καταχρηστικῶς. Apud Hesychium autem legitur, βρὺξ, ὁ βρόγχος. Eustathius ιλ. β΄. γάργαρον montis nomen παρώνυμον esse putat τοῦ γαργαρεῶνος: docet enim, multas multarum rerum appellationes de partibus corporis humani ductas. ut & φάραγγα ὀρεινὴν, crepidinem montanam factam esse ἀπὸ τοῦ φάρυγγος, id est, à faucibus. Nam summa gula est φάρυγξ, uel illa potius ibi in ore cauitas. Odyss. τ΄:

— αὐτὰρ ὀδυσσεὺς
χεῖρ᾽ ἐπιμασσάμενος φάρυγος λάβε δεξιτερῆφι.

Compressisse dicit fauces aniles Vlyssem, prehensas manu dextra. Theocritus usus est de serpentibus:

ἀγχάξαμένω φάρυγος τόθι φάρμακα λυγρὰ
τιτύσκεται
οὐλομένοις ὄφιεσσι. —

Sed de hoc uerbo fortasse alibi plura.

A' fauce sunt mutatione usitata Latinis focalia, quæ faucibus circundantur, & suffocare, & præfocare. Virgilio autem sunt

— Fauces graueolentis Auerni.

Et Cerberus *— Dites latratu regna trifauci
Personat.* —

Et loca quæ Græci στενὰ, Latini fauces dixere. Liuius lib. 32. Ad occupandas, quę ad Antigoniam sunt, fauces, Græci στενὰ uocant, misit. Sed quod sua ætate dicerent ἀναγαργαρίζεσθαι, id est, colluere fauces, id ἀνακογχυλιάζεσθαι ait Pollux uocasse ueteres; lib. 6. Gula, propriè λαιμὸς; qua cibus descendit, desinens in stomachum, quæ in usu linguæ latinæ collum significat: ut cum dicunt, gulam laqueo frangi. Salust. Catilinaria: Iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Et ille apud Plautum, obstringit follem ob gulam, dum it cubitum, ne quid animæ amittat dormiens. λαιμὸν autem notat, cum dicuntur aliqui esse gulæ dediti, id est λαίμαργοι, quos ausi fuerunt gulosos appellare. Esse autem λαιμὸν, meatum cibi & potus, indicatur Homerico uersu, ιλ. τ΄.

πρίν δ᾽ οὔ πως ἂν ἔμοιγε φίλον κατὰ λαιμὸν ἰείη
οὐ πόσις, οὐδὲ βρῶσις. —

λαιμότμητον tamen dixere, cui incisum esset collum. ut Phœnissis, λαιμότμητον γοργόνος κάρα. Et Hecuba, ἐκ λαιμότομον, inciso collo. Guttur quidem meatus est spiritus, & hac animæ iter. etsi distinctionem hanc autores linguæ Latinæ non seruarunt: ut Cicero pro Cælio, coniunxit uentris & gutturis uitium. Et Plaut. Capt. Itaque uenter gutturque resident esuriales ferias. Spiritus quidem est ἐκπνοὴ, atque ἀναπνοὴ, de quibus alibi, ut iam de uocabulis πνεύματος dictum est. ἀάζειν autem dixere propriè calidum alitum efflare. Posterior colli pars est ceruix, nullis, inquit Plinius, nisi quibus & arteria & gula. Est enim in gutture arteria, ita κατ᾽ ἐξοχὴν, uel etiam τραχεῖα cum adiecto uocata. Græcis est αὐχὴν, & δέρη. ὑπαυχένιον, ceruical. & αὐχένες, loca angusta. Herod. ὁ ἐπτὰ αὐχένα χερσονήσου dixit. Et μελπομ. αὐχένα βοσπόρου. Et, τὸ εὐρύτατον τοῦ αὐχένος, de faucibus Thermopylarum, quà illæ maximè paterent. In Aiace Sophoclis est uerbum αὐχενίζω.

καὶ τὸν μὲν ηὐχένιζε, τὸν δ᾽ ἄνω τρέπων
ἔσφαζε. —

Dicit

Dicit enim, aliorum ceruicibus ictus intulisse, alia sublato capite mactasse, id est, iugula illorum incidisse. quod apud apud Homerū uolunt esse αὐέρυον. Appellatio est in Phœnissis μακραύχενος κλίμακος, de altis scalis. In epigrammate autem, στεναύχην λάγυνος, poculum arctæ ceruicis. Suidæ est διαυχενίζεσθαι, ceruicem habere arduam, quod faciunt elati animis. ὑψαύχενες autem ἵπποι, ιλ. λ΄. arduis ceruicibus. Et Empedoclis κόρσαι ἀναύχενες, capita sine ceruicibus, apud Aristotelem περὶ ψυχῆς γ΄. δέρη, & Ionicè δέρη, collum significat. ιλ. γ.

ἄγχε δέ μιν πολύκεστος ἱμὰς ἁπαλὴν ὑπὸ δειρὴν

ὅς οἱ ὑπ' ἀνθερεῶνος ὀχεὺς τέτατο τρυφαλείης.

& paulo pòst,

καί ῥ' ὡς οὖν φόνον θῆκε περὶ καλλίκα δειρήν.

Transfertur & hæc uox ad ardua & coacta loca.

ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Οὐλύμποιο.

De quo cœli epitheto, explicātes hunc uersum ιλ. α΄. disseruimus aliquid. Et ita Sophocles fecit τραχηλίαν δεράδα in Philoctete. δειροτομεῖν, decollare. ιλ. ς΄.

δώδεκα δὲ Τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλοὺς χαλκῷ δηϊόωντα πυρὸς ἐκ δειροτομήσω
τρώων ἀγλαὰ τέκνα. —

Hesiodus autem in Theogonia dixit, ἐκ φαλὴν ἀποδειροτόμησε, amputauit caput. Et Odyss. χ΄.

— τοῦ μὲν ἐλάσας δειροτομῆσαι.

ὀρνίθων autem ταναοδείρων, dixit Aristophanes de auibus, quibus sunt ceruices arduę. Et Hesiodus appellauit ἀηδόνα ποικιλόδειρον, ob uarietatem cantus. Colli uocabula & hæc memorantur, λόφος, λοφιά, λοφίας. Plautus in masculino genere, iocans, inferiorem gutturem dixit. Et in Milite, Amburebat gutturē. Idemq; à collo collariam fecit, uinculum colli, in canibus copula est. Collo circundantur ornatus causa, περιδέραια, quę & περιτραχήλια à quibusdam uocantur. Lucianus, περιδέραια τῶν ἐγχέλεων παχύτερα, ἀλιεῦ. Polybio sunt μανιάκαι. Et Xenoph. στρεπτοὶ περὶ τῇ δέρῃ, παιδ. α΄. monilia, & torques. Herod. κλοιοὶ uocat ornatū hunc, τὰ ἐκ τῆς δέρης. Dixerūt & σφαίρας quosdam περιδερραίας, coronas quæ circundarentur collo, appellatas ὑποθυμίδας, ab odore, ut uidetur, teste Plutarcho συμποσιακῶν γ΄. De canib. δέρραια Xenophon posuit, quos latinè millos nominarunt. De mundo autem muliebri huius partis, sunt in hymno in Venerem,

πόρπαι τε γναμπταί θ' ἕλικες κάλυκές τε καὶ ὅρμοι.

Fibulę, torques, bullę, monilia. In dextra sinistraq; parte circa guttur uenæ grandes, σφαγίτιδες, à iugulis: & arteriæ, καρωτίδες appellantur, ut ait Celsus. Sub aduerso collo est illa iugulorum media lacuna, quam σφαγὴν Græci uocant, id est iugulum. Et iugulare uerbū, σφάττειν, quod & ad refutationes uehementes transfertur. Papæ iugularas hominem, id est, euerteras, occideras. ut Medea,

— σὺ γάρ ἂν κτάνοις σ' ἐπ...

Et iugulantur, hoc est σφάττονται, uictimæ. Latinis est uerbū huius rei mactare. Odyss. γ΄.

— ἀτὰρ σφάξεν Πεισίστρατος.

Dicit iugulasse bouem, ictam quidem prius bipenni, Pisistratum filium Nestoris. Sed præbet, seu dat iugulum, qui se ad plagam accipiendam aperit, ut in arena uictori gladiator. Sunt autem iuguli, & iugula, à iungendo dicta uoce, quam & de Orionis stellis apud Plautum interpretatur. Pluraliter & Thucydides nomine usus est, lib. 4. καὶ οἰστοὺς καθιέντες ἐς τὰς σφαγάς. In Aiace σφαγεὺς est ensis iugulator,

ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν ᾗ τομώτατος
γένοιτ' ἄν. —

σφαγεῖον uasculum dixere, quo exciperetur cruor uictimarum, quod ἀμνίον esse uolunt apud Homerum. σφαγιάζεσθαι significat cæsis uictimis rem diuinam facere, uel sacris operari. σφαγίδιον etiam cultrum notat culinarium. Et σφάκτριαι, sacerdotes fœminæ. σφάγια autem sunt uictimæ. Et σφαγίαν interpretātur diem sacrorum, quo pecudes mactarētur. Dicitur autem & σφαγίς. Appellarunt quidam iugulos, ut Celsus dextrum & sinistrum. His sunt iuguli compages colli cum trunco, id est κλεῖδες. quod nomen est ιλ. χ΄.

φαίνετο δ' ᾗ κληῗδες ἀπ' ὤμων αὐχέν' ἔχουσι
λαυκανίης, ἵνα τε ψυχῆς ὤκιστος ὄλεθρος.

& ιλ. δ΄.

— πὰρ' ὦμον ὅθι κληῒς ἀποέργει
αὐχένα τε στῆθός τε μάλιστα δὲ καίριόν ἐστι.

& ιλ. ρ΄.

τὴν βέλ' ἀπὸ κληῖδα μέσσην. —

Refert festiuum dictum Philippi Macedonũ regis Plutarchus, hoc modo: Philippus in prælio, læso iugulo, id est, τῆς κλειδὸς αὐτῷ κατεαγείσης ἐν πολέμῳ, cum indies aliquid ab eo postularet medicus, à quo curabatur, Quin tu, inquit, accipis quantum libet, cum in tua potestate sit clauis? Nam κλεῖς clauem significat: ideoq; hanc in corpore partem quidam clauiculam nominare non dubitarunt. Dicit & Demosthenes, se uidisse Philippum τὴν κλεῖν κατεαγότα. In salsamentis laudatæ fuerunt κλεῖδες θύννων. & deminuta uoce κλειδία. Plinius lib. 9. cap. 15. de Thynnis: Hi membratim cæsi, ceruice & abdomine commẽdantur, atq; clidio, recenti duntaxat. ὀρκύνου autem κλειδίων meminit Athenæus lib. 7. Apud Pollucem hæc leguntur: Collum fulcitur scapulis, uel illis potius ossibus, quæ scoptula operta uocarunt. Hæc desinunt supra humerorum eminentiam in iugulos, qui his sustinentur. Eorumq; partem unã nerui spondylis annectunt: altera uerò pars sub pectore in collum insidit, & appellatur κατακλεὶς, quasi clausura. Scoptula autem operta, ὠμοπλάται, sunt à quibusdam νωτιαῖαι, facto nomine à dorso, uocatę: à quibusdam πλάται, quasi remi. Sed iugulorum ea pars, quæ cum scoptulis cõnectitur, appellatur ἐπωμὶς, uicina humero. Quæ pertinet ad collum, ἀποσφαγὶς, eo quòd illud inter hos cauum σφαγὴ nominetur, à quibusdam tamen θυμός. Hinc ad humeros iam peruenitur, ij sunt ὦμοι. Vbi nominãtur ἐπωμία, & ἀκρώμιον, id est, eminentia humerorum, seu humerus extremus. ὠμοῦ κεφαλὴ, os, siue caput humeri, id quod extans κόνδυλος est. & ἀκροκωλία, extremitas membri. Et ἐπωμὶς ibidem nominatur, quod summum uolũt humerum significare. In Hecuba,

λαβοῦσα πέπλους ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος
ἔῤῥηξε. —

Etsi est hoc nomẽ etiam uestis. Iurisconsultus fortasse humerale dixit. Pollux tamen lib. 7. muliebris uestis appellationem esse ait. In epigrammate Archimeli, in naue nominatur eminens pars, ubi inscriptum esset elogium. Et ἐπωμαδὸν ἀείρας, super humeris saxum gestabat, Zethus apud Apollonium. Ab humero locum humerosum à rusticis appellari, scripsit Columella in uite, lib. 3. cap. 10. ἐξωμὶς fuit & amiculi, quasi penulæ, & seruilis tunicæ nomen, qui & ἀμφιμάσχαλος χιτών. nam ad alam intra humeros desinebat. Harum conficiendarum artificium, ἐξωμιδοποιΐα. In concione muliebri Aristoph. hæ enim sunt ἐκκλησιάζουσαι, ἐξωμισάσαις interpretantur, de nudatione brachij, ut summi appareant humeri. Hinc etiam nominatur ὠμιαῖον: ut ὠμιαία φλὲψ, uena humeri. & ἐπωμιαῖον. & aduerbium ἐπωμαδὸν, super humeris. In Lucianica auctione uitarum, est ἐξωμίας, humeris altis. κατωμαδὸν etiam dixere, cum humeris. Et chirurgicum uerbum κατωμίζειν, apud Hippocratem περὶ ἄρθρων, cum humeris adiuuatur restitutio luxati mẽbri. & res, κατωμισμός. Quidam etiam sternacem equũ, κατωμιστὴν dixerunt. Eustathius annotauit, ὤμους etiam rusticos ἀμπέλων, id est, uitis humeros appellare. Latina est apud Columellam appellatio. Nam ut idem Columel. scribit, ut in corporibus nostris propria sunt officia cuiusq; membri, sic & frugiferûm stirpium partibus propria munia. Quidam & ὑπωμίδα nominarunt, sub humeris aliquid: ut suprà, ἐπωμίδα. Humeri autẽ in solo homine nominantur, in alijs animantibus armi. Esse tamen quidam uolunt ueterem hanc & in homine appellationem, & inde factas armillas, secundũ quod & Virgilium dixisse,

—Latos huic hasta per armos
Acta tremit. —

Xenophon & ὤμους & ἀκρωμίαν in equis nominauit. Huius iuncturæ nomen est ἐντύπωσις, quod impressionem notat. & ὠμοκοτύλη, humeri acetabulũ. Atq; neruis quidem reuincitur, demissa atq; pendente iuxta latus manu: sed erectio ad ictum, quam Pollux πέσιν uocat, ὡς πυγμήν. Ea igitur insidit impressionis cauitati. Deinceps βραχίονες Aristoteli, Latinis brachia. Brachium, teres cum sit, et ut nunc legitur in Polluce, inclusum: uel ut ego malim, inflexum, ut pro ἐγκλεισμένος legatur ἐγκλασμένος: est tamẽ cubito breuius. qua parte uergit ad cubitum, dilatatur. Nam κονδύλοις τρισίν, id

est, processibus tribus, seu tuberculis inseritur, in cubiti σχηματισμῷ ἀγκυλωτῷ, id est, sedem similem literæ σ. Significat autem ἀγκυλωφὴ, quasi scalpturæ expolitionem. Celsus humerum uocat, quem propriè Græci βραχίονα uidentur appellasse, Latini lacertũ. Idemq́ brachia nominat eam partem, in qua est os cubiti. Quibusdam placet, utriusq́ in brachio partis hanc esse appellationem. Cicero cum dicit Tusc. 2. humeros, lacertos, manus, etiam significationem horum uocabulorũ obscurat. Sunt qui lacertos, musculorum appellationem esse uelint, & lacertosum, cum sint illi insignes. ut cum Columel. lib. 6. mulos laudat, qui sint feminibus lacertosis, cruribus compactis. Sed βραχίων nobis sit lacertus. Is est etiã ὠλένη, & ὠλὴν. quo nomine quidam priscus poeta appellatus fuit, patria Lycius, cuius mentio fit in Melpomena. Hinc est ὠλέκρανον, quasi ἄκρον, seu κάρανον τῶν ὠλενῶν, id est, lacertorum caput. Aristophanis εἰρήνη scripserũt ὠλεκράνων, in execratione cupidorum belli:

ὅστις δὲ πόλεμον μᾶλλον ἐν βούλεται,
μηδέποτε παύσαιτ᾽ αὐτὸν ὦ Διόνυσ᾽ ἄναξ
ἐκ τῶν ὠλεκράνων ἀκίδας ἐξαιρούμενον.

Quòd si quis est, qui bella paci præferat,
Is Bache nunquam desinat pater, precor,
De tubere cuspides reuellere cubiti.

Fuit & Achaicæ urbis nomen: unde Amalthea capra, Olenia cognominata. Fuit & Aetoliæ, cuius Homerus meminit in catalogo. Hinc est λευκώλενος ἥρη, candidis lacertis Iuno. Et ἀκρωλένιον, huius partis extremum. Et περωλένια, interiores tori. Et περωλενία φαρέτρα, ibi dependens. ut Maro,

— Dependent scuta lacertis.

Exteriores μῦες, id est musculi, appellatione generali, toros dixere, has quasi extantes partes carnosas: & inde tam musculosum, quàm torosum factum. Cicero in 2. Tuscul. O' pectora, ô terga, ô lacertorum tori. interpretans Sophocleum hoc,

ὦ νῶτα, καὶ στέρν᾽, ὦ φίλοι βραχίονες.

Et Maro,

Luxuriatq́ toris animosum pectus. —

βραχίων etiam uires notat, ut χεὶρ. Eurip. ἱκέτισι,

σφετέρων τ᾽ ἀμένειν μῦθον ἐκ βραχιόνων.

Monet præco, ne iuuenili impetu, uehemente oratione respondeat. Et in Hecuba,

— ὅτε γὰρ φέρον ὅπλα
ὅτ᾽ ἔγχος αἴρον τ᾽ ἦν νέῳ βραχίονι.

Ornatus autem brachij, περιβραχιόνια dixit Xenophon παιδείας 6. Athen. lib. 12. ex Asij uersibus memorat χλιδῶνας ἀμφὶ βραχίοσιν, id est, delicias in brachijs, quæ & χλιδῶναι fuerunt appellatæ. Sunt & arborum brachia. ut,

— Annosaq́ brachia pandit.

Et uitis apud Columellam. & ἀγκάλαι. Ouid. lib. 8. Metamor.

— Ex uno duo brachia ferrea nodo
Iunxit, ut æquali spacio distantibus illis,
Altera pars staret, pars altera duceret orbem.

Et in scorpionibus, ac catapultis. Et scorpij, signi cœlestis brachia, quæ χηλαὶ dicuntur, in Georgicis Virgilij. Et in munitionibus brachia dixere. Oppius: Per iugum summum cum copijs progredi cœpit, & brachia protinus ducere, & castella munire. Et uinea brachiata Columellæ. βραχίονος etiã κεφαλὴ, caput membri huius, id est, ubi illud iuxta humerum eminet, dicitur. Sed sub humero summo cauum, μασχάλη, axilla, & fuga uastioris literæ, ut ait Cicero, ala. Et huius partis fœtor, γράσος, ac κινάβρα: Latinis hircus, unde hircosi. μάλην hanc imperitiores dixere. quod uocabulum etsi in nominando Attici non usurparunt, ὑπὸ μάλης tamen φέρεσθαι dixerunt, de occultatione. Demosth. οὐδ᾽ ὑπὸ μάλης ἡ πρόσκλησις γέγονε, ἀλλ᾽ ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ: Sciunt hoc permulti: in ius enim medio foro, non clam, aut in angulo uocatus est. Xenophon ἑλλην. δ. ξιφίδια ὑπὸ μάλης ἔχοντες, absconditas sub alis gestãtes siccas. ἀπὸ δὲ μασχάλης, est ἀμφιμάσχαλος χιτὼν, in Equitib. Aristoph. uestis liberalis. Et ἑτερομάσχαλος, & ἑτερομάσχαλος, seruilis. & uerbum μασχαλίζειν, de quo passiuo usus est in Electra Sophocles,

ὑφ᾽ ἧς θανὼν ἄτιμος ὥστε δυσμενὴς
ἐμασχαλίσθη. —

Vbi de significatione huius uerbi explicãtes hunc uersum, copiosè disseruimus. Hoc loco corpora maximè & in uestigio titillantur, id est γαργαλίζονται. quæ uerba ad uehemẽtiores motus transferri solent, Plato Phædro, γαργαλίζεται δὲ

φύσεως

φύσεις πτερά: titillationes ſentit, dum pennæ erumpunt. Et eſt equus Xenophonti δυσγαργαλις, intractabilis. Titillatio eſt γαργαλισμός, qui & γιγγλισμός. Quę diximus περιωλένια uocari, id eſt lacertos interiores, ſunt etiã ἀγκάλαι, & ἀγκαλίδες, id eſt ulnæ: quibus ſignificatur & comprehenſio, & ſinus. ut λιμένων ἀγκάλαι, ſinus portuum. Et ἀγκαλίδες, faſces, id eſt, δεσμαὶ τῶν ξύλων. Vtrunq; accipi poteſt Ιλ. ς΄. ἐν ἀγκαλίδεσσιν ἔχοντες, id eſt, in faſcibus, uel in ulnis tenentes. Et εὐάγκαλον τὸ εὐφόρητον, quod baiulari facilè poteſt. Et ἀγκαλιδαγωγοί, baiuli, ijdemq; ἀγκαλιδοφόροι. ἐναγκαλίζεσθαι, complecti. & περιαγκαλίζεσθαι, ulnis comprehẽdere. Idq; uerba ſignificant, quod in lingua latina amplecti & amplexari. Sed παραγκαλίζεσθαι ſignificat ipſos baiulos aliquid παραφορτίζεσθαι, id eſt, de onere ſubducere. Dixerunt & ἀγκάζεσθαι, in ſignificatione complexionis. Ιλ. ρ΄.

— οἱ δ᾽ ἄρα νεκρὸν ἀπὸ χθονὸς ἀγκάζοντο
ὕψι μάλα μεγάλως. —

complexi altè ſuſtulerunt mortuum. Et aduerbium ἀγκάς. Ιλ. ω΄.

ἀγκὰς ἑλόντ᾽ ἐμὸν υἱόν. —

modò liceat complecti filium meum. Ille autẽ ſpiritu ſancto repletus Simeon, ἐδέξατο εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ τὸ παιδίον Ἰησοῦν, id eſt, amplexus fuit puerũ Ieſum. Sunt & ἀγκοῖναι, ulnæ. Οδυσ. λ΄.

ἣ δὴ καὶ Διὸς εὔχετ᾽ ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαῦσαι.

Gloriatam dicit Antiopen fuiſſe, quòd cubuiſſet in Iouis complexu. Ita ad cubitum peruenitur, qui Gręcis eſt πῆχυς. Is duo habet oſſa, alterũ maius, alterum minus. Vbi nexus eſt lacerti, ac cubiti, ibi nominatur tota iunctura ἀγκών. unde γαλιάγκωνες ſunt Hippocrati, περὶ ἄρθρων, breuibus lacertis: ſiue ἀπὸ τῶν γαλῶν, id eſt, de felibus: ſiue aliunde ducto nomine, ait Galenus. Quod eminet exterius, ἀγκών eſt Hippocrati, ut ait Galenus in ſecundo περὶ χρείας μορίων, ἀγκὼν δ᾽ ἐστὶν ᾧ ποτὲ στηριζόμεθα φησὶν ἱπποκράτης, id eſt, quo innitimur. ut Οδυσ. ξ΄.

ἦ, καὶ ἐπ᾽ ἀγκῶνος κεφαλὴν σχέθεν, εἶπέ τε μῦθον.

Dixit, & innixus cubito caput, hæc ita fatur.

Hæc pars eſt, inquit Galenus, maioris oſsis in cubito, quod propriè πῆχυς uocatur. Attici ὠλέκρανον nominant: unde eſſe ὠλεκρανίζειν apud Comicos, ait Pollux, neq; interpretatur. Fortaſſe aut trudere, aut niti cubito hoc fuerit. Addit Pollux, cubiti appellationem & ὠλένην eſſe: atq; hinc deducit λευκώλενον, et ἀκρωλένια, extremitates cubiti. ἀγκῶνα Xenophon etiã in canibus nominauit. Ipſum autem nexum, uel illud potiùs acutum eminenſq;, cubitum uidetur appellaſſe Plautus Curculione, & Captiuis, Cubitus catapulta eſt mihi. Nexum planè appellauit Plin. lib. 11. Homini genua & cubiti contraria. Illud autem acumen cubiti, & χελιδών apud Suidam uocatur. Interpretantur & ἄγος, & ἀγοσόν, ἀγκῶνα: alij tamen πῆχυν, alij χεῖρα πρηνῆ. Homericum eſt de ſtratis in prœlio, ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ. ἀγκῶνος nomen transfertur & ad littorum ſinus. Sophoc. Aiace,

οἱ δ᾽ ἐπακτίους ἀγκῶνας, οἱ δ᾽ αὐθεντίους
ζητοῦντ᾽ ἰόντες. —

Et rupium: ut Argonauticorum 2.

— ἀγκῶνα περιγνάμψαντες,

circumflectẽtes illum petrarum ſinum. In Euterpa eſt νεῖλος ἀγκών, flexus, ſeu brachium Nili. Ἰλιακοῖ autẽ de muri flexibus dicuntur ἀγκῶνες, ſicut & Ιλ. π΄.

τρὶς μὲν ἐπ᾽ ἀγκῶνος βῆ τείχεος ὑψηλοῖο
πάτροκλος. —

*Ter quidem in excelſi Patroclus brachia muri
Irruit.* —

Et ἀγκών, flexus ſcorpionum ac catapultarum. Eſt & ἀγκών proprium nomen urbis in agro Picentino. Verbum διαγκωνίζεσθαι ſignificat cubito inniti. παραγκωνίζεσθαι autem, cubito repellere. Lucian. Timone, τὸν πλησίον παραγκωνιζόμενος, eum qui fortè proximè accubuit, depellens. ἐκκλησιαζούσαις autẽ Ariſtoph. id eſt concione muliebri, διαγκωνιῶ, Atticum futurum, quidã interpretantur, inſeram manus lateribus, ut cubiti emineãt. quo in geſtu quendam anſatum Plautus appellat. Quidam maluerunt, cubitum explicabo, & præbebo manum: ſed prius eſſe uerius uidetur. ὑπαγκώνια Galenus nominauit in 2. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν, quæ cubitis ſupponerentur, id eſt cubitalia: ſicut ὑπαυχένια, ceruicalia. πῆχυν cubitum interpretamur latinè: quod nomen & maſculini & neutri generis eſt. In hoc ſuperior pars, inquit Pollux, nominatur ἐπίπηχυ, inferior ἀγοσός. Homericum eſt, ἕλε

γαῖαν ἀγοσῷ. ubi pugillum ſignificare ἀγοσὸν quidam uolunt. Ab hoc ſunt nomina ueſtium, περιπηχυ, & πηχυαλὶς. περίπηχυ quidem, ut ait Pollux, pallium erat album, cui eſſet intextus purpureus cubitus. πηχυαλὶς uerò, quod utrinque haberet attextam purpuram, Ionica dialecto appellatum dicit: quod alij περυφὶς & περιαλουργὶς uocarint. τόξυ πῆχυν dixit Homerus ιλ.λ΄.

—ὁ δὲ τόξυ πῆχυν ανέλκε.

arcum contendit, περιφραστικῶς. Duo enim in arcubus cornua utrinque, cubita uocantur, ut interpretes Homerici aiunt. & οδυσσ.φ΄.

τὸν δ᾽ ἰθὺς πῆχυν ἐλὼν ἕλκεν νευρὴν γλυφίδας τε.

πηχυῶν εστε eſt in 4. Argonauticorum,

ἀργύρεον χαῖον παλάμη ἐνὶ πηχυόωντα.

Dicit Phaetuſam reclinatam cubito geſtaſſe manu pedum argenteum. Quidam, inquit Pollux, tam ſummi humeri, quàm cubiti articulum uocant κορώνας, clauas: quidam ἁρμὸς, compages: quidam κονδύλους, tubercula. Dicit & hoc, qua parte cubitus cum lacerto committitur, ea cauum interius nominari ὠλέκρανον; quoſdam arbitrari: exteriorem autem cõmiſſuram, ἀγκῶνα. Sed hæc indiſertius memorantur. Quod ſequitur in Polluce, mẽdoſum, & κορωνὸν ſcribendum eſſe ſuſpicor, uel ſimile quiddam. Nam Galenus in 2. de uſu partium corporis humani ait, duos eſſe proceſſus cubiti: unã poſteriore in parte maiorem, alteram ſurſum uerſum, & priore parte minorẽ. Hi exterius, inquit, gibbos habent, interius caui ſunt. Vno autem cauo ad alterũ conuerſo, efficitur una magna cauitas, repræſentans figuram literæ σ. Hos proceſſus communiter κορωνὰ, ſeu κορώνας, nomine indito de rotunditate: ſed poſteriorem illum maiorem Hippocrates ἀγκῶνα, Athenienſes ὠλέκρανον uocarunt. Hæc ille fermè. Significant autem κορῶναι, roſtra, ut in arcu, ιλ.δ΄. & οδυσσ.χ΄. & orbes, ut in foribus: & glandes, denique quicquid deſinens turbinatur. Et in nauibus roſtra appellata fuere: unde illæ κορωνίδες dictæ. Sed de his ſatis. Apud Pollucem præterea legitur, hanc partem appellari κύβιτον, & ab Hippocrate κύβιτον: idq; eſſe nomen ſuſpicatur Doricum, dialecti Siculæ: atq; hinc Epicharmum feciſſe κυβιτίζειν, cubito ferire. Legitur hoc ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ᾽ ἄνθρωπον. Et hinc Latinorum cubitum factum eſſe, non abhorret à uero. Addit Pollux, cõmiſſuram lacerti cum brachio βαθμίδα uocari: neq; hoc ſatis explicatè. Nam Hippocrates nominat in cubito βαθμίδας, id eſt ſedes quaſdã, in quas lacerti proceſſus inſidunt, & ubi in illa appellata τροχιλοειδέα χώρα, & περιφορὰ à Galeno, quaſi rotatione trochlearum circumagitur cubitus. Locus Hippocratis eſt ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν, id eſt, ubi de fractorum membrorum alligatione diſputat. τοῦ γὰρ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς ἐν τῇ τοῦ πήχεος βαθμίδι, ἐν τουτέῳ τῷ σχήματι ὁρᾶσθαι. Galenus in ſecundo περὶ χρείας μορίων, etiam in brachio βαθμίδας nominat. γίγγλυμοι autem ſunt commiſſuræ mutuæ inſertionis: ut in clauibus forium, & in iunctura cubiti ac lacerti apparet. Nam quod γιγγλυμοειδὲς appellat Hippocrates, illud eſt in lacerto inferius, ubi hic ad cubitum annectitur, ſeu articulatur, id eſt διαρθροῦται. Sed ut γίγγλυμοι, id eſt, commiſſuræ inſertionis mutuæ, habent τὰ μέν τινα κοῖλα, τὰ δὲ ἐξέχοντα, id eſt, quaſdã partes cauas, quaſdam prominentes: ita & in hoc nexu lacerti, inferior pars deſinens in teretem gibbum, cum cauis extantibus, & referentibus trochlearum ſimilitudinem. Illa igitur hoc quaſi ambitu trochleari infigitur cauis cubiti: ſed in extremitatibus ſuis habet βαθμίδας, id eſt quaſi ſedes, unam in fronte, & alteram in tergo, quibus accipit cubiti prominentes partes: quæ quia ſunt teretes, κορῶναι, id eſt roſtra, ſeu glandes nominãtur. Nam cubitus ſimilis literæ σ, ſuperiore parte ſui cum lacerto connectitur, atq; totum illum fermè ambitũ trochlearũ complectitur. Sed nimis ſumus iamdudum uerboſi, præſertim extra inſtitutũ euagantes. Demonſtrandũ tamen fuit, id quod Pollux reliquiſſet incertũ, ut alia quoq; non pauca, quorum in hoc libro ille meminit, ſtudioſi diligẽtius ueſtiganda, & de anatomicis tractationibus aſſumẽda eſſe ſcirent. Sequitur in Polluce, cubitum habere duo oſſa, quorũ minus appelletur κερκίς, id eſt radius: et περόνη, πῆχυς,

id eſt,

id est, cubito additum. Nam alterum os maius cubiti nomen habere, quod & quidam πρόπηχιον nominarint, ante illud alterum, nimirum τὸ προπηχὺ collocatum. A' cubito est cubitalis, πηχυαῖος, de spacio. Dixere & πηχίσκους, uectes insertos funiculis. Est & δίπηχυς hinc compositum, cum ualidis aut decentibus cubitis. Et Aurora ῥοδόπηχυς, quæ in roseis bigis fulget Maroni. & καλλίπηχυς, pulchris cubitis. Est autem πῆχυς quoque, mensuræ cubitalis spacij nomen. βασιλήϊος uerò πῆχυς, Herodoto teste, usitato longior digitis tribus. πυγὼν autem, breuior una palma. Sed ὀργυία, id est ulna, extẽsio est ambarum manuum, cum spacio quod pectus comprehendit. Ita erit palmarum quinque πυγὼν, sex πῆχυς, 24. ὀργυία, ut alibi ostendimus. unde est τεσσαρακοντόργυιος, & διόργυιος, Herodoto quadraginta ulnarum, & duarum ulnarum. Aratus dicit, spacium inter stellas Cancri, appositas præsepi, uideri, ὅσον πυγούσιον. Hoc esse Theon, uel quisquis interpres est, ait ἀπὸ τοῦ ὠλεκράνου εἰς μικρὸν δάκτυλον ἀνακεκαμμένον: id est, quod sit inter cubitum extremum, & minimum digitum inflexum. Hinc fecerunt πυγμαίους quidam, non ἀπὸ τῆς πυγμῆς, id est pugillares: sed ἀπὸ τοῦ πυγόνος, quasi πυγονιμαίους, homunculos non prorsus sesquipedales. Sunt autem ἀπὸ τοῦ πήχεος, cum mensuræ nomen est, δίπηχυς, τρίπηχυς. καὶ πεντάπηχυς ἀνδρὸς ὄστεα, reperta de cadaueribus Persarum, scribit Herodotus Calliopa. & πηχυαῖος, cubitalis.

Sequũtur χεῖρες, id est manus. Harum cum cubito iunctura, καρπός. unde & in stirpibus, καρπὸς, id est fructus appellatos, Grammaticis placet. Hanc partem in significatione beneuolẽtiæ, ut postea etiam dicetur, prehendere ueteres solebant. ιλ. ω.

—ἐπὶ καρπῷ χεῖρα γέροντος
ἔλλαβε δεξιτερὴν, μή πως δείσει' ἐνὶ θυμῷ.

Et indignantes retrahere: ut ὀδυσσ. β'. Telemachus,

—ἐκ χειρὸς χεῖρα σπάσατ' ἀντινόοιο.

Alius autem etiam, κύσε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ, id est, osculatus fuit. Veteres, ut Hippocrates, nominarunt χεῖρα, totum membrum brachij, ab humero ad extremos digitos usque: & quod nos manũ, illi ἄκραν χεῖρα; Atque ita & apud Homerũ inuenitur positum hoc nomen, ιλ. λ'.

νύξε δέ μιν κατὰ χεῖρα μέσην ἀγκῶνος ὑπένερθεν.

& ιλ. ι.

—ἔλασ' ὤμων
φασγάνῳ ἀΐξας ἀπὸ δ' ἔξεσε χεῖρα βαρεῖαν.

Item ιλ. ι.

—ἄκρην οὔτασε χεῖρα
πρυμνὸν ὑπὲρ θέναρος.—

Et illud, χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ. Ita ait & Galenus, τὴν ὅλην χεῖρα diuidi in partes tres præcipuas, τὸν βραχίονα, τὸν πῆχυν, & τὸ ἀκρόχειρον. Sic enim una composita de duabus τῆς ἄκρας χειρὸς uoce, manum appellat. Iunctura autem manus cum cubito, id est, qua parte committitur manus cum ossibus illis duobus, quorum uni nomen πῆχυς, alteri κερκίς, καρπὸς est, ut diximus. Ibi cubiti ac radij ἀποφύσεις processus quidam & sunt & nominantur. Itemque κεφαλαὶ, & à quibusdam κόνδυλοι. καρπὸς habet ossa octo, uel saně nouem. nam incertus numerus est, Celso teste. Ante hunc nominatur προκάρπιον. Sed & proijci uidetur καρπὸς; quasi ad speciem ἀστραγάλου. Sed μετακάρπιον est palma, quæ pars infra digitos aperitur, & in illos finditur. Interius pulpæ manus, θέναρος nomen habent. Sunt autem θέναρα, quasi tori intus in manu, παρὰ τὸ θείνειν, quod uerbum ferire significat, ut uolunt quidam, gaudentes exquisitione originum, id est, ἐτυμολογίαις: quòd hos soleamus ijs infligere, quæ ferimus. Quemadmodum ait Galenus commentatione secunda εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν ἱπποκράτους. Quidam tamen, inquit, non omnes toros, id est, οὐ πάντα τὰ ἐξέχοντα, in manu ita appellant, sed illos tantummodo iuxta maximum digitum. Ir Latině hanc partem nominari tradidere. Et Charisius flectit ir iris, alijs non flecti docentibus. Nominatur & uola. unde euolare, in Cistellaria. & inuolare, Catullo, surripere. Ex Pindaro βωμοῦ θέναρ, τὸ πλάτος, id est, planicies aræ, memoratur: Et apud eundem, ἰσθμίων quarto, est θαλάσσης θέναρ, maris patens spacium. Exterius est ὀπισθέναρ, uel potius τὸ ὄπισθε θέναρ, id est, πρηνὴς χεὶρ, prona manus: ut uersa, ὑπτία, id est, supina.

Sed Aristoteles nomen habere negat. Quod est intra digitum maximum, & sequentem, cui nomen λιχανὸν esse constat apud ueteres: quod ideo addo, quia memini quosdam olim de hac interpretatione dubitare: inter hos igitur spacium, à Galeno appellatur εὐρυχωρία ἡ κατὰ τὸν λιχανόν. nam hic à maximo longissime recedit. ἐκ τοῦ λιχανοῦ uerò ad minimum usq;, ὑποθέναρ dicitur, quasi minusculum θέναρ. στῆθος infrà, ubi palmæ initium est, in manu intus nominatur: et alio nomine ἄνδηρον, quod significat quiddam ueluti exaggeratum, ut in ripis & sulcis cernitur. Intra hęc, id est θέναρ, ὑποθέναρ, στῆθος, medius quasi lacus, cauum in manu dicitur. Quidam eam partem manus, qua aliquid prehendi solet, quæ est prior, & quasi aduersa, θέναρ appellarunt, ut Hippocrates, & ante hunc Homerus. Huic oppositā uerò totam, quæ est ueluti auersa manus, ὀπισθοθέναρ, posteriorem planiciē. Itemq; κτένας, pectines. et προκάρπια, id est, ante uel supra iuncturam loca, & δῶρα. Præterea in ambabus quod iuncturæ proximū est, στῆθος, id est sinus. Quod ad digitos uergit, ταρσόν, et κράτος, manus robur, & fiscinam. Sunt digitorum singulorū ossa tria, excepto maximo, qui duo tātum habet. Horum nodi, ἄρθρα dicūtur, id est articuli: & quę horum partes eminent, κόνδυλοι. unde et plagæ nomen ductum. secundum hoc,

ὧν οἶνον αἰτῇ κονδύλους αὐτῷ δίδου.

Puero petenti pro uino da condylos.

Hinc est uerbum κονδυλίζειν. Et est in fabulis, Herculē κονδυλίσαντα interemisse puerum, qui parum scitè aquam uel poculum ministrasset, ut Athen. retulit lib. 9. σκανθαρίζειν autē dixere, ut Pollux docet lib. 9. τὸν μέσον τῆς χειρὸς δάκτυλον ὑπὸ τοῦ μείζονος ἀφιέντα τῇ ῥινὶ παίειν: id est, digitum medium emissum à maximo, in nasum infligere. Condylum, uel ut alijs placet, percussionem illam contenti digiti, dixit in Tiberio talitrū Suetonius: Vt caput pueri, uel etiam adolescentis, talitro uulneraret. In digitis ossa illa, σκυταλίδας, & φάλαγγας, & φαλάγγια uocantur: quasi dicas scuticulas, & perticas, ac perticulas. Aristot. ait, τὸ τοῦ δακτύλου καμπτικὸν κόνδυλον uocari, τὸ δὲ ἄκαμπτον φάλαγγα, id est, ubi contrahuntur, κονδύλους nominari: ubi directi sunt, φάλαγγας. Nomina digitorū sunt, μικρὸς, qui latinè minimus. Huic proximus παράμεσος, latinè proximus minimo. Post hunc μέσος, medius. & deinde λιχανὸς, à lingendo, qui dicitur latinè index. Quintus est ἀντίχειρ, δικόνδυλος, cum alij τρικόνδυλοι sint, pollex. Idemq; μέγας, id est magnus. Appellatur autem ἀντίχειρ, quòd unus instar sit reliquorum omnium. Nam absq; hoc, uel nullus, uel deterrimus fuerit usus manus. Indicem, Latini & salutarem: medium, infamem & impudicum, & uerpum: proximum minimo, medicum appellasse reperiūtur. Nam annularem & auricularem non agnoscunt eruditi. Pollux in manu auersa nominat ante condylos μετακόνδυλα: quorum, inquit, superiores partes, ἄρθρα sub phalangibus uocantur ῥιζώνυχες. Quæ, ut ingenuè fateor, siue ita ab illo perscripta, siue corrupta à librario, explicare nō possum. Galenus & φαλάγγων κεφαλὰς, ut in alijs artubus nominat. Sed ῥιζώνυχες sunt Polluci, illi quasi margines unguium, unde hi procedunt. Nam deinceps nominat ὄνυχες, qui sunt ungues, sub quibus ait dici solere neruos desinere, ideoq; nimirum clausulæ extremæ neruorū existimatæ, ut ait Plinius. Idem Pollux, sub unguibus loca, κρυπτὰ, id est abscondita, appellat. Et horum ἀργέμας, ab albedine, quibus utrinq; circundātur, παρωνυχίας. quod nomen & uitij unguium est, ut dicetur suo loco. Inferius nominat γωνίας, id est angulos: & illam iuxta radicem quasi lunulam candicantem, ἀνατολὴν: quod uocabulum, ortum notat. Interius in digitis sunt fines horū, ῥᾶγες, & κορυφαὶ, ubi pulpulæ teretes digitos terminant: quasi latinè dicamus uuas, & uertices. Hæc sanè subtiliter ab illo exquisita, hactenus retulisse satis sit. Galenus autem usum multo accuratius percensuit, notato etiā Platone & Aristotele, qui horum meminissēt negligētius. Cui tenuitati ne quid desit, addatur sanè & hoc, obseruatum esse, ungues totos renasci tot fermè diebus, quot sol trientem signiferi pertranseat, id est, mensibus circa quatuor. Vt si quis propter radicem scalpello notam, ungui fortè apposuerit calendis, uerbi causa, Ianuarijs, in extremo illud ungue

reper-

reperturus sit, circiter 5. aut 3. cal. Maij. Ab ungue est Latinis ungula. Græcis ὀνυχίζειν, & ἀπονυχίζειν, ungues recidere. Aristoph. Equitib. transtulit uerbum ad priuationem, ἀπονυχιῶ σε τὴν πρυτανείῳ σιτία, præcidam tuas in Prytaneo publicas epulas. ἐξονυχίζειν interpretantur, ad unguem exquirere. A' teneris unguiculis, Cicero Græcorum prouerbium esse indicat. Plautus autem in Pseudolo, cocorum appellauit furtificas ungulas. Cicero item Tusc. 2. omnibus ungulis, de uehementissima contentione posuit. Eurip. uerò Cyclope ita,

ὥς τ' εἰς ἄκρους γε τοὺς ὄνυχας ἀφίκετο.

Vini ait suauitatẽ ita penetrasse totum corpus, ut ad ungulas extremas peruenerit. Castigari autẽ ad unguem, & perfici, Latinorum prouerbinm. Et Maro Georg. 2.

— Nec secius omnis in unguem,
Arboribus positis secto uia limite quadret.

Equorum ἐπίθετον est, ut μώνυχες, quasi solidunguli uocent. Et Aristoteli in Problematis sunt πολυώνυχα ζῶα, plurium unguium, seu ungularum. & γαμψώνυχες aues, cum acutis ungulis. χηλώνυχα uerò, quibus ungulæ sulcatę, seu fissæ. ἀκρώνυχα, & ἀκρωνυχίαν, extremos dixere ungues, & de iugis montium uerbo usi fuerunt. Nominantur & in rosis ungues, ima foliorum pars flauescens, quam abscindere, uel subsecare iubet Dioscorides, cum ait, παρὰ ὀνυχίζων πρόσβαλε ῥόδα. ubi docet conficere unguentum rosaceum. Reperitur et ὄνυξ ὄρους, et ἀκρονυχία, de fastigio. Est & gemmæ nomen ὄνυξ, itemq́ σαρδόνυξ. & poculi nomen, quod etiam ligneũ fuisse tradidit Athenæus. Plutarchus in libello de uirtute mulie-bri, et de ancora usus est uocabulo, ὄνυχα significans, ut opinor, uncum Sed in re rustica ungues in ferramentis nominarunt, atq́ etiam in stirpibus. Vnguium præsegmina sunt ἀπονυχίσματα. Aliqua autem apud Ouidium

— Papaucreas subsecat ungue comas.

His scindunt genas, & lacerant ora propria in luctu, aliorum in ira. Apud Homerum uerbum est huius rei, ἀμύσσειν, id est σπαράττειν. Ιλ. τ'.

— χερσὶ δ' ἄμυσσε
στήθεά τ' ἠδ' ἁπαλὴν δειρὴν ἰδὲ καλὰ πρόσωπα.

Et in lege Solonis, μὴ ἀμύσσεσθαι κοπτομένας. quod in decimam tabulam Cicero ita translatum fuisse ait, Mulieres genas ne radunto. Vnguibus etiã κνώμεθα, id est scalpimus, ut caput. Hinc illi sunt, qui uno digito caput dicuntur scalpere. Hi sunt, οἱ δακτύλῳ κνώμενοι τὴν κεφαλήν. κνήθειν autem, fricare. & κνησμός, pruritus. & κνησιᾶν, prurire. Et illi apud d. Paulum, κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν, quorum aures pruriunt. Item κνίζειν, quod posuerunt pro incessere. Lucianus πῶς αἰσθῃ, τὰ τοῦ ὁμήρου κατακνίζοι, Homerica lacerant. Vngues autẽ in ulcere dixere, de irritatione. His etiam ξύειν & ξύσσειν, scalpunt ac scindunt. Est & δρύψαι, ξῦσαι. Et hinc ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος, Laodamia, quę laceris esset genis in luctu. Pollux autorem citat Clearchum Solensem, discipulum Aristotelis, qui tradiderit totã manum constare ossibus 26. Hæc clausa, pugnus dicitur, id est πυγμή, parte exteriore sui. unde & πύκτης, pugil, qui cestibus depugnaret. & uerbum πυκτεύειν. & ἐξεπύκτευσε, excussit. & πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα, Ιλ. γ'. & πὺξ ἔπαισε, pugnum impegit. quod & dixere πὺξ ἐπάταξεν, & πὺξ ἔπληξεν. & apud Theocritum illud antè quoq́ commemoratum,

— πὺξ ἀλλ' ὁ κόρρας
ἤλασεν ἐκ δίφρου ἄλλων. —

ἀλλὰ πυκτικῶς, ut intelligamus πληγήν. id est, pugno plagam incussi malæ. Sunt & πυγμάχοι Homero πύκται, Οδυσ. θ'.

οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν ἀμύμονες.

Pugillatorij folles, & pugillarés tabellę, in lingua latina à pugno deduci uidentur, quod uocabulum deminuunt in pugillum. Atq́ hoc placet quibusdam significari τὴν δράκα, & τὸ δράγμα, id est, quod manus comprehendit, seu capit. Nam δράττεσθαι & ἀντιδράττεσθαι capere significat, & cõprehendere. Hinc & δράγματα, manipuli. Ιλ. ς'.

δράγματα δ' ἄλλα μετ' ὄγμον ἐπήτριμα πίπτον ἔραζε.

Et ibidem, παῖδες δραγμεύοντες, manipulos colligentes. Et δραχμὴν etiã indidem quidam fecerunt. Et δράκας canum: ita enim in Columella legitur, uestigiorum articulis & unguibus amplissimis. Porrectis digitis, siue dilatatis, palmam & palmum nominamus, Cicero de Orat.

Zeno

Zeno quidē ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebar, quid inter has artes interesset Nam cum compresserat digitos, pugnumq; fecerat, dialecticā aiebat eiusmodi esse: cum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse aiebat. Hinc depalmare, palmo uerberare, dixit Gellius. Et palmatus paries, in declamatione Quintiliani, nota palmæ cruentæ insignitus. Et palmata tunica, ab arbore, quæ φοῖνιξ dicitur, ut uidetur. Hęc enim palma dicta putatur, quòd non ut cęterę ferè arbores pandat ramos: sed erigat, ut tanquam digiti in manu emineant. An ἀπὸ τῆ παλάμης hoc uocabulum sit factum, quærendū: quo sanè manus notatur. Odyss. έ. παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος. Il. autem γ'. ὑπ' Ἄρηος παλαμάων, manibus Martijs. Et παλαμναῖος, αὐθέντης, uel Deus ultor cædis. quam sanè dictionem aliunde Plutarchus deduxit, id est, ἀπὸ τῶν παλαιῶν μιασμάτων μνήμης. Sophocles Electra,

ἣ τῷ ξυνεύδεις τῷ παλαμναίῳ, μεθ' οὗ
πατέρα τὸν ἀμὸν πρόσθεν ἐξαπώλεσας.
Quæ cædis autori nefariè accubas,
Cum quo meum interfeceras prius patrem.

Significat & fraudes, atq; artes græcum uocabulum. Soph. Philoct. τίνα ῥέξεις παλάμαν; quid facies? aut patrabis? Pindarus autem Olymp 10. dixit, θεοῦ σὺν παλάμᾳ, ope diuina. Theognidis est,

παντοῖαι δ' ἀρετοὺ καὶ βιότου παλάμαι.

Rationes & artes uitæ dicit esse uarias. Aristoph. σφηξί, δεῖ δέ σε παντοίας πλέκειν εἰς ἀπόφυξιν παλάμας: Varias artes oportet te nectere, ut libereris. Hinc uerbum παλαμᾶσθαι apud Aristophanem: quem locum citauit Cicero, Attico scribens:

πρὸς ταῦτα κλίνων καὶ παλαμάσθω,
καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω,
τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, καὶ τὸ δίκαιον
ξύμμαχον ἔσται. —

Cleonē iubet facere, & moliri, ac struere omnia aduersum se, dum asit ipsi conscientia recti & iusti. In Toxari Lucianico hęc leguntur, καὶ οἱ κόλακες δὲ συνέθεον ἤδη παλαμησόμενοι, ὁρῶντες ἔτι ὀδόντας ὄντα τὸν Δεινίαν: Concurrebāt assentatores, correpturi fraudibus seu artibus suis Diníam, quem adhuc cernerēt arrodi posse. Gellius dixit, depalmauerat, lib. 20. cap. 1. ex Labeone: id est, palma uerberauerat. Complosio manuū, πίτυλος: quo & remigiū notatur. In Troadib. νεὼς πίτυλος. In Alcestide uerò, σκύφου πίτυλον dixit, poculi cōuersionem. & πιτυλίζειν, manibus gestum edere. Et gestire, id est incitari, & moueri. In manu sunt uariæ diuersæq; incisurę, seu lineę, id est τομαὶ, & γραμμαὶ: quibus inspectis ac consideratis, reperiuntur qui de hominum uita & moribus prędicturos se polliceantur. ij uocantur χειρομάντεις, & χειροσκόποι. Et χειροσκοπικὸν μάντισμα, uaticinia manibus inspectis. de quibus composuisse fertur libros apud Græcos Helenus quispiam Syracusius, & uersibus Eumolpus. Illi igitur partes manus his nominibus distinguunt: Post iuncturā, id est καρπὸν, ἀκρόχειρ, quicquid patet intra iuncturam & digitos, quæ fermè παλάμη, id est palma, dicitur. In ima manu est ῥίζα χειρός, radix manus. Illud carnosulum sub pollice, τύλος ἀντίχειρος, montem latinè quidam appellarunt pollicis. Illud uerò alterum depressius paulo, τύλος χειρός. Inter hæc μεταστήθιον, quasi interstitium horum monticulorum. τύλος ἀντίχειρος includit linea recurua quæ sub radice indicis, qui locus dicitur μετὰ τὸ θέναρ, post planiciem manus, orta, desinit in μεταστήθιον, & uocatur χρονικὰ. Ab hac initiò con iuncta in plurimis manibus, descendit alia per mediam & cauam manū, id est, κοῖλον χειρός, seu κοτύλην: nam sic quoque nominarunt. (Quicquid autem cauum esset, ueteres κοτύλην uocarunt. unde & κοτυλήρυτον αἷμα, quod manibus hauriri posset.) Sed ea linea, quam diximus, est ζωηφόρος, id est uitifera: describitq; cum chronica, quæ temporum linea est, figuram triquetram. unde & spacio illi nomen τριγώνῳ, id est triangulo. Vbi uerò initia iungūtur plerunq;, ut diximus, συναφὴ est, id est connexio. Supra hanc subiecta monticulis seu tuberculis digitorum ἀναγκαία, latinè uocarūt mediam naturalem. Atq; hæc cum uitifera quadratum describit: itaq; ille locus τετράγωνον dicitur. Hæc de Græcorum monumentis aspersi, non ingrata futura, ut arbitrabar, lectori curiosulo, quales ferè literarum studiosi esse consueuere. Est autem manus ὑπτία, supina: πρηνὴς, prona.

A' manus

A manu Græci multa duxerunt. εὔχειρ, promptus manu, & statuarij nomen apud Plinium. Placet autem Græcis, non esse εὔχειρα τὸν ἔχοντα καλὰς χεῖρας, sed τὸν πυκτικόν: id est, non bellis aliquem manibus, sed agilibus in decertando. θρασύχειρ, audax in utendo manibus. ἀντίχειρ, pollex. Et res εὐχειρία, θρασυχειρία. nam à tertio appellatio non ducitur. χειροτέχναι sunt opifices, & quas uocant operas, id est, ὑπηρετοῦντες τοῖς ἀρχιτέκτοσι, qui suis manibus opera elaborant. & χειροτεχνία, opificium. & uerbum χειροτεχνεῖν. & χειροτεχνικός, fabrilis. In Trachinijs Sophocl. est χειροτέχνης ἰατορίας, id est, opifex medicinæ, planè is quem nunc χειρουργὸν uocant. χειρίζειν Hippocrati manibus curationem exequi significat, cùm alibi, tum in libro qui inscribitur ἰατρεῖον, id est medicina. & res χείριξις: quam tamen & μεταχείρισιν interpretatur Galenus commentatione prima in librum Hippocratis de Fractis. Et significat sanè hoc uerbum Polybio lib. 2. ἀδήλως αὐτὰ διηγοῦνται χειρίζειν, administrare. & χειρισμός, administratio. ὅτι χειρίζειν χρὴ, ὥστε ἐκβαίνειν ἐπὶ τὸ δικαίας χειρίξιος. Eam manuum curationem esse debere ait, ut respondeat ueræ curationi exitus. χειρουργός Polluci uidetur futile, ac mauult χειρουργικόν. χειρουργία res est, & uerbum χειρουργεῖν. Platoni in Politico χειρουργία significat opificium, seu artificiũ manus, ut & in Teutonico sermone appellatur. In Platonico Atlantico hoc legitur, ἐν δὲ πολλὰ μὲν ἱερὰ καὶ πολλῶν θεῶν, πολλοὶ δὲ κῆποι, καὶ πολλὰ γυμνάσια ἐκεχειρούργητο: Vbi sanè multa fana complurium deorum, multiq; horti, & multa gymnasia ædificata, uel fabricata erant. Et χειρουργοὶ artifices sunt, ut Lysippus. χειρουργίαν autem dixere medicinam sectionum & ustionum: sicut medicamentorum, φαρμακείαν. Cicero Attico lib. 4. Diæta curari incipio, nam chirurgiæ tædet. χειρουργεῖν autem Thucydidi, manu rem aggredi, libro 8. ἐλθόντες οἱ τετρακόσιοι μετὰ ξιφιδίου ἀφανοῦς ἕκαστος καὶ οἱ εἴκοσι, καὶ ἑκατὸν μετ' αὐτῶν ἕλληνες νεανίσκοι, οἷς ἐχρῶντο εἴ τι δέοι χειρουργεῖν: id est, ut interpretãtur, διαχειρίζεσθαι: Affuere quadringenti uiri, singuli cum tecto pugione: itemq; unà centũ uiginti adolescentes Græci, quorum opera, cum res manum poscebat, uti consueuerant: id est, cum aliqui è medio tollendi erant. Lucian. simpliciter de tractatione posuit, in disputatione de historia scribẽda, ἐπεὶ καὶ ἐκιθάριζε μὴ μαθὼν, καὶ ηὔλει, καὶ πάντα ἂν ἠπίστατο. νυνὶ δὲ μὴ μαθὼν, οὐκ ἄν τι αὐτῶν χειρουργήσειεν: Hoc modo enim & cithara caneret, & tibia, qui nunquam didicisset. Nunc uerò horum nihil tractare possit indoctus. χειρώσασθαι, subijcere, seu domare. Xenophon Hierone, ἐχθροὺς χειρώσασθαι, subiugare hostes. Et Trachinijs Sophocles,

ζεὺς ἂν ξυνέγνω σὺν δίκῃ χειρουμένῳ.
Nam iure Iupiter domanti ignosceret.

Et Eurip. Phœnissis, ἀταλάντην κάπρον χειρουμένην, Atalantam domantẽ aprum. ἐγχείρημα, ἐγχείρησις, conatus, à uerbo ἐγχειρεῖν: sicut ἐπιχείρησις, & ἐπιχείρημα, aggressio, à uerbo ἐπιχειρεῖν. Xenoph. ἑλλην. α. προαισθόμενος δὲ αὐτὸν ἐμελλε τοῦτο τὸ ἐπιχείρημα, cum præsensisset conatum illum. Herodoti κλειοῖ legimus, τίνι δὲ τρόπῳ ἐπιχειρήσωμεν αὐτῷ; quo pacto illum adoriemur? haud scio an perperam mutata litera κ in ι. Thucyd. 4. ἐπ' ἐκείνοις γὰρ εἶναι τὴν ἐπιχείρησιν, aggressionem esse penes illos. Cyrus autẽ glorians in octauo παιδείας, ὅτι, inquit, ἐπιχειρήσας, ὅτι ἐπιθυμήσας οἶδα ὅτι ἠτύχησα: Nihil aggressus fui, aut concupiui, in quo me successus frustratus fuerit. Notum autem est, in argumentationibus nominari ἐπιχείρημα. Sed ἐγχείρισιν dixere, quod alteri daretur ueluti elaborandum: ut diuisa materia à rhetore, quæ discipulis traditᷓ exequenda dictione aut scriptione. Est enim ἐγχειρίζειν, tradere. ἀναβάσεως β. οἱ δὲ πίστεις αὐτοῖς αὐτοὺς ἐνεχείρισαν. Et Gregorius Nazan. τί τὰ ξίφη τοῖς ἐχθροῖς ἐγχειρίζομεν; cur tradimus enses hostibus in manus? Demosth. οἱ ἐγχειροῦντες τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν, qui conantur falsa testimonia dicere. Eurip. Medea,

οὐκ οἶδ' ὁποίᾳ πρῶτον ἐγχειρῶ φίλαι.
Qua nunc uia hos primùm adoriar carissimæ?

Absolutè autem ponitur in 4. lib. Thucyd. καὶ ἐγχειρήσαντες εἰργάζοντο, aggressi opus urgebant. Polyb. lib. 1. ἐγχειρεῖν τοῖς καρχηδονίοις, aggredi Carthaginiẽses. ἐπίχειρ fortasse, qui præstò est, & ad manũ. ἐπίχειρον autem, quod latinè manupretium. φθόχειρα uocarunt ea opera, quæ

manibus elaborantur: quę esse dicit edictio Iustiniani, πρέποντα μοναχοῖς: & hæc illos iubet μελεταῦ τε καὶ ἐργάζεσθαι, id est exercere & facere. ταχύχειρ, celeri manu. & res, ταχυχειρία. χειροκρατίαν dixit Plato, ut ait Pollux, manuum potestatẽ. Thucydides autem πολυχειρίαν, copiosam manum. ὀξύχειρα, promtum manu, esse Menandri. Athenæus autem ex Nicomacho hunc uersum retulit lib. 7.

— δειπνῶν δὲ πᾶς
τἀλλότρια γίνεται ὀξύχειρ. —

Qui aliena comedat, eos ait esse manib. rapacibus. Et ἐξοχειρίαν, subitas aggresiones, Alexidis. ἐν χειρῶν νόμῳ ἀμύνασθαι, in conflictu se defendere. Polybius, οὓς μὲν ἄνδρας κατ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρεν, illos quidem in ipso prælij discrimine interfecit. Herodotus οὐρανίᾳ, ἅτε γὰρ νέειν ἐπιστάμενοι, τοῖσιν αἱ νῆες διεφθείροντο, καὶ μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι, ἐς τὴν Σαλαμῖνα διένεον: Quippe qui periti nandi, cum in prælio hostiles manus euasissent, amissis nauibus, natãdo in Salamina peruenerũt. Et Vrania, πρὶν γὰρ ἢ συμμῖξαι ἡμέας, ἐς χειρῶν τε νόμον ἀπικέσθαι, priusquã cõgressi manus cõseramus. ἐς χεῖρας ἐλθεῖν, congredi. βουλόμενοι ἐς χεῖρας ἐλθεῖν, cõgredi cupiẽtes, Thucyd. 4. Et Xenophonti ἑλλην. β΄. ἐς χεῖρας ἐδέξαντο, primum hostium impetum sustinuerunt. Apud Polybium lib. 1. συνῆλθον εἰς τὰς χεῖρας, iunxerũt manus. Et lib. 2. συμπλέκειν τὰς χεῖρας, manus conserere. Et δοῦναι αὐτὸν εἰς χεῖρας, alterius se potestati committere, lib. 4. εἰς χεῖρας autem ἄγεσθαι, in manus sumere significat. Herod. ἐν Δελφοῖ, αὐτός τε γὰρ δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονὼς τάδε εἰς χεῖρας ἄγεσθαι, uideor mihi diuinitus in lucem editus hæc conari. Polybio, εἰς χεῖρας φέρειν, offerre & exponere. εἰς τὰς χεῖρας ἔφερε τοῖς ἄρχουσι τοὺς ἀπολογισμούς. χεῖρα ὑποσχεῖν, supponere manũ. Pollux refert orationem hanc, εἰς τοὺς ὑπὸ χεῖρα τὴν ὀργὴν ἀφῆκε, in subditos emisit iracundiã suam. Significat enim Græcis ὑπὸ χεῖρα, id quod Latinis in potestatem. Hoc Luciano fortuitam comprehensionem, in Hermotimo, ὅτι ἂν πρῶτον ὑπὸ τὴν χεῖρα ἔλθῃ τῶν γραμματείων, quod primùm in manus uenerit. Et Plutarcho præsens notat, in libello, Quo pacto discerni possit assentator ab amico, ὡς τὸ πρὸς ὥραν ἔστιν ὅτε καὶ τὰ ὑπὸ χεῖρα βλάπτει, tum nocent & in præsentia tantummodo. Et ὑποχείριον, præsens. ὀδυσσ. ό.

ὅσσα γὰρ καὶ χρυσὸν ὅσοι χ' ὑποχείριος ἔλθῃ.

Quicquid auri nancisci potero, id afferam. Et Plautus: Succedit sub manum, in Milite, feliciter succedit. Et Suet. Augusto: Quo celerius ac sub manum annunciari, cognosciq́ posset. Sed ὑποχείριος, et qui in alterius potestate est, quem poetæ χείριον dixere. Eurip. Cyclope,

ἐλάβετε τροίαν τὴν ἑλένην τε χειρίαν;

Nam & χειροῦσθαι dixere, opprimere & capere, cum aliquis superior est. ut Trachinijs, χειρούμενος κἀκ τῶνδε. de quo uerbo & paulo antè diximus Et in manu alterius. Rursum, ἐς χεῖρας ἰέναι, est cõgredi. Thucyd. 4. ἀντεπεξελάσαντες δὲ καὶ οἱ τῶν ἀθηναίων ἐς χεῖρας ᾔεσαν, inuecti contrà & Atheniensium equites congrediebãtur cum Bœotijs. Latini dixere, aliquid dari præ manu, ut Terentius: & in manu, ut Cicero, ἐς χεῖρας, quo quis utatur. Et in Phormione, Quid uelis tibi dari in manum. Nisi fortasse & hoc, In manu, loco legendum est. Græci dixere etiam, τὰ χεῖρε πρὸς αὐτῷ ἔχειν, tenere manus. In manu autem esse Latinis, fortasse ὑποχείριον, id est, penes aliquẽ. Terent. Tibi id in manu est, ne fiat. Et Virgil.

Terra autem in manibus nostris. —

χειραγωγός, manuductor. & χειραγωγεῖν uerbum, manuducere. Lucret. lib. 2. Sed magis ipsa manu ducunt. Lucianus per iocum de dracone posuit, in disputatione de mendacijs, qui est φιλοψευδὴς ἢ ἀπιστῶν, ἄρα καὶ ἐχειραγώγει τὸν δράκοντα ἤδη, ὥς φης, γεγηρακότα: Manu ne draconem senio cõfectum, ut ais, ille ductabat? Et alius sophista, Heliodorus, ut meminisse uideor, lõgius adhuc significationem transtulit, cum inquit, ὑπὸ τοῦ θρήνου χειραγωγούμενος, lamentorum indicationem sequens. χεῖρα ὑπέχειν, idem quod ὑποσχεῖν. χέρνιβα Homerus uocat aquam, qua abluuntur manus ante cibum. ὀδυσσ. ά.

χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
καλῇ χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος.

Dicit fuisse aquam uase allatam, & effusam in polubrum. Et uerbũ est χερνίπτεσθαι, manus abluere. & χερνίμματα, manuum lauacra: omnia ἐκ τῆς χειρὸς καὶ τοῦ νίπτεσθαι.

νίπτεσθαι. In Ιλ. ω. χέρνιβον uas interpretati fuere, quod χερόνιπτρον alij uocarunt, seu λέβητα, polubrum latinè: ut πρόχοον, gutturniū. Neq; alibi reperitur apud illum poetam in hac forma uocabulum. Athenæus lib. 9. Atticos χερνίβιον hoc dixisse ait. Idemq; docet, χέρνιβα, penultima acuta, apud comicos & tragicos reperiri, de aqua, qua, titione ex ara sublata, cum in illam intinxissent, conspergere quondam in sacris astantes consueuerint, sed rationē deductionis repugnare. Affundebatur autem aqua sumpturis cibum super manus, affundebatur & post cibū:

τοῖσι δὲ κήρυκες μὲν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν,
σῖτον δὲ δμωαὶ παρενήνεον ἐν κανέοισι.

& Οδυσσ. γ'.

τοῖσι δὲ κήρυκες μὲν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν,
κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.

Quorum priores uersus, cum cibum capturi essent, tum manib. affusam aquam à præconibus fuisse memorant: posteriores, cum cepissent. Aristophanes Grammaticus, ὕδωρ κατὰ χειρὸς, seu κατὰ χειρῶν, appellasse ueteres tradidit, aquam qua abluerentur manus ante cibum: ἀπόνιμμα uerò, qua post cibum. Athenæus tamen & post cibum dixisse ait ueteres, κατὰ χειρὸς ὕδωρ. Sed Aristophanes poeta, in Vespis hoc discrimen seruauit,

ὕδωρ κατὰ χειρὸς, τὰς τραπέζας εἰσφέρειν,
δειπνοῦμεν, ἀπονενίμμεθ', ἤδη σπένδομεν.
Manibus dari iube aquam, apponi mensulas:
Cœnamus, abluimus nos, libamus modò.

Et annotarunt, antequam cibus inferretur, postulasse conuiuas ὕδωρ κατὰ χειρὸς: remotis mēsis, iussisse dari aquam, quò abluerentur, cum dicerēt, ἀπονίψασθαι δὸς ὦ παῖ. χειρόμακτρον autem linteum appellabatur, quod alio nomine est ὠμόλινον, ad detergendū manus, id est mantile. quod nominatur & in ornatu muliebri, itaq; uidetur posuisse Herodotus Euterpe, καί μιν πάλιν ἀπικέσθαι δῶρον ἔχοντα παρ' αὐτῆς χειρόμακτρον χρύσεον: Atq; illum reuersum à Proserpina, attulisse dono sibi datū uelum aureolum. Plinius scripsit, cutibus humanorum capitum cum capillo Scythas ἀνθρωποφάγους uti pro mātilibus ante pectora. Herodotus autem Melpomene ita, περιταμὼν κύκλῳ περὶ τὰ ὦτα λαβόμενος ἐκσείει. μετὰ δὲ σαρκίσας βοὸς πλευρῇ δέψει τῇσι χερσί. ὀργάσας δὲ αὐτὸ ἅτε χειρόμακτρον ἔκτηται, ἐκ δὲ τῶν χαλινῶν τοῦ ἵππου τὸν αὐτὸς ἐλαύνει, ἐκ τούτου ἐξάπτει καὶ ἀγάλλεται: Cute capitis, inquit, iuxta aures circuncisa, ita acceptum illud exuit: tum deinde detonsam costa bouis, mollit manibus, & subacta utitur pro mantelio, suspenditq; de frenis equi, quo ipse utitur, & hoc facto exultat. In primo libro παιδείας λόγῳ, significat uocabulum mappam: ὅταν δὲ τούτων τινὸς θίγῃς, εὐθὺς ἀποκαθαίρῃ τὴν χεῖρα εἰς τὰ χειρόμακτρα: Vbi quid illorum attigeris, statim manum ad mappas deterges. Pollux ex Aristophane adducit, ἀμεταχείριστον τῶν κοινῶν, republica inaccessa, nisi fallor. Xenophonti παιδείας η. & Herodoto Thalia, est ἀποχειροβίωτος, uictū manibus quærens: qui & χειρόβιος, & χειροβοσκός. χεὶρ δεξιὰ, manus scita, de operibus artificū. ut χεὶρ Πολυκλείτου, Polycleti statua. & χεὶρ Ἀπελλοῦ, tabula Apellis. In epigrammate,

τὰν ὀλοὰν μήδειαν ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχου χείρ.

Significat & χειρόγραφον, ut Latinis, manus. Et serui à manu, scribæ: qui & amanuenses. Et χεὶρ στρατιωτική, manus bellica. & χειρὶ πολλῇ, ingēti manu. Et pro Cælio, mulieraria manus. Et Polybio, ἀρίστης χειρῶν, præclaræ copiæ. Virgil. lib. 11.

Vel Priamo miseranda manus. — &,
Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi.

Polyb. lib. 1. προσγενομένης αὐτῷ τῆς χειρὸς ταύτης, his uiribus auctus. Et Herodoto χεὶρ βασιλῆος ὑπερμήκης, immensa regis potentia. secundum quod et Ouid. dixit

— Longas regibus esse manus.

& Ιλ. ε.

— τὸν δὲ Ζεὺς ὦρσεν ὄπισθεν
χειρὶ μάλα μεγάλῃ. —

magna ui. χεὶρ πολεμία, hostilis manus, Medea. &,

χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον.

de mutuis officijs. &,

ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖθι καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει.

de sensu malorum. πολύχειρ sonat ut multimanus. ἑκατόγχειρ, centimanus, ut Briareus, quem Homerus ἑκατόγχειρον uocat. μακρόχειρ, longimanus, quemadmodum anguimanos elephātos Lucretius dixit. Ita quidam cognominatum fuisse Darium Hystaspæ filiū, quidam Xerxem, quidam Ochum Artaxerxem, tradiderunt: uel quòd horum potētia longè lateq; extenderetur, uel quia dextras ha-

berent sinistris, uel ambas etiam manus alijs lõgiores. θρασύχειρ est audax, & manu promptus. ἀριστόχειρ autẽ ἀγὼν, Soph. Aiace, certamen uirtutis. χειροτονία significat manuum extensionem, quę erat suffragationis significatio. Et uerbum χειροτονεῖν, suffragari. Hic mos seruabatur in approbãdis scitis populi, et creandis magistratibus. Cicero uerbum interpretatus est in oratione pro Flacco: Data concio Lælio est, processit ille, & Græcus apud Græcos non de culpa sua dixit, sed de pœna questus est. Porrexerunt manus, psephisma natũ est. Id est enim ἀνατεῖναι τὰς χεῖρας. Xenophon ἀναβάσεως γ΄. καὶ ὅτῳ δοκεῖ ταῦτ᾽ ἔφη, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα, καὶ ἀνέτειναν ἅπαντες: Cui hæc, inquit, placent, is porrigat manũ, & porrexere uniuersi. χειροτονεῖν igitur est τὰς χεῖρας τείνειν, uel αἴρειν. ut Aristoph. concione muliebri,

—ὅτῳ τρόπῳ
τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσομεν τότε;
—Quo uerò modo
Porrigere nostras meminerimus illic manus?

Addit mox,

χαλεπὸν τὸ πρᾶγμ᾽ ὅμως δὲ χειροτονητέον
ἐξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα.
Difficilis est res, porrigendæ sed manus,
Nudato ad humeros usq; brachio altero.

Quia autem hoc gestu suffragia declarabantur, ideo χειροτονεῖν significat sciscere, iubere, creare. Aristoph.

—ὡς ἂν χειροτονῶμεν
ἅπανθ᾽ ὁπόσ᾽ ἂν δέῃ.

Vt possimus, inquit, sciscere, quę necesse fuerit. Et postea,

—ἵνα δ᾽ ἀρχὴν ἣν ἄρτι κεχειροτόνημαι,
ξυμβούλοισιν ἁπάσαις ὑμῖν χρῶμαι. —

De imperio, quod suffragio populi adepta esset, se consilio illarum uti uelle ait. Demosth. Philip. 1. χειροτονεῖτε δὲ ταξιάρχους, creatis. In scriptis apostolicis uerbum quidem significat idem, sed ritus fuit ἐπιθέσεως χειρῶν. Actorum 14. χειροτονήσαντες αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ᾽ ἐκκλησίαν. Et Gregorius Nazan. τί καὶ τοὺς ἄλλους αὐθημερὸν πλάττεις ἁγίους, καὶ χειροτονεῖς θεολόγους; Cur alios etiã uno die effingis sanctos, & designas theologos? Sed exẽpla huius significationis passim occurrunt. χειροτονία ergo, suffragatio. & ἀντιχειροτονία, contraria suffragatio, & uerbum ἀντιχειροτονεῖν. Aristoph. concione muliebri, οὐδεὶς ἀντεχειροτόνησεν ἄν, nemo refragaretur. προχειροτονεῖν, præ alijs, seu ante tempus aliquod designari, uulgò dixerunt. & sic in Apostolica historia Lucæ, μάρτυσι προκεχειροτονημένοις, iam antè, uel præ alijs designatis testibus. Sed Attici προχειροτονεῖν & ἐπιχειροτονεῖν, de populi præcedentibus & sequentibus suffragijs dixere. Cum enim ad populum sententia cõsilij, quod προβούλευμα dixere, allatum esset, prius decernebatur, an illud ratum esse, an quæri amplius deberet: atq; hæc erat προχειροτονία. Demosth. κατὰ Τιμοκράτους, προσῆλθε τῇ βουλῇ, προβούλευμα ἐγράφη, μετὰ ταῦτα γενομένης ἐκκλησίας προὐχειροτόνησεν ὁ δῆμος: Accessit ad cõsilium, consultum perscriptum fuit, postea in concione prima suffragia de illo populus tulit. Sed de quo quærebatur, quodq; aliquis promulgasset, censuisset ue, id populus ἐπιχειροτονεῖν, aut ἀποχειροτονεῖν, id est, uelle iubere, ac uetare solebat. Eaq; erat ἐπιχειροτονία, & ἀποχειροτονία. Dicebatur autem hæc cognitio, & hoc iudicium populi, de ijs quæ relata essent, communi nomine ἐπιχειροτονία, iubẽdi quidẽ prior, uetandi uero posterior. ut planè dicitur in lege, quę recitatur in oratione contra Timocratem, hoc quodam modo: ἐπιχειροτονία à populo de legib. fiat, prior quæ iubeat, posterior quę uetet. Quòd si quę leges ἀποχειροτονηθῶσιν, inquit, id est, improbatæ & antiquatæ fuerint, πρυτανεῖς. id est, præfecti consilio, cogant de antiquatis ultimam è tribus cõcionem, &c. Philip. 2. ἃ μὲν ἡμεῖς δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτ᾽ ἐστίν. ἐπειδὰν δὲ ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χειροτονήσετε: Hæc sunt, quæ excogitare nos potuimus. uos cum de sententijs suffragia feretis, ea quę placuerint, decernetis, seu approbabitis. De his poterit, nisi fallor, significatio horum uocabulorum aliquo saltem modo intelligi. καταχειροτονία autem erat quasi præiudicium populi de reo. Nam iniuriarum & fraudum publicarum delatio ad populum concedebatur passis, atq; hoc ad iudicium afferebatur, ut facit Demosth. κατὰ Μειδίου: Ego, inquit, quod uestrûm quisq;, talem iniuriam passus, faceret, id feci & ego, ad populum huius nomen ut deferrem, de ui, quam Diony

stijs fecisse uideretur. Tum ita uehementi indignatione & ira commotus populus fuit, ut suffragijs hic omnium nocēs declararetur: id est, ὁ δῆμος μιᾷ γνώμῃ κατεχειροτόνησεν αὐτοῦ. Atqꝫ erat καταχειροτονία contraria interdum ἀποχειροτονίας. Nam illa eum qui ad populum de ui aut dolo delatus fuisset, damnabat, hæc absoluebat. Erat enim ἀποχειροτονία, reiectio eius quod promulgatū delatum'ue esset. Vt cum præco, uerbi causa, pronunciasset de Media, iussissetqꝫ manus porrigere eos quibus ille nocens uideretur, ea erat καταχειροτονία. Mox cum fecisset tale prę conium, ὅτῳ μὴ δοκεῖ ἀδικεῖν ὁ μηδίας, αἰρέτω τὴν χεῖρα, tum fiebat ἀποχειροτονία. Διαχειροτονία autem est, quasi suffragiorū diuisio. ut si latum sit, utrum uetus lex retinenda: an illa abrogata, noua ferēda sit. utrum pecunia in hunc, an illum usum uertēda. In his si cui forte immorari diutius iusto uidemur, is neqꝫ strictim huiusmodi res demonstrari posse, neqꝫ uulgo notas esse, & nonnihil tamen ad ueterum scripta intelligenda, momenti habere cogitet. Ὀδυσ. ω. & Xenophonti sunt χειρῖδες, manuum inuolucra, seu tegumenta, quas & χειροθήκας quidam appellarunt. Fortasse manicas has appellauit Virgilius:

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Plautus autem manicas in Capt. uincula manuū appellauit, quas Herodotus χειρίδας. Tunicæ autē manicatæ, sunt χειριδωτοὶ χιτῶνες. Plautus Pseudolo dixit manuleatam tunicam. χειροποίητον, manu factū. περιτομὴ χειροποίητος, ad Ephesios. Idem sonat & χειρότευκτον, & χειροβαρὴς, pondere suo manus grauās. χειρώνακτες, opifices, Sophocli. & res χειρωναξία. Apud Herodotum Euterpe, οἱ δὲ ἀπαλλαγμένους τῶν χειρωναξιέων γενναίους νομίζοντες εἶναι, alienos ab opificijs nobiles esse statuunt. χειροήθης est mansuetus, quasi manu assuetus. & ut Virgilius, manum patiens, lib. 7.

Ille manum patiens, mensæqꝫ assuetus herili,
Errabat syluis. —

Xenophon οἰκονομικῷ, quæ est disputatio de re familiari, ἐπεὶ ἤδη μοι χειροήθης ἦν, καὶ ἐτετιθάσευτο: Cum mansuefieret iam uxor, & cicuraretur. χειροσίδηρον, ait Pollux, ferramentum est, apparatum ad pugnas nauales. Hę Latinis sunt ferreę manus, Græcis σιδηραῖ χεῖρες. Thucyd. lib. 7. προηγγέλθη δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ ἐπιβολὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν, indicium etiam factum fuerat de insidijs manuum ferrearum. Et 4. καὶ χειρὶ σιδηρᾷ ἐπιβληθείσης μίαν ναῦν αὖθις ἀπώλεσαν: Iniecta manu ferrea, unam nauem euerterunt. Pollux de Hipponacte adducit χειρόχωλον, mancum. sic enim manu debilem, uel usu manus carentē, uocarunt. unde & Mancini fuerunt appellati. Ad ea quæ integra non sunt, manci uocabulum à Latinis transfertur, ut à Græcis τὸ χωλὸν. Cicero: Mancam ac debilem præturā suam fore Cos. Milone. Et ad futilia, ut alia quoqꝫ nomina uitiatorum sensuum. Plaut. Mercatore,

— De hac re es argutus, ut par pari respondeas:
Ad mandata claudus, cæcus, mutus, mācus, debilis.

Mancus igitur est χωλὸς τὴν χεῖρα. nam χωλὴν τὴν χεῖρα dixit Lucianus in Alexandro. Est & κυλλὸν, membrū, non manus solum, sed & pedis. Galenus de manu posuit, in primo libro περὶ χρείας μορίων, κυλλὸν ταύτῃ τὸ μόριον ἐγένετο, mancū redderetur membrum. Sed de his, cum ad pedes peruentum fuerit, etiam aliquid erit dicendū. χειρόδοτον δάνεισμα interpretatur Pollux, mutuum datum sine obligatione, id est, ἄνευ συμβόλου δάνεισμα. χειρίαν dixere, inquit Pollux, ruptas manus, uel in his rimas esse. unde & χειρόποδες, quibus essent rimæ in pedibus. Rimæ autem hæ sunt Gręcis χιράδες, elisione literæ ι, quasi χειράδες. & χειράγρα, quasi χειράγρα, ut ποδάγρα, uehemētissimus dolor manuū. Martialis, Hæc chiragra est. χειρονομῆσαι, apto & concinno gestu manus motitare. Xenophon Symposio, ἐπ' αὐτὸς ἐλθὼν οἴκαδε ὠρχούμην μὲν οὔ, οὐ γάρ πώποτε τοῦτ' ἔμαθον· ἐχειρονόμουν δὲ, ταῦτα γὰρ ἠπιστάμην: Domū reuersus, non ego quidem saltaui, nunquam enim didiceram: sed gestus manibus edebam, hæc enim noram. Herodotus autem de Hippoclide, ἀπὸ τοῖν ποδοῖν ἐχειρονόμησεν, inquit, pedibus sublatis edidit gestus, quales manibus solent. Cratini autem esse ait Pollux χειρονομοῦντες, id est, gestiētes edere illos motus. Lesbonax, ut ait Lucianus Toxari, χειροσόφους hos appellauit, quod & proprium Lacedæmoniorum ducis nomen fuit. ἀκροχειρισμὸν nominarunt in pancra.

pancratij exercitatione, cum manibus alter alterum captaret, & prehensitaret. et ἀκροχεῖρες, manus, id est ἄκραι χεῖρες. Et ἀκροχερσίτης, pancratiasta quidã Sicyonius. περιλαμβανόμενος γὰρ ἀκρῶν τῶν αὐταγωνιζομένων τῶν χειρῶν ἔκλα, καὶ οὐ πρότερον ἀνίει πρὶν αἴσθοιτο ἀπαγορεύσαντος. Nam aduersarij manus comprehensas non prius dimittere solebat, quàm illum defici uiribus sentiret: ut ait Pausanias ἠλιακῶν β'. Verbum de hac re, ἀκροχειρίσασθαι, manus captare, aut comprehẽdere. διαχειρίζεσθαι significat conficere manu, id est interficere. Plutarchus dictis Laconicis, μέλλοντος τοῦ βασιλέως τὸν πέρσην διαχειρίσασθαι, cum interfecturus esset. Et Herodianus lib. 3. οὐδ᾽ ὡς δὲ ἀδύνατον ὂν δύο διαχειρίσασθαι βασιλέας: Fieri non posse, ut ipse duos principes interficeret. Sed διαχειρίσαι actiuè, est administrare. ut χρήματα διαχειρίσαι, administrare pecuniam. Demosth. pro Ctesiphonte, ὑπεύθυνος ἂν ὁμολογῶ, ὧν ἢ διακεχείρικα, ἢ πεπολίτευμαι: Cõfiteor me teneri ad rationes reddendas omnium quæ aut administraui, aut publicè gessi. Et κατὰ ἀφόβου α'. καὶ τὴν ἄλλην οὐσίαν ἅπασαν διαχειρίσαντες, cum totius patrimonij administratio penes eos fuisset. Nam & minister à manu Latinis ducitur, & hinc administer, & uerbũ administro & subministro. μεταχειρίσαι interpretãtur permutare. μεταχειρίσασθαι, Platoni πολιτικῷ, est tractare. μεταχειρισάμενος, inquit, μηχανήν. Thucydides autem lib. 4. μεταχειρίζειν. τόν τε πόλεμον νομίσωσι, μὴ καθ᾽ ὅσον ἄν τις αὐτοῦ μέρος βούληται μεταχειρίζειν τούτῳ ξυνεῖναι. Eos dicit esse prudẽtes, qui non qua parte ipsi uelint, ea successuros conatus in bello arbitrẽtur. εὐμεταχείριστος, qui facilè circumueniri potest. ἀναβάσεως β'. οἱ δὲ ἄδικοι ἐπεβούλευον ὡς εὐμεταχειρίστῳ ὄντι. Proxeno dicit improbos insidiatos fuisse, quòd capi facilè posset. Et contrà, δυσμεταχείριστος, qui capi aut teneri facilè nequit. Et αὐτοχειρίᾳ, aduerbium, propria manu. et αὐτόχειρ ἐργάτης, qui sua manu opus facit. Et in Medea, αὐτόχειρι μοίρᾳ, morte propriæ manus. Nam αὐτοχειρίσαντες, quo Philistus usus sit, dicit esse παμμίαρον Pollux, id est teterrimũ: nescio utrum significatu, an forma. Sed superiorum usus talis est. Polyb. lib. 2. τὸ γὰρ τούτων αὐτόχειρας γενέσθαι καὶ τιμωρούς, horum carnifices. Herod. Thalia, αὐτοχειρίῃ διέσπειρε τὴν στρατιήν, sua manu exercitum dispersit. Ibidem, Κύρου γὰρ ἀπολωλέναι αὐτοχειρίῃ, quòd Cyri filiũ sua manu peremisset. Et Isocrates in oratione ad Philippum inquit, à dijs non manu res humanas, sed consilijs geri. οὐ γὰρ αὐτόχειρες οὔτε τῶν ἀγαθῶν, οὔτε τῶν κακῶν γίνονται τῶν συνόντων αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ἑκάστοις τοιαύτην γνώμην ἐμποιοῦσιν, ὥστε δι᾽ ἀλλήλων ἡμῖν ἑκάτερα παραγίνεσθαι τούτων. Sophocl. Aiace, δισσοὺς Ἀτρείδας αὐτόχειρ κτείνειν. Ita & actis Apostolorum, αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐῤῥίψαμεν, nostris manibus. Idem autẽ Sophocles, inquit Pollux, dixit ἀχείρωτον, cui manus non essent admotæ, seu inelaboratum, id est ἀχειρούργητον. δυσχείρωτα autem Demostheni, subactu difficilia. Sine manu est ἄχειρ, qui & μετὰ πλασμοῦ ἄχειρος. ἐγχειρίθετος est Herodoto, in manus traditus. τόν τε ἐχέρη, καὶ τὸν Μιλήτου ἐπίτροπον ἐόντα, τὸν ταῦτα μηχανησάμενον, ἐγχειρίθετον παραδῶ: Vtque illum, cui Mileti commissa est administratio, horum omnium autorem & structorem in manus tibi tradam. Aristophani autem ἐγχειρητής, qui, ut opinor, molitur aut tẽtat aliquid. Thucydidi uerò ἐπιχειρητά, aggredienda. ἐγχειρήματα, & ἐπιχειρήματα, conatus & moliones, Demost. Xenophon autem, adducente Polluce, ἐγχειρητικωτέρους ἀρετῆς dixit, id est, magis exercentes uirtutem. Verùm idem in 4. ἑλλην. sic usus est hoc uerbo, de Diphrida Lacedæmonio, ἦν δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ εὔχαρίς τε οὐχ ἧττον τοῦ Θίμβρωνος, μᾶλλον δὲ συντεταγμένος, καὶ ἐγχειρητικώτερος στρατηγός. οὐδὲ γὰρ ἐκράτουν αὐτοῦ αἱ τοῦ σώματος ἡδοναί, ἀλλ᾽ ἀεὶ πρὸς ᾧ εἴη ἔργῳ, τοῦτο ἔπραττεν: Erat uir ille neq; minus comis Thimbrone, & magis compositis moribus, & dux solertior atq; attentior. Nam neq; uinci sese à corporis uoluptatibus patiebatur: & quicquid aggressus esset, id exequebatur. Est & apud Xenophontem ἐγχειρίδιον, quod pugionẽ, seu siccam significat. ἑλλην. β'. καὶ ἐπιστῆναι ἐκέλευσε τοὺς τὰ ἐγχειρίδια ἔχοντας φανερῶς τῇ βουλῇ ἐπὶ τοῖς δρυφάκτοις: Iussit consistere iuxta septa illos cum siccis, & sese consilio ostendere. Nam Critiam adduxisse quosdam ξιφίδια ὑπὸ μάλης ἔχοντας, antè dixerat. ἐγχειρογάστορας & χειρογάστορας dixere, manibus cibum quærentes, ut opifices

fices faciunt. Hoc posterius Pollux lib. 1. indicat Hecatæum usurpasse. χειροκράτης; autem proprium nomen, in quo significatio est roboris manuum. & χειροδάμας, ιλ. λ΄. Cum præpositionibus hoc nomen ita ferè apud Græcos positũ reperitur: ἀπὸ χειρὸς, manu. Luc. de componendis historijs, καὶ ἀπὸ χειρὸς αὐτὸν μεγάλα καὶ λαμπρὰ ἐν πολέμῳ τούτῳ εἰργασμένον, qui & ipse magnas & præclaras res eo in bello gessisset manu sua. ιλ. μ΄.

ἔβλητ᾽ ἐν πρώτοισι θεοῖς ἀπὸ χειρὸς ἄκοντι

ἐν χερσὶν, conflictum & consertionẽ manuum notat. Thucyd. lib. 3. οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε, quos in prælio trucidastis. Id est enim ἐν συμβολῇ, in conflictu. Item lib. 4. καὶ ἦν ἡ μάχη καρτερὰ, καὶ ἐν χερσὶ πᾶσα: Erat prælium uehemens, & res tota consertis manibus gerebatur. Et mox, δεξαμένων δὲ τῶν ἀθηναίων, ἐν χερσὶν ἦν πάλιν ἡ μάχη: Rursumq; Atheniensibus impetum illorum excipiẽtibus, manus conserebantur. ιλ. π΄

ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ᾽ ἐνὶ βουλῇ.

Pugna manus poscit, fora sunt sermonibus apta.

Sicut Maro 10.

In manibus Mars ipse uiris. —

ἔχειν ἐν χερσὶν, habere in manibus. κλειοῖ, ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἐν χερσὶ τὸν γάμον τοῦ παιδὸς, cum adornaret nuptias filio. ἐς χεῖρας ἐλθεῖν & ἰέναι, dixere de congressibus præliorum: latinè autem, ad manus uentum esse. Et συμμίξαι ἐς χεῖρας πολεμίοις, cõgredi cum hostibus, παιδείας β΄. Thucyd. libro 2. προσέβαλλόν τε εὐθὺς καὶ ἐς χεῖρας ἤεσαν κατὰ τάχος, ibant consertum manus. Itemq; ἐν χειρῶν νόμῳ, ut suprà indicauimus. Herodotus etiam sic locutus fuit, ut hæc coniungeret, καλλιόπῃ. Dixit enim, ἐς χειρῶν νόμον ἀπικέσθαι. Conseruntur autẽ manus Latinis, tam in belli certaminibus, quàm disceptationibus ciuilibus iudiciorum. unde Ennius,

Non ex iure manu consertum. —

ἐς χεῖρας autẽ λαμβάνειν, in manus sumere. ἀναβάσεως α. καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, τὰ παλτὰ εἰς χεῖρας ἔλαβε: Cyrus equo conscenso, in manus sumpsit hastas. Eurip. Hecuba,

— καὶ γὰρ αἰσχύνην φέρει
πρᾶγμ᾽ ἐς χέρας λαβόντ᾽ ἀπώσασθαι τόδε.

Herodot. κλειοῖ ita, κῦρος δὲ λαβὼν ἐς τὰς χεῖρας ἔδωκε ἑωυτοῦ παιδὶ καμβύσῃ. Et Cicero: De manu, ut aiunt, trado in manũ. Idem Herod. αὐτός τε γὰρ δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονὼς τάδ᾽ ἐς χεῖρας ἄγεσθαι, hæc sumere in manus. ἐκ χειρὸς, manu. Xenoph. παιδείας ὀγδόῃ. de armatura Persica: καὶ παλτὰ δύο, ὥστε τὸ μὲν ἀφεῖναι, τῷ δ᾽ αὖ δέῃ, ἐκ χειρὸς χρῆσθαι: Duas gestant amentatas hastas: unam, quam eminus coniiciant: alteram, qua cominus manibus consertis utantur. Sophocles Aiace,

ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν
λείας ἁπάσας καὶ κατηναρισμένας
ἐκ χειρός. —

Narrat Vlysses, pecudes repertas esse uniuersas manu cæsas. Xenophon autem ἑλλην. ζ΄. dixit, ἐκ χειρὸς ἐμάχοντο, id est, consertis manibus pugnarũt. Polybius autem lib. 5. ita, ἵνα διὰ κοινολογίας ἐκ χειρὸς γενομένης: Vt coràm habito colloquio, seu communicata re in congressu. Et ἐκ χειρὸς ἔχεσθαι τῶν προκειμένων, urgere rem. Item lib. 1. ὥστε πάντας ἐκ χειρὸς παραγενέσθαι δόντας αὑτοὺς εἰς τὴν πίστιν. Statim congressos omnes deditionẽ fecisse ait. ἐκ χειρῶν. Plutarchus in disputatione, utrũ Athenienses uirtute an sapientia præstiterint, ἔθεντο καρτερὰν ἱππομαχίαν καὶ κρατήσαντος ἐκ τῶν χειρῶν ἐπαμινώνδα, uictore in cõflictu Epaminonda. De manibus autem aliquid elabitur, ut in metu. ιλ. χ΄.

ἐκ γάρ σφεων χειρῶν φύγον ἡνία σιγαλόεντα.

Elapsum autem statum Reip. de manibus, ait Cicero ad Att. lib. 1. iudicio Clodiano. Fugit autem aliquis è manibus, ne comprehendatur: ut in Cæliana. πρὸ χειρῶν, in manibus. Eurip. Rheso,

μάχας πρὸ χειρῶν καὶ δόρυ βαστάζομεν.

Sunt in manibus prælia & hastæ. Sicut Plaut. Mostell. Agas quod in manu est. πρόχειρον, composita uoce, est promtum & paratũ. Est πρόχειρος procax & temerarius, ut Suidas docet, adducto loco Polybij hoc, ἀλλ᾽ ἔστιν αἴτιον τοῦ μὴ πρόχειρον ὑπάρχειν, τὸ πρὸς ἐπιχάρμου καλῶς εἰρημένον, νῆφε, καὶ μέμνασ᾽ ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Contra temeritatem, præclarum dicit esse Epicharmi præceptum hoc,

Sobrius sis, ac memineris nemini confidere.

Et addit, neruos hos esse, atque artus sapientiæ. Etsi, ut uerum fatear, suspectus à mendo ille mihi locus est, præsertim cum ita apud eundem lib. 5. reperiatur

positum

positum uocabulum, ὅτι τὰς τῶν πρότερον ἐπιλακότων ἐν ἑκάστοις περιπετείας οὐ ποιούμεθα προχείρους: Quod nō habemus in promptu casus aduersos in quos priores quoque tempore incurrerunt. Idem tamen Polyb. lib. 1. sic, ἁρπάμενος τὴν ἐλπίδα προχειρότερον τοῦ δέοντος, cupidius & imprudentius illa spe arrepta. Et Athenæus in 4. aduerbio ita est usus, προχείρως πάντα ποιῶν, omnia faciens temerè & incogitanter. Et Heliodorus, μειρακιῶδες τὸ πρόχειρον, iuuenile quiddam esse temeritatem. Plutarch. in libello de utilitate, quę ex inimicis percipiatur, ita, ἐκεῖνο τὸ βιβλίον ὁρῶ σε πρόχειρον ἔχοντα πολλάκις, uideo te in manibus sæpe habere: uel, ut Cicero, nō ferè de manibus ponere. προχειρίζειν, parare, aut præparare. Polybius lib. 1. ἔστι δὲ παρὰ ῥωμαίοις τὰ πάντα τέτταρα στρατόπεδα, ἃ κατ' ἐνιαυτὸν προχειρίζονται: Sunt exercitus quatuor, qui singulis annis comparantur, uel etiam producuntur. Item προχειρίζεσθαι, μέσως, producere. Lucian. Toxari, ὀλίγους δέ τινας προχειρισάμενοι τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτῶν: Productis, seu prolatis paucis quibusdam nostrorum temporum. ἀνὰ χεῖρας, in manibus. κατὰ χεῖρας, facilè. Sed ὕδωρ κατὰ χειρὸς, iam explicatum est. διὰ χειρός, in manibus: ut in manibus terræ. Et Cicero Attic. Res est in manibus. διὰ χειρὸς ἔχειν τὴν πόλιν, Plutar. Pericle, administrare ciuitatem. Thucyd. lib. 2. τά τε τῶν ξυμμάχων διὰ χειρὸς ἔχειν. Cicero de Senectut. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & prox. scripserat Oedipum Coloneū recitasse iudicibus. Hoc enim dicit, scriptam illam fabulā tractatione sua tum poetam perpoliisse. Lucianus autem dixit, ἃς διὰ χειρὸς ἔχεις, id est, in manibus habes, seu uersas. Et in libello de senectute ait Cato, Septimus mihi originum liber est in manibus. Alibi autem, Est in manibus uiri laudatio, id est, ἐν χερσίν: hoc est, extat. μετὰ χεῖρας, in manibus, seu inter manus. ut hoc,

Ante oculos, interq́; manus sunt omnia uestras.

Et Cæsar lib. 2. bel. ciuil. Atq; hac agger inter manus proferebatur. Herodot. πολυμν. ταύτην τὴν στρατηλασίαν καὶ τὸ λίην τότε εἴχομεν μετὰ χεῖρας: Habuimus in manib. expeditionem hanc uehementer, id est, tractauimus. Ὀδυσ. autem χ´. μετὰ χερσὶν ἐνώμα, uersabat in manibus. ὑπὲρ χειρῶν, super manibus. Theognidi autē ὑπὲρ χειρός, in manu. τὴν δ' ὑπὲρ χειρὸς ἔχεις. περὶ χεῖρας, circum manus. & περιχείρια, manuum ornamenta. Polyb. lib. 2. de Gallis, περιχείροις καὶ μανιάκοις. Et paulo pòst, τὸ δ' ἐστὶ χρυσοῦν ψέλλιον, ὃ φοροῦσι περὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸν τράχηλον οἱ γαλάται. Torquem esse ait aureum, quem gestare soleant Galli circum collum & manum. Spinter hoc esse Plauto ait Priscianus: & interpretatur ἀκροχείριον, aut fibulam in humeris, aut armillam. ὑπὸ χεῖρα, in potestatem. de quo & antè diximus. Addamus his & alia, quę fortè nobis in mentē uenerint. προσφέρειν χεῖρας, inferre & afferre manus. Polyb. 3. προσφέροντες τὰς χεῖρας ἀπιοῦσι τοῖς, inferentes manus fugiētibus hostibus. Idē lib. 5. ἀλλ' αὐτῷ προσήνεγκε τὰς χεῖρας, manus sibi intulit, seu potius attulit. Cicero pro Quintio: Domino à familia sua manus allatas esse. ὅτι ἐγώ τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφήσω, Homericū est, ιλ. α´. cum graues manus tibi intulero. Aliter in senario græco,

τὴν χεῖρα προσφέροντα σὺν θεοῖς καλεῖν.

adhibentem manus. παραφέρειν χεῖρα, porrigere. Demosth. οὐ δ' οὐδεὶς τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὰ δ' οὐδεὶς προτείνειε: Aut huc, & non illuc manum porrexi. Polyb. autem lib. 5. dixit, ἐτόλμησεν ἐπιβαλεῖν τὰς χεῖρας μεγακλεῖ, ausus fuit manus iniicere Megacli. Cicero pro Roscio Comœdo: Ipsa mihi ueritas manum iniecit, id est retinet. παρέχειν χεῖρα, manum præbere. ut, Da dextram misero. Eurip. Hecub. παράσχες χεῖρα τῇ πρεσβύτιδι. Plutar. in Sylla, τοῖς ἄρχουσιν παρέχειν τὰς χεῖρας, dixit, inseruire ducibus. Homerus autem ιλ. ψ´.

καί μοι δὸς τὴν χεῖρ' ὀλοφύρομαι. —

χεῖρα ὀρέγειν. ἑλλην. 5. καὶ τὰ ἐν παγγαίῳ χρύσεια, χεῖρα ἂν αὐτοῖς ὀρέγοι, auri in pangæo metalla manum illis porrexerint, id est, accesserint. Sed ἀνασχεῖν χεῖρας, sustollere manus est, ut faciunt exultātes gaudio. Ὀδυσ. ς´.

χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκθανον. —

& uolentes percutere. ibidem,

δὴ τότ' ἀνασχομένω. —

& precantes deos. ιλ. δ´.

— καὶ πᾶσι θεοῖσι

χεῖρας ἀνίσχοντες. —

Aeneid. 2.

— Et cælo

—Et cœlo palmas cum uoce tetendit.

Hoc aliter ιλ.έ.

εὔχετο χεῖρ᾽ ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα.

Aristoph. autem ὄρνισι dixit, εὐξόμεθ᾽ ἑαυτοῖς ἀνατείνοντες τὼ χεῖρε. χεῖρα etiã ἱκεσίαν, id est manum supplicem, posuit in Hecuba Eurip. Et ibidem, τίς σοι ξυνέσται χείρ, qua ope fulta eris. In Oeconomico autem ita, καὶ μεγάλη χειρὶ ἑκόντος ὅτῳ λέγει τὸ πορθεῖσθαι, ὃ ἂν τῇ γνώμῃ πολλαὶ χεῖρες ὑπηρετεῖν ἐθέλωσι. ἀνταίρειν χεῖρας, de repugnatione dixerunt. Thucyd. lib. 3. ὅτι χεῖρας ἀνταιρομένους, ὄντι πολεμίους. Et Herod. πολυμν. οὐ γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἔθνος ἀνθρώπων, τὸ σὲ βασιλεῦ ὑπομενέει χεῖρας ἀνταειρόμενον: Nulla alia est gens, quæ tuam uim sustinere, aut resistere tibi possit. προΐσχειν autem χεῖρας, manus tendere, id est dedere. Lucretius lib. 2. Dede manus. &, Manus dandum est. Thucyd. lib. 3. ὅτι ἑκόντας τε ἐλάβετε καὶ χεῖρας προϊσχομένους. Virg. lib. 10.

—Frater tendebat inermes
Victori palmas.—

χεῖρας ἐκτείνειν. Polyb. lib. 1. ἐθάρρουν ἤδη τὰ λοιπὰ τὰς χεῖρας ἐκτείνειν, manus extendere, id est, reliqua aggredi. Diximus autem suprà, χειρόγραφον esse, quam manum Latini uocarint. Cicero tamen in Bruto, & græco uerbo usus est, & manu tenere, id est, certum et exploratum habere posuit: Seseq; chirographa, testificationes, indicia, quæstiones, manifestam rem deferre diceret. Et paulo pòst: Cum indicia mortis se comperisse manifestò, & manu tenere diceret. In Aiace Soph. est, σῇ κυβερνῶμαι χερί, tua manu gubernor. χεῖρας autem ἀδίκους, dixere iniurias & uim, seu atrocem iniuriam uerberum & pulsationum, quę est αἰκία. Demosth. in Euergum & Mnesibulum, ὁπότερος ἡμῶν ἦρξε χειρῶν ἀδίκων, τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ αἰκία. ἀμφοτέρῃσι χερσί, ιλ. ς. & οδυσσ. ά. ambabus manibus, id est uehementer, & enixè. Et οδυσσ. ώ.

ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν
χεύατο κακκεφαλῆς.—

& ιλ. ν. ό.

ὅσσον μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε.

obnixè manibus & pedibus: ut Terent. Aeschin. κατὰ κήνσιφῶντος, καὶ χειρὶ, καὶ ποδὶ, καὶ πάσῃ δυνάμει. Et Cicero Attico scribens lib. 2. Plena manu laudes nostras in astra sustulit. Ille autem Lacon καλλιόπῃ, non mortem suam deplorat, ἀλλ᾽ ὅτι οὐκ ἐχρήσατο τῇ χειρί. Sauciatus enim antequam prælium cõmitteretur, interibat. Et ὅρα τοῖ, ὥσπερ κατημένος χειρὶ διπλῆ ἀργυρίου, de occultatione largitionũ. Hesiodo autem sunt χειροδίκαι, uiolenti, quibus ius est in manibus. Aeschines autem in oratione contra Ctesiphontem, prouerbiali figura dixit, μὴ ἐξαιρεῖ τῶν δικαστῶν τὰς ψήφους ἐκ τῶν χειρῶν, noli extorquere de manibus iudicũ suffragia. In Timone Luciani sunt χρυσόχειρες, aureis manibus. Et χείρων, proprium iustissimi Centauri nomẽ, quem optimum medicũ fuisse accepimus. ἀρτίχειρ, integris manibus est Platoni. χεῖρας ἐν μέσῳ διαχεῖν, interponere manus, Polyb. lib. 4. Et Plutar. Cimone, ἀλλὰ προαχθέντες ὑπὸ δημαγωγῶν καὶ πολεμοποιῶν ἐπ᾽ ἀλλήλους, οὐδενὸς τὰς χεῖρας ἐν μέσῳ διαχόντος συνερράγησαν εἰς τὸν πόλεμον: Sed uersi à plebis capitibus, & bellorum cupidis contra sese, cum nemo iam manus interponeret, neq; rixas dirimeret, commissi tanto bello fuerũt. χειράφετον, emancipatum dixerunt. χειραλείπτειν, manus ungere, quod trãsfertur ad exercitationes. χειραψίαι, conatus & aggressiones, ut in prælijs, cum res ad manus peruenit. χειρομύλας autem appellat Xenophon 6. κύρου παιδείας, molas manuarias. εὐχείρωτος, qui facilè uinci potest. Polyb. τοὺς ἑλλῆνας ποιεῖν εὐχειρώτους, lib. 5. δυσχειρώτατοι, minimè superabiles, aut expugnabiles. χειροδάικτα, Aiace, manibus cæsa. χειροδεικτά uerò, Oedipo tyranno, manifesta cunctis, ut quæ manibus demõstrari solent. γυνὴ χερνῆτις, ιλ. μ. & Apollonio 3. manu uictum quærens. & in genere masculino χερνήτης. In 3. tamen πολιτικῶν legitur χερνῆτις: ut sit χερνὴς, quasi γυμνὴς. εὐχερία & εὐχειρία, facilitas & agilitas manuũ. & εὐχερὴς, promtus & paratus. & εὐχερῶς, facilè, seu expeditè. Platoni autem ιβ. νόμων, ἐλέφας οὐκ εὐχερὴς ἀνάθημα, nõ aptum munus, quod dijs cõsecretur. βωμὸν χεράδιον, dixit Apollonius primo. Interpretantur autem χεράδια, congestionem lapidum, qui una manu tolli possent. Tale autem saxum, quod una manu sustolleretur ab heroibus quidem, Homerus appellat χερμάδιον, id est, χειροπληθῆ λίθον. Et χερμάδια etiam dixere. Vel est χεράς, aceruus paruus lapidum. χειρόκμηκτον autem, ma-

tem, manu elaboratum. Plutarch. αἰτίαις φυσικαῖς quaerit, διὰ τί τῶν ἀρχαίων φασὶ τὴν χεῖρα γλυκυτάτην. Et Lucianus φιλοψευδεῖ dixit, χεὶρ ἡ δεξιὰ, de leone. Et apud Galenum, χεὶρ πηληκή. Et manus in elephanto latinè nominatur. De Diuin. 2. Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinē difficiles aditus habeant ad pastū. Haec est προβοσκὶς, qua spirant, bibunt, odorantur, haud impropriè appellata manu, ut ait Plinius. Et Lucian. Lapithis, παίειν σκύτος ἔχοντα ἐς ὑπτίας τὰς χεῖρας. Quòd tibias perperàm inflasset, dicit impegisse furiosum uerbera loris supinis manibus medici. Vnde apparet, in ludis puerilib. hoc fieri quondam etiam solitum. Manus etiam mensura est. & manipulus, quantum herbarum manu comprehenditur, δράγμα, ut diximus. quod signum in militia fuit priscis Romanis. unde & ordines, manipuli: et manipularis miles. Sic enim Ouidius:

Pertica suspensos portabat longa maniplos,
Vnde maniplaris nomina miles habet.

Manum autem, cum mensuram significat, latam intelligimus. Latini palmum ferè dixerūt, quod est δῶρον Graecis. Nomen Vitruuius à muneribus quosdam ducere ait, quae palma manus spargerentur. Et hinc πεντάδωρον & τετράδωρον, laterum genera. Iλ. autē δ'. cornua sunt ἑκκαιδεκάδωρα, id est, ut interpretantur, ἑκκαιδεκαπάλαιστα. nam παλαιστὴς, palmus est, quae & δοχμή. Reperitur & παλαιστὴ, & παλαιστὶς. hi sunt digiti quatuor. σπιθαμὴ autem, dodrans, id est, digiti nouem. λιχὰς breuior est, ab indice ad pollicem extensae manus spacium. ὀρθόδωρον uerò, manus recta, à iunctura usque ad extremos digitos. Manuum una est δεξιὰ, dextra: altera sinistra, & lęua, ἀριστερὰ, λαιὰ, σκαιὰ, εὐώνυμος. Dextrae religio quędam est omnium gentiū opinione. Haec auersa osculis appetitur, in fide porrigitur, ut inquit Plinius. Eurip. Medea,

φεῦ δεξιὰ χεὶρ, ἣν σὺ πόλλ' ἐλαμβάνου.
Heu dextra manus, saepe quam complexus es.

Item γὰρ φιλοφρονήσεσιν, id est, in congressibus amicitiae. Soph. Aiace,

εἰς χεῖρα τοῦ Νέστορ δεξιὰν φιλόφρονος
δούς. —

Vlyssem ait dedisse Teucro dextram, ut amico. Item in supplicationibus, Soph. Oedipo tyranno,

ἐξικετεύει τῆς ἐμῆς χειρὸς θιγών.
Supplex manum obtestatur comprehēdens meam.

Inde haec facta,

— Cur dextram iungere dextrae
Non datur? —

& Euripidis,

ἀδελφὲ δός μοι δεξιᾶς τῆς σῆς θιγεῖν.
Frater manum da dexteram tuam mihi.

Et δεξιὰν δοῦναι, Polyb. 5. In secundo uerò ἀναβάσεως ita, καὶ δεξιὰς ἔδοσαν Τισσαφέρνης καὶ ὁ τῆς βασιλέως γυναικὸς ἀδελφὸς, τοῖς τῶν Ἑλλήνων στρατηγοῖς καὶ λοχαγοῖς, καὶ ἔλαβον παρὰ τῶν Ἑλλήνων, dederunt & acceperunt fidem. Aeneid. 10.

— Pallas Euandrus in ipsis
Omnia sunt oculis, mensae quas aduena primus
Tunc adijt, dextraeq; datae. —

Alibi autem idem poeta dixit,

Accipe, daq; fidem. —

De osculis autem, iuncturam manus ueteres fuisse osculatos, suprà indicauimus. Et Lucianus περὶ ὀρχήσεως scribit, ueteres τὴν χεῖρα κύσαντας ἡγήσασθαι δίκαιαν εἶναι τὴν εὐχὴν, id est, si osculati manum essent, ita credidisse uotum acceptum esse. Sunt & δεξιοὶ, gnaui. & δεξιότης, dexteritas. & δεξιῶς, dextrè. Aristoph. μανθάνω γε δεξιά. Et ἐκκλησιαζούσαις, τὰ γ' ἄλλ' εἴπερ σὰ δεξιώτατα, praeclarissimè. Plato Epitaphio, ὅπως ἡμῖν οἱ ῥήτορες δεξιοὶ εἰσι, ita illi oratores sciti sunt. ἐπιδέξιοι τόποι, sunt οἱ εὔθετοι, id est, ardua & opportuna loca. ἐπιδέξιος, & ἐπιδέξια aduerbium, aptè, bellè, dextrè. ἐπιδέξια quidem in Theaeteto Platonis dicitur de amictu decēte: ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπιδέξια ἐλευθερίως: Qui amiciri nesciat decenter, ut libero dignum. Lysias autem de manu dextra posuit. Apud Eupolidem uerò est cōuersio potantium, ait Pollux, quae expressa est in uersibus Critiae, expositis ab Athenaeo lib. 10.

μηδ' ἀποδωρεῖσθαι προπόσεις ὀνομαστὶ λέγοντες,
μηδ' ἐπιδεξιτερὰν χεῖρα κυκλοῦν θιάσου.
Pocula non alijs largiri nomine dicto,
Nec circum dextras ferre sodalitium.

Itaque dixere πίνειν ἐπὶ δεξιά. Homero est ἐνδέξια. Ita enim circumfert pocula Vulcanus Iλ. α.

αὐτὰρ ὁ τοῖς ἄλλοισι θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν
οἰνοχόει. —

Δεξιοῦσθαι significat cōplecti, et dextras iungere.

iungere. Lucianus Zeuxide, προσιόντες ἐν ἐδεξιοῦντο, καὶ θαυμάζειν ἐώκεσαν. Plautus Aulul. Adeunt, consistunt, copulantur dexteras. δεξίωσις, gratificatio & benignitas in comiter accipiendo. δεξιὸν etiam situm notat, id est, latus dextrum. Theognis,

ἐγγύθι δ' αὐλητῆρος ἀείσομαι ὧδε κατεστὰς
δεξιὸς ἀθανάτοις θεοῖσιν ἐπευχόμενος.

Plautus Curcul. Quò me uortã, nescio. Si deos adoras, dextrouorsum cẽseo, id est, ἐπὶ δεξιά. ut Ιλ. ι.

οὐδ' ἐπὶ δεξιά, οὐδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν.

Rex Persarũ apud Xenophontem πέμπει δεξιὰν, id est, fide sua accersit. Et ἀναβάσεως β'. sunt δεξιὰς παρὰ βασιλέως φέροντες, μὴ μνησικακήσειν βασιλέα αὐτοῖς: Qui fidem facerẽt à rege, non fore memorem illum præteritorum. Ιλ. β'.

σπονδαί τ' ἄκρητοι καὶ δεξιαὶ ᾗς ἐπέπιθμεν.

δεξιὰν Cyri negat Gobrya frustrari unquam, id est, fidem & uirtutem. ut Virgil. 11.

— Nunc te mea dextera bello
Defensum dabit. — &,
Dextra mihi Deus. —

Apud Pollucem ἀξίωμα corruptum puto, & uerum esse δεξίωμα. Est autem totus locus mendosus. Significat δεξίωμα id quod complectimur, seu quod percipimus. ut in hoc uersu Euripideo,

ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς.

δεξιὰν προτεῖναι, porrigere dextrã. & ἐμβαλεῖν, iungere. Latinis autem, inijcere dextram, uel potius manum, significationem habet uiolentiæ. δεξιὰ est etiam δεξιτερά: & δεξιός, δεξιτερός, non συγκριτικῶς, sed παρωνύμως, ut Eustathio placet: sicut ἀριστερά, & ἀριστερός, & φθονερός. Sed in δεξιτερός, πλεονασμός ita erit literę τ. ὑπερέχειν χεῖρα, significat protectionem. Ιλ. ι.

— μάλα γάρ ἕθεν εὐρυόπα Ζεὺς
χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε. —

Theognis autem explicatius hoc de dextra manu,

Ζεὺς μὲν τῆσδε πόληος ὑπερέχοι αἰθέρι ναίων
αἰεὶ δεξιτερὴν χεῖρ' ἐπ' ἀπημοσύνῃ.

Hæc est forma sermonis perquàm usitata in sacris literis. Sunt & δεξιά, fausta, atq; prospera. ut τύχη δεξιά, & Apolline dextro. ἀριστερὰ autem, & σκαιά, contraria. Sophocles Aiace, οὔποτε γὰρ φρενόθεν γ' ἐπ' ἀριστερὰ παῖ Τελαμῶνος ἔβας: Nunquam discessisti ad sinistra consilia. Et Maro,

— Si mens non læua fuisset.

σκαιός, peruersus, futilis, nihili, infelix, stultus, iners. Herodotus, φιλοτιμίη χρῆμα σκαιόν, ambitio res est peruersa. Aristophan. Nebul. ἀγρεῖος εἶ καὶ σκαιός. & σκαιότατον γερόντιον. Herod. ἀλλ' αἰεὶ, σκαιότατον μέν γε εἰ παρεὸν αὐτῷ βασιλέα γενέσθαι ἄλλῳ περιέθηκε τὸ κράτος. Stultissimũ dicebat fuisse Harpagum, qui cum ipse potiri regno potuisset, alteri hoc cõciliasset. Plutarchus autem, expostulanti factioni Lasthenis Olynthij cum Philippo, quòd proditores patriæ à Macedonibus appellarentur, respondisse hunc scripsit, σκαιοὺς esse Macedonas, & appellare σκάφην τὴν σκάφην: id est, esse nationem simplicem & rusticam. Soph. Aiace,

δειλὸς δέ τ' ἐστὶ σκαιὸν ἐκλύσων στόμα.

os improbum. σκαιότης autem est rusticitas & peruersitas. Et in Suida legitur σκαιεμβατεῖν, de motu indecente saltatorum. ἐπαρίστερος Polluci est uocabulũ uulgare. Idem docet, in choro fuisse ἀριστεροστάτην, in statione sinistra: ut in dextra, δεξιοστάτην. Memoratur & δεξιόστοιχος, in nauis dextra parte remigans. Et δεξιολάβοι, satellites, in actis Apostolorum. ὑπερδέξιον autem locum dixere opportunum. Et ὑπερδέξιοι τοῦ πολέμου, superiores bello, Polyb. lib. 5. Dixerunt autem ἔχειν & λαμβάνειν ἐν δεξιᾷ, & ἐν ἀριστερᾷ: & ἐπὶ δεξιὰν, & ἀριστερὰν. Herodot. Polymn. τὴν Ἴδην δὲ λαβὼν ἐς ἀριστερὴν χεῖρα, ᾔιε ἐς τὴν Ἰλιάδα γῆν, relicta ad sinistram Ida. Hæc enim figura in latino sermone usitatior, cui & Teutonica respõdet. ἀναβάσεως β'. ἐπορεύοντο ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸν ἥλιον. Herod. Polymn. ἐν δεξιᾷ μὲν ἔχοντες ὄρεα τὰ Οἰταίων, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὰ Τρηχινίων. In auspicijs fuerunt Græcis prospera, dextra. Ὀδυσ. ό.

ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις.

& Ὀδυσ. ύ.

— αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀριστερὸς ἤλυθεν ὄρνις.

& Ιλ. μ'.

αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων.

Romanis uerò sinistra fuerunt prospera. De hoc ita Cicero in 2. de Diuin. Quę autem est inter augures conueniens & coniuncta constantia ad nostri augurij consuetudinem? Dixit Ennius,

Cum tonuit læuum bene tempestate serena.
At Homericus Aiax, apud Achillē queꝛens de ferocitate Troianorum, nescio quid hoc modo nunciat,
Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit.
Ita nobis sinistra uidentur, Graijs & barbaris dextra meliora. Quanquam haud ignoro, quæ bona sint, sinistra nos dicere, etiam si dextra sint. Sed certè nostri sinistrū nominauerunt, externi dextrum, quia plerunq; melius id uidebat̃. Quod autem Cicero Aiacem Homericum dicere ait, id sanè ubi ille dicat, mihi nunc in mentem non uenit: sed ab Vlysse dici scio, ιλ. ί.
ζεὺς δέ σφιν κρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων ἀστράπτει. —
Nestor autem ita ιλ. β'.
ἀστράπτων ἐπιδέξι' ἐναίσιμα σήματα φαίνων.
Itaq; & illud Virgilianum,
— Si quem
Numina læua sinunt, auditq; uocatus Apollo,
sic interpretantur, ut uelint significare prospera, quemadmodum tonitru læuum. ut Aeneid. 2.
— Subitoq; fragore
Intonuit læuum. —
Itaq; Seruius sinistrum in augurijs ideò dictum ait, quòd sinat aliquid agi. Sed hæc nos in medio relinquimus. Explicatur autem res ιλ. μ'. esse dextras partes, ortus: sinistras, occasus.
εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε
εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοί γε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.
Latinè, ut mancus à manu, & inde Mancinus ducitur: ita & mancipium, manceps, mancipo, manubrium, maluium, uasis nomen. Item manu quęrere, id est, labore manuū. & asserere manu. Et Scæua, & Scæuola, à clade dextræ manus dicti. ἀμφιδέξιος quidem est ambidexter. Euripides autem Hippolyto, σίδηρον ἀμφιδέξιον appellat, id est, ferrum anceps. Homerus Asteropæum ait fuisse περιδέξιον. Et apud Athenæum Laurentius appellatur Asteropæus, qui utranque linguam æquè calleret, ut ille utraq; manu pariter expeditè usus fuisset. Hippocratis quidem aphorismus est, γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίνεται. quod ita Plinius lib. 7. cap. 17. Vires quibusdam dextra parte maiores, quibusdam æquas utraq;, aliquibus læua manu præcipuas, nec id unquam in fœminis. Itaq; & quærendum nomen ambidextri: & notandum, non esse Plinio ἀμφιδέξιον, quem de Homero περιδέξιον interpretati sumus. Quod autem negatur, esse posse maiores uires læuæ in fœminis, fieri id posse, etiam domesticis exemplis mihi constat. Galenus uerò ἀμφιδέξιον interpretat̃, τὸν ἀμφοτέραις χερσὶν ὡς δεξιαῖς χρώμενον, qui utraq; manu ut dextra utatur. & adducit ex Aristophane in contraria significatione ἀμφαρίστερον. In Terpsichora est ἀμφιδέξιον χρησμόν, præclarum & explicatum oraculum. De digitis suprà est dictū, in quas manus σχίζεται, id est finditur: quibus numeros designarūt ueteres. unde hoc,
— Sollicitus computat articulis.
Et Cicero Hortensium ait causas in digitos constituere solitum. In Diuin. Quid cum accusationis tuæ membra diuidere cœperit, & in digitis suis singulas partes causæ constituere. Herod. φασί, ὁ δὲ ἀναλογισάμενος τὸν χρόνον, ἐν ᾧ ἠγάγετο τὴν γυναῖκα, καὶ ἐπὶ δακτύλων συμβαλλόμενος τοὺς μῆνας, εἶπε ἀπομόσας, οὐκ ἂν ἐμὸς εἴη: Hic nō ignorans, quo tempore uxorem duxisset, & in digito constituens menses, iureiurando affirmauit, suum illū esse non posse. Item digitū nusquam, sicut & latum unguem, de minimo spacio, habet enim digitos 16. pes: sed & 12. quos pollices uocant, in quos diuiditur, ut as in uncias. Apud Ciceronem tollit digitum ad pręconium locationis conductor. Actione 3. in Verrem: Locare incipit non præscripta, neq; edicta die, alienissimo tempore, ludis ipsis Romanis, foro ornato. Itaq; renunciat Rabonius illam decisionem tutoribus, accurrunt tamen ad tempus tutores, digitū tollit Iunius patruus. Et actione 5. Vtrum est æquius, decumanum petere, an aratorem repetere? iudiciū integra re, an perdita fieri? eum qui manu quæsiuerit, an eum qui digito licitus sit, possidere? A' græco nomine est δακτύλιος, annulus. & δακτυλιοθήκη, annulorum inuolucrum. & δακτυλήθρα, pala annuli. Apud Xenophontem, ut diximus, inuolucrum digitorum, lib. 8. παιδείας, ἀλλὰ καὶ ἄκραις ταῖς χερσὶ χειρῖδας δασείας καὶ δακτυλήθρας ἔχουσι. Et apud Athenæum, quidam δακτυλήθρας ἔχων, ἰδίαν λέγεται τὸ ὄψον, libro 1. Et δάκτυλοι, fructus

fructus palmæ sunt: & pes in numeris, prima longa, ut in digitis ima pars, reliquis duabus breuibus. δακτυλωτὸν etiam poculum, memorat Athen. lib. 11. referens uersum Ionis Tragici,

ἔκπωμα δακτυλωτὸν ἄχραντον πυρί.

Docet autem, ita fuisse hoc genus appellatum, uel quòd ansas duas, quibus digiti inseri possent, uel quòd expressas formas digitorum, uel eminens quiddam haberet. Idæi autem Dactyli, comites fuisse perhibentur matris Ideæ. Sed Apollonius ex omnibus duos tantum nominat, Titiam & Cyllenum:

οἳ μοῦνοι πολέων μοιρηγέται, ἠδὲ πάρεδροι
μητρὸς ἰδαίης κεκλέαται, ὅσσοι ἔασιν
δάκτυλοι ἰδαῖοι κρηταιέες.

Solos ait illos fata ciuitatum moderari, & uocari assessores matris Ideæ, ex omnibus qui Dactyli Idei appellētur. Quorum numerum alij aliter retulerunt. Elegantes uersus de his memorantur autoris Phoronidos, quos et ascribere libuit,

— ἔνθα γόητες
ἰδαῖοι φρύγες ἄνδρες ὀρέστεροι οἰκί' ἔναιον
κέλμις δαμναμενεύς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος ἄκμων,
εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης ἀδραστείης,
οἳ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος ἡφαίστοιο
εὗρον ἐν οὐρείοισι νάπαις ἰόεντα σίδηρον, (ξεν.
ἐς πῦρ τ' ἤνεγκαν καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν.

— Hic præstigiosi
Idæi loca summa Phryges coluere iugorum,
Celmis, Damnameneusq; ingens, & uirib. Acmon
Præstans, montanæ gnaui famuli Adrostiæ,
Inuenere suas qui primi Mulciber artes,
Intra telluris depressum uiscera ferrum,
Deq; opera imposito flammis præclara dederunt.

Vt autem de numero horum inter scriptores non conuenit, ita neq; de nominibus, neq; de patria. Plutarchus in libello, quo indicat signa progreßionū laudabilium, sic ait, οἱ μὲν γὰρ ἐκμεμαθηκότες τὰ τῶν ἰδαίων ὀνόματα δακτύλων χρῶνται πρὸς τοὺς φόβους αὐτοῖς, ὡς ἀλεξικάκοις, ἀτρέμα κατατιθέντες ἕκαστον. Quosdā dicit solere memoriter referre singilatim nomina Idæorum Dactylorum, contra terrores & formidines. De his & alij, & Pausanias in priore libro Heliacorū, ubi quidem nominat quinq;: ἡρακλέα, παιωναῖον, ἐπιμήδην, ἰάσιον, ἴδαν, dicitq; eosdem illos esse Curetas. Est et herba δάκτυλος, & piscis. & Hesychio extrema pars in remo. Et uuæ δακτυλίδες. & δακτυλίδης, nomen propriū statuarij. Pollux Idæos Dactylos uel à numero, quòd quinq; fuerint, uel à Rheæ ministerio appellatos putat, cum digiti manuum artifices sint omnium rerum. A' digitis factum ῥοδοδάκτυλος, epitheton auroræ. Et Aristoteli πολυδάκτυλα ζῶα, & πόδες πεντεδάκτυλοι: animalia quæ digitos habent, & pedes quinum digitorum. ut ὦτοι τριδάκτυλοι, cum tribus digitis. & Latinorum sedigitus, à sex digitis. & δωδεκαδάκτυλος ἔκφυσις, Herophili. & δακτυλίδια, anelli. Sic enim Plautus Epidico: Lunulam, atque anellum aureolum. Hos muliebres annulos fuisse, ait Pollux. Hesychius ita distinguit, ut δακτυλίδια esse dicat, anellos simplices: sculptos uerò, σφραγίδια. σφραγὶς enim signum annuli significat. δακτυλιογλύφος, qui sculpit annulos. & δακτυλιογλυφία, artificiū, apud Platonem Alcibiade α'. De Demosthene autem δακτυλοδεικτεῖσθαι, id est digito monstrari, dixere. Ipsi autem Demostheni κατὰ ἀριστογείτονος, ponitur uerbum de infamia. δακτυλοδεικτεῖται, ὡς τῶν πονηρότατον τῶν ὄντων ἁπάντων δεικνύμενος. Et Luciano, δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ, ῥητόρων διδασκάλῳ. Et de scribēda historia, ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἅψασθαι, extremo digito, id est, leniter attingere. Et ῥητόρων διδασκάλῳ, δακτύλῳ ἄκρῳ τὴν κεφαλὴν κνώμενοι. Hesychio est δακτυλόδεικτον, quod digitis indicatur. ὡς δακτύλων θεῖναι, rationem computare digitis: quod Cicero, ut retulimus, in digitis constituere. Dicitur & manus ἀκρατὴς, debilis: & ἐγκρατὴς, ualida. & opus manus κρατεῖν, id est tenere. & ἐγκρατὴς aliquis, ac ἀκρατὴς ἑαυτοῦ, & πραγμάτων. & πόλεως ἐγκρατὴς. & ἐγκράτεια, continentia. & αὐτοκράτωρ, cuius est plena potestas. & παντοκράτωρ, omnipotens. & Sophocli χρόνος παγκρατὴς. Herodoto autem μελαμπορφύρη, sunt Issedonū, ἰσοκρατέες ὁμοίως αἱ γυναῖκες τοῖσι ἀνδράσι. ἀντιλαμβάνεσθαι, quod significat in Theæteto tenere. τῆς δὲ τοίνυν πάλιν ἀντιλαβώμεθα ὑπὲρ τὸ πρότερον, illud teneamus. Sustinere & fulcire Demostheni, Olynth. α'. ἕως ἔστι καιρὸς, ἀντιλάβεσθε τῶν πραγμάτων, adhibete manus. ἀντιλαβὰς autē dixit in Phędone Plato, quasi ansas carpendi. πολλὰς γὰρ

δεῖ ἔτι ἔχει ὑποψίας καὶ ἀντιλαβὰς, ἃ γε δεῖ τις αὐτὰ μέλλει ἱκανῶς διεξιέναι: Multa adhuc ſanè in his ſuſpecta ſunt, & carpi poſſe uidentur, ſi quis uelit accuratè exequi. Item ἀντίληψις. Plutarchus ait, Solonem νόμους γράψαι πολλὰς ἀντιλήψεις ἔχοντας, quæ multis in locis carpi, aut reprehendi, uel uariè etiam torqueri poſſent, in obſcuritate orationis. Hippia maiore, ἐάν σου ἀποκρινομένου ἀντιλαμβάνωμαι τῶν λόγων, ἵνα ὅτι μάλιστα με ἐκμελετήσῃς, σχεδὸν γάρ τι ἔμπειρός εἰμι τῶν ἀντιλήψεων: Si ego, te reſpondente, reprehēdam dicta, quo magis me inſtruere poſsis: nam iſtarum reprehenſionum propemodum peritus ſum. Paulo autem in epiſtola priore ad Corint. ἀντιλήψεις, inter chariſmata, ſunt ſubleuationes & opitulationes. Eſt & adminiculum. Xenoph. de re equeſtri, ὅπως τῷ ἀναβάτῃ ὡς ἀφθονωτάτη ἀντίληψις ᾖ. Euripid. autem dixit Andromacha,

ὕβρεις δ' ὕβρεις ἀντιλήψεται.

recipiet facta factis conuenientia. ἀντιλήπτωρ autem in literis ſacris, eſt qui fulcit & opitulatur. ἀντιλαμβάνειν autem ita poſuit Nazanzenus de paſchate, καὶ ἀντιλαβόντες τῆς κακίας τὴν ἀδείαν, id eſt, λαβόντες ἀντὶ τῆς κακίας. Verbum autem eſt ſimplex λαμβάνω, prehendo. unde & λαβὴ, anſa & occaſio. Lucianus πρὸς ἡσίοδον, λαβὰς τῇ συκοφαντίᾳ ζητεῖς, occaſionem quæris obtrectandi. λῆψις & λῆμμα, ſumtio, ut Cicero uertit. Apud dialecticos, quod ſumitur ut certum. Et λῆμμα, merces, id eſt, λαμβανόμενον ὡς δῶρον, quod accipitur ab altero largiēte. In Aeſchinem eſt Demoſthenis probrum, ἐπὶ τὸ λῆμμα ῥέπων, tendens ad mercedem & munera. Sed λῆμα unico μ, ſignificat φρόνημα, ingenium, & animū fortem. Iphigenia Taurica, ὦ λῆμ' ἄριστον. Alceſtide uerò, κακὸν τὸ λῆμα κοὐκ ἐν ἀνδράσιν τὸ σόν. Ingeniū eſſe patris ait humile, & nequaquam uirile. Herod. πολυμνίᾳ, ἀρτεμισίης δὲ τῆς μάλιστα θῶυμα ποιεῦμαι, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατευσαμένης γυναικὸς, ἥ τις ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρὸς, αὐτή τε ἔχουσα τὴν τυραννίδα καὶ παιδὸς ὑπάρχοντος νεηνίεω, ὑπὸ λήματός τε καὶ ἀνδρηΐης ἐστρατεύετο οὐδεμιῆς ἐούσης ἀναγκαίης. Dicit ſe ſolius Artemiſię mentionem facturū eſſe. quæ mulier copias duxerit aduerſum Græcos. Nam mortuo uiro, cum regnum teneret, & haberet filium adoleſcentem, ipſa animo magno & forti incitata, nulla adacta neceſſitate, in expeditionē profecta fuit. Sed hæc nihil ad manus. Ab illo lemmate eſt μονολήμματος & διλήμματος, pronunciatio, hoc modo: Spiras, uiuis igitur. Et, Aut dies eſt, aut nox. Sed non eſt dies, nox igitur. Eſt & λῆμμα, quod ſumitur ad exponendum oratione: ut λήμματα epigrammatum. Martial.

Viuida cum poſcas epigrammata, mortua ponis
Lemmata. —

Item ληπτὸν. unde νυμφόληπτος ὁ βάκις, & φοιβόληπτος Ariſtea, qui eſt φοιβόλαμπτος Melpomena. Sumitur autem aliquid in manus, id eſt, λαμβάνεται εἰς χεῖρας. Thucydides autem dixit in 6. τὸ πρᾶγμα μειζόνως ἐλάμβανον: accipiebant grauius, & agebant uehementius. Iſocrates Philippo, ὅτε τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης ἐλάμβανον, cum imperio maritimo potiti fuerūt. λαμβάνει & oppidum, qui expugnat, id eſt capit. ἑλλην. γ'. ἃς δὲ καὶ ἀσθενεῖς οὔσας καὶ κατὰ κράτος ὁ θίμβρων ἐλάμβανε, quaſdā etiam minus ualidas cepit ui Thimbro. Et πλοῖα λαβὼν, nauibus captis, in oratione περὶ στεφάνου. Et prouerbium, εἴληφεν ἡ παγὶς τὸν μῦν, cepit murem muſcipula. Xenophon autem dixit ἑλλην. δ'. σπονδὰς λαβὼν καὶ δεξιὰν, accepto fœdere & fide. & ἔλαβετο τῆς χειρὸς αὐτοῦ, comprehendit manum ipſius. Demoſth. etiam γέλως ἔλαβε, riſus inuaſit. & συγγνώμην λήψονται, ueniam conſequentur. & ὄψει λαβόντες, oculis conſpicati. quod Polybius, λαμβάνοντες πρὸ ὀφθαλμῶν, ponentes ob oculos. Et χώραν λαβεῖν, conſtitui. παιδ. 4. ἃ δ' ἂν ἀσυντακτα ἡ ἀνάγκη, ταῦτα ἀεὶ πράγματα παρέχειν, ἕως ἂν χώραν λάβῃ. Ibidem, ἐλπίδα λάβοιμι, ſperare auſim. Thucyd. 2. αἰτίαν ἔλαβον, crimen incurrit. Soph. Aiace, πότερα αἱρεσιν λάβοις, utrum elegeris. Et τάχ' ἄν τιν' αἰδὼ λάβοι, fortè pudore tangatur. ληφθῆναι μέσον, teneri aliquem. εἰληφέναι autē, & δεδωκέναι πληγὰς, accepiſſe plagas, & intuliſſe, dicitur in oratione κατὰ κόνωνος. In Veſpis autem, πρὶν λαβεῖν ὑπώπια. In oratione περὶ στεφάνου, λαβόντας ἄδειαν, adeptos impunitatē. λαμβάνει aliquis & πεῖραν, ſeu διάπειραν, id eſt, periculum facit, & πράγματα. Xenoph. Lacedæm. repub. ὅτι καὶ ὅπου τάχους δεῖ ὁ βλακεύων ἐλάχιστα μὲν ὠφελεῖται, πλεῖστα δὲ πράγματα

γματα λαμβάνει. quod nos, cum uerteremus illa in latinum sermonē, ita: Quod sicubi celeritate opus est, ignauus minimum utilitatis, molestiæque plurimū percipit. τιμωρίαν & δίκην autem λαβεῖν, est supplicium sumere. Et Homero,

—ὑπὸ τρόμος ἔλλαβε γυῖα.

tremor corripuit membra. Et alibi,

ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.

abstulit mors. Et Xenophon, πίστε δοὺς καὶ λαβὼν, data acceptaque fide. Et λαβεῖν λόγον, in oratione περὶ στεφάνου, accipere rationem. ἔννοιαν λαβεῖν ἐκ μέρους τῶν ὅλων, Polyb. lib. 1. coniecturam capere totius de parte. Et idem, καιρὸν λαβὼν, capta occasione. Et Polyb. lib. 1. ἐν χάριτι καὶ δωρεᾷ λαμβάνειν, gratiæ & beneficij loco accipere. ἐκλαβεῖν interpretantur ἐκπλαβεῖν. συλλαμβάνω, comprehendo. Herodotus de Crœso, μηδ' ἂν συλλαμβανόμενος ἀμύνηται. Cyrū uetuisse ait interfici Crœsum, etiam si repugnās non pateretur se comprehendi. Isocrates, συλλαβὼν αὐτοὺς ἀπέκτεινε, captos illos interemit. Lucian. de domo inquit, συλλαμβάνειν ἐς τὸ εὐμορφότερον, proficere ad formam. Significat & concipere fœtum. συλλαμβάνουσι μὲν οὖν αἱ νέαι θᾶττον, concipiunt celerius iuniores. Et σύλληψις, cōceptus Grammaticorum autem σύλληψις, oratio quasi grauida, requirente sensu uerba. Et συλλαβὴ, est literarum comprehēsio. In oratione περὶ στεφάνου, γράψαντος ἀριστονίκου τὰς αὐτὰς συλλαβάς. Percipere etiam. Herodotus Μελπομένῃ, ἐπεί τε συνέλαβε τὴν ἑλλάδα γλῶσσαν, cum percepisset linguā græcā. Et συλλαβὼν χρηστήριον, est qui accipit responsum oraculi, hoc est, qui illo gaudet: ut latinè dicitur, omen accipi. παιδείας γ'. exequi: ὅτι εὐνοίᾳ καὶ φιλίᾳ τῇ ἐμῇ τὸ δέον συλλαμβάνοιεν: Quod beneuolentia & amore erga me, ea quibus factis opus, exequerentur: id est, συναγωνίζοιντο. Demost. περὶ στεφάνου, οἳ οὔτε χρήμασιν, οὔτε σώμασιν, οὐδὲ ἄλλῳ οὐδενὶ τῶν πάντων συνελάμβανον ὑμῖν, adiuuerunt uos. Et fortuna συλλαμβάνει ἡμῖν, adiuuat nos. Aristoph. Vespis,

Εἰ δή νυν τις τῶν θεῶν ἐπιὼν ἐμφανὴς
ξυλλαμβάνει τοῦ πράγματος.

Deorum, inquit, aliquis nunc te manifestè in hoc negocio adiuuat. παιδείας α'. πάντα γὰρ ταῦτα εἰς τὸ φιλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχομένων συλλαμβάνει: Ad hoc conferunt, seu conducunt, ut à subditis diligamur. Et ὑπομνημον. β'. uirtus συλλήπτρια πόνων, adiutrix in tolerādis laboribus. προσξυνελάβοντο τῆς ὀργῆς, dixit Thucyd. lib. 3. impetum illū auxerunt. προσλαμβάνειν, assumere. Et Dialecticis πρόσληψις, assumtio, seu assumtū, quæ uulgò minor pronunciatio dicitur. Olynth. 2. τὴν γὰρ ἑκάστων ἄνοιαν ἀεὶ τῶν ἀγνοούντων αὐτὸν ἐξαπατῶν, καὶ προσλαμβάνων οὕτως ηὐξήθη: Nam singulorum stoliditatem, quibus minus notus esset, fallens semper, & assumens, ita creuit. Xenoph. προσλαβὼν ὁ μὲν ἄλλων ἐξ τοὺς ἐπιτηδειοτάτους, assumtis sex maximè opportunis. Musicis autem est προσλαμβανόμενος, qui sonus est supra ὑπάτην ὑπάτων. προσλαμβάνεσθαι, μέσως, recipere & amplecti. Paul. Rom. 15. προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ χριστὸς προσελάβετο ἡμᾶς. προλαμβάνειν, præcipere, aut occupare. Demosth. κατὰ φιλίππου α'. ἐπειδὰν πάντα ἀκούσητε κρίνατε, καὶ μὴ προλαμβάνετε: Postquā omnia audieritis, tum dijudicate, non anteuertire opinione rationes meas. Hoc enim certè significāt græca. Et postea, ὅτι τοῖς πνεύμασι καὶ ταῖς ὥραις τοῦ ἔτους τὰ πολλὰ προλαμβάνων διαπράττεται ὁ φίλιππος: Quòd uentis & anni temporibus præuertens, multa Philippus peragat. Olynth. 3. νῦν μέν τοι πέπεισμαι τοῦθ' ἱκανὸν προλαβεῖν ἡμῖν εἶναι τὴν πρώτην, ὅπως τοὺς συμμάχους σώσομεν: Nunc ita cēseo satis esse, si primùm præuertamur omnia præ salute ciuium. uel Plautina figura sermonis, præuertamur saluti ciuium. περὶ στεφάνου, νομίζων ὅπερ ἦν ἀληθὲς, ὅσα τῆς πόλεως προλάβοι, πρὸ τοῦ τοὺς ὅρκους ἀποδοῦναι: Quæcunque præripuisset ciuitati, antequam iusiurandū datū esset. Et mox, καὶ μὴ προλαβὼν ἐκεῖνος τοὺς ἐπικαίρους τῶν τόπων, ne ille occupatis locis opportunis. Hinc est πρόληψις, quam Cicero anticipationem interpretatur, id est, antè cœptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquā, nec quæri, nec disputari posśit. Et ait, Epicurum hanc primùm ita appellasse. In Academicis autem notitias rerum dicit Græcos tum ἐννοίας, tum προλήψεις uocare. Grammaticorū autē πρόληψις, est membri unius ad duo uel plura accōmodandi præmisśio. ἀναλαμβάνειν, recreare. Et

ἀναλαμ-

ἀναλαμβάνειν σῶμα, curare corpus. Hinc est medicis ἀναληπτικὴ δίαιτα, qua recreantur corpora confecta morbis. μέση τις ἐστὶ τῆς ὑγιεινῆς τε καὶ θεραπευτικῆς, ut docet Galenus lib. 7. de ratione medicādi. Xenophōti equus ἀναλαμβάνεται, id est, reprehēditur, & cohibetur, atq; conuertitur. Plato legum 3. δεῖν φαίνεταί ἐμοί γε οἷον πρὸ ἵππου τὸν λόγον ἑκάστοτε ἀναλαμβάνειν: id est reprehēdere, neq; pati longius progredi. ut apud Terentium: Sed me reprehendi tamen, ne quid de fratre garrulæ illi dicerē. Conciliare significat uerbū Plutarcho Pericli, ἐλαττούμενος δὲ πλούτῳ καὶ χρήμασιν, ἀφ' ὧν ἐκεῖνος ἀνελάμβανε τοὺς πένητας: Cum inferior esset opib. & pecunia, quibus ille pauperes sibi conciliabat. Et Aristot. Rhetoric. α. ἀναλαβεῖν τὸν ἀκροατήν. Xenoph. autem ἑλλην. ζ. ἀναλαβεῖν ὅπλα, arma capere. In oratione autem περὶ εἰρήνης ita, αὐτοὶ δὲ νῦν ὑπαρχούσης πρὸς ὑμᾶς φιλίας, τὸν πόλεμον ἀναλαβεῖν, bellum suscipere, uel etiā instaurare. Eidem repetere: ὅσα τοῖς χθὲς λόγοις προσήκοντα λεχθῆναι καιρὸν οὐκ ἔσχεν, ἀναλάβωμεν: Quæ hesternæ disputationi cōuenientia non siuit tēpus nos exequi, ea repetamus. Ita fermè & in Euthydemo, οὐ γὰρ σμικρὸν τὸ ἔργον διεξελθεῖν ἀναλαβεῖν διεξιόντα σοφίαν ἀμήχανον ὅσην: Non est facilis res, repetendo exequi sapientiā admirabilē. In Oreste autem Euripidis est, ἀναλαβεῖν ἀσπίδα ξίφος, accipere ense, id est, congredi armatos. Xenophon ἑλλην. γ. ait, τὴν ἀρχὴν, ἣν πρόσθεν ἐκέκτηντο ἀναλαβεῖν, recuperare imperij pristinam possessionem. Sophocles autem Philoctete,

— τὴν ἁμαρτίαν
αἰσχρὰν ἁμαρτὼν, ἀναλαβεῖν πειράσομαι.

Reprehendere se uelle ait delictum, ut corrigat. Sicut Terentius dixit, locum reprehensum, qui præteritus negligentia est. Thucyd. lib 5. αὐτοὺς, inquit, ἀναλαβὼν ἦγε: id est, assumens illos duxit in expeditionem. ἀναλαβέσθαι autem significat induere & sumere uestē, in Theæteto Platonis, & σοφοῖς. Et κίνδυνον ἀναλαβέσθαι, itemq; ὑποδύναι. Herod. θάλεα, δεῖ σε γεγονυῖαν εὖ κίνδυνον ἀναλαβέσθαι, τὸν ἂν ὁ πατὴρ ὑποδύναι κελεύῃ: Te bono loco natam par est suscipere periculū, quodcunq; subire pater iusserit. καταλαμβάνειν significat comprehendere. Hinc κατάληψις, quam Cicero comprehensionem interpretatur ad uerbum, id est perceptionem, & cognitionē. & καταληπτὸν, comprehensibile. & ἀκατάληπτον, quod comprehēdi non posset. Stoici his uerbis usi fuere, ductis à similitudine eorum quæ manu prehenderentur: cum ijs ante Zenonem nemo tali in re usus esset. Thucydides in 3. ὑπηρετείᾳ τε λόγου καὶ γνώμης μᾶλλον ἐφόδῳ ἢ ἰσχύϊ τὰ πράγματα ἐφαίνετο καταληπτά, teneri res posse uidebantur. Idem, ὡς οὐκέτι γὰρ καταλήψει ἐφαίνετο: cum appareret, deprehendi magis non posse. Xenoph. παιδ. 4. τὸ μὲν γὰρ πλῆθος ὑμεῖς γε τῶν πολεμίων οὐ διωξόμεθα, πῶς γὰρ ἂν καταλάβοιμεν; nō enim possemus assequi. Significat autem uerbum Herodoto reprimere & continere. περιψυχόντι, καὶ σφεας ἀλέξανδρος κατέλαβε σοφίῃ χρήματα δοὺς πολλά: Datis pecunijs illos repressit, ne inquirerēt amplius. Et mox, ὁ μὲν νῦν τῶν περσέων τουτέων θάνατος, οὕτω καταλαμφθεὶς ἐσιγήθη, suppressa mors Persarū ita tacita fuit. Thalia autem sic, ὀρίζοντας δὲ δαρεῖος κατελάμβανε, continebat, seu reprimebat. Sed καλλιόπη sic, οἱ θηβαῖοι κατελάμβανον τὸν μαρδόνιον, καὶ συνεβούλευον αὐτῷ: Thebani complectebantur, seu detinebant Mardonium, & suadebāt illi. At ἐρατοῖ sic, τὰ δὲ ἄλλοι οὐ κατελάβοντο τουτέων μνήμην ποιήσομαι: Quę alij pretermiserūt, eorum mentionē faciam. Rursum Thalia ita, τοῦτον τὸν συλοσῶντα κατέλαβε εὐτυχίη τοιήδε τις, talis fortuna illi fuit oblata. Dinarchus autē contra Aristogitonem de Harpalo, ὃν ἥκοντα ἄνευ καταληψόμενον τὴν πόλιν ὑμῶν, qui uenisset occupaturus largitionib. ciuitatē. cum quo nostrum Teutonicum conuenit. Et Polyb. καταλαβόμενοι λόφον ὑπερδέξιον, occupato colle. κατειλημμένον autem κινδύνοις, periculis circundatum dixerunt. Et Thucydidi, ἐλαίῳ καταληφθεὶς ὑπὸ μυρμηκίας πολλοῦ ἀποθνήσκει, deprehēsus. ἐγκαταλαμβάνειν idem significat. Et Thucyd. lib. 3. νῆες ἐγκαταληφθεῖσαι, naues interclusę. Et lib. 4. ὅσοι ὑποχωροῦντες ἐγκατελάβοντο, intercipiebantur in receptu. Et ἐγκατάληψις, interceptio. ἐπικαταλαμβάνειν, assequi & occupare. Theophr. de Aethiopicis palmis lib. 2. ἐπικαταλαμβάνοντος τοῦ νέου τὸν γῆρον, occupāte nouo fructu ueterem. Plinius ita, Semper frutici pomum est subnascente

quasi diceretur latinè, hinc factum esse illud, Dij te perdant. sed allusio & iocus in latinis non est. Dion hoc uerbo detrimentum interpretatus est lib. 40. τὸν Πομπήϊον ἐπιμεληθῆναι ὅπως μηδὲν ἀπ᾽ αὐτῆς ἀποτριβῆναι. Decretum fuisse narrat, uideret Pompeius, ne Resp. detrimentum caperet. ἀπότριψις, reiectio, remotio. ἐκτρίβεσθαι enim significat detergere, & eximere. Νικομαχείων α΄. διὸ καὶ χαλεπὸν ἐκτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ: quare difficile est hanc affectionem deponere, inhærentem uitæ. προστρίβεσθαι, imbuendo afferre, seu adiungere. Plutar. in Pompeio, ἃ δὴ νέαις προστρίβονται γυναιξὶ τὰ τοιαῦτα μαθήματα, quibus ferè adolescentes mulieres imbuunt tales disciplinæ. ὑπότριμμα, conditus certi generis cibus. τρίψις est & in medicina fricatio, seu frictio. & τριψημερῶν, apud Aristophanẽ, diem conterens. Teritur & uita. ἀθλιώτερον τρίψας βίοτον, Aristoph. πλούτῳ. τριβὴ autem & moram, & peritiam, et usum significat. & παιδοτρίβης, magister gymnasij, id est, præfectus pueris exercendis, qui est Luciano παιδοτρίβης. Et οἰκότριψ, uernula. θλίβειν significat premere. & ἐκθλίβειν & ἐκθλίβειν, exprimere. συνθλίβειν, cõprimere. Hinc sunt θλιβίαι, ut θλαδίαι, ἐκ τοῦ θλᾶσθαι, de quibus alio loco. Volunt autem & βλιμάζειν, quod in Auib. Aristophan. ponitur, esse quasi θλιμάζειν,

digitis

digitis tentare, ut in gallinaceis, cum emuntur, fit. βλίσαι autem dixerūt de expresſione mellis. θλῖψις autem eſt compreſsio, & ponitur de anxietate & miſeria, uſitatum uocabulum in ſacris literis. & uerbum θλίβεσθαι. Ad Theſſal. priore, προὐλέγομεν ὑμῖν, ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι: prędiximus uobis, fore ut affligeremur. θραύω, frango. & θραῦσις, afflictio. & de malis ponitur in literis ſacris, ut θλῖψις. Regum 3. cap. ult. καὶ συνεχέθη ἡ θραῦσις ἐπάνωθεν τοῦ λαοῦ, de peſtilentia graſſante in populo. Volunt & τρᾶν ſignificare percuſsionē: & hinc eſſe τρᾶμα, & τραῦμα, κατὰ μετάληψιν. & τιτρώσκειν, ſauciare. Manuum etiam eſt πιέζειν, premere, & ſtringere. Ὀδυσσ. δ.

ὑμμᾶς δ' ἀσπερχὲς ἔχομεν μᾶλλόν τι πιέζειν.

quod & πιάζειν, & ad opprefsiones atque comprehenſiones tranſtulerunt. ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι, καὶ οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, Ioan. 7. Quærebant eum comprehendere, neque quiſquam tamen iniijciebat illi manus. In Supplicibus, πιέζειν τὴν τύχην λίαν, id eſt, premere nimis fortunam, negat Theſeus bonū conſilium. Ariſtoteles περὶ μορίων δ. de pollice, οὗτος γὰρ κάτωθεν ἄνω πιέζει, hic ſurſum uerſum premit. Et λήψεις, ac ἐκπιέσεις, dixit ibidē, comprehēſiones & expreſsiones. σφίγγειν, ſtringere. Et σφίγξ, Thebanū monſtrum, quod ænigmatis implicaret & iugularet captos. ἄγχειν, angere eſt, id eſt ſtringere: diciturque propriè de ſuffocatione. unde & ἀπάγξασθαι, ſuſpēdi. σπάω eſt traho, & uello, & lacero. & σπάσασθαι ἄκρατον, mero ſe ingurgitare. Et ὁ μὲν οὖν οὐδὲν ἔσπασεν, nihil attraxit, id eſt cepit. σπάσασθαι ξίφος, enſem ſtringere. διασπῶντες τὸν χάρακα, dixit Polyb. lib. 1. uellentes uallū. σπάσμα, uulſum. σπασμός, morbus. σπάδων, ſpado. ῥήσσω, rumpo. & ῥῆξις atque ῥῆγμα, ruptum. μαλάττειν eſt mollire. & μαλάγματα, ad molliendum appoſita. Manibus etiam ἐργαζόμεθα, id eſt, opus facimus. ut ἐργάζου νήπιε Πέρση. & ἐργασία, opus. & ἐργάτης, qui opus facit. Et χεῖρα ἐργάτιν, manum ſtrenuam, Sophocles dixit. Et στρατηγὸν ἐργάτην, imperatorem ſtrenuum, Xenophon παιδ. α. Et ἔργον, quod negat eſſe turpe Heſiodus: ſed ἀεργίην dicit iure uitio dari poſſe. Ex eo ducta fuit illa diſtinctio Prodici, πρᾶξιν & ἐργασίαν eſſe honeſtā ſemper, ποίησιν autem etiam turpem interdum. Sed & illa pro eo atque deſignata fuerint, ita bona ſunt, aut mala. Eſt autē diſtinctio, quam dixi, Prodici, in Charmide Platonis. κατεργάζεσθαι, conficere & perficere. Plato Gorgia dixit, κατειργασμένος τὴν τυραννίδα, conſecutus regnum. περιεργάζεσθαι curioſitatem notat. Demoſth. περὶ στεφάνου, περιείργασμαι μὲν ἐγὼ περὶ τούτων λέγων, de his ego temerè uerba feci. πάρεργα, operæprecium. Et compoſita, κακοῦργος, ἀγαθοεργός. Platoni νόμων ἰ. πρωτουργοὶ κινήσεις, & δευτερουργοί, primariæ & ſecundariæ motiones. & uerba, κακουργεῖν. Plato αὐτουργήσαντας dixit, nefariorū facinorum autores. Item εὐεργεσία. & εὐεργετεῖν, beneficium dare. ἐργολαβεῖν, operam locare in faciendo opere: et transfertur ad omnes inhoneſtos quęſtus. κατὰ κλεισοφῶντος, μὴ ἐργολαβεῖν ἐν τοῖς ἀκροάμασιν. Et Demoſt. κατ' Ἀνδροτίωνος, δι' ὧν ἐργολάβει, καὶ πολλὰ τῶν ὑμετέρων ἐκέκλοφει: quæſtui uos habuit, & furta fecit multa. Et ἐργολάβοι. Et Iſocrati πρὸς Φίλιπ. ἐργολαβία, quęſtus. Significat ἔργον propriè opus ruſticū, ut opus in lingua latina. Opus faciam, ut dormiam. Et fœnus quoque notat, in priore oratione κατ' Ἀφόβου. Et bellū, ac prçlium. Thucyd. 1. οἱ μετέστησαν ἐν τῷ ἔργῳ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους: tranſierunt ad Lacedęmonios, dum res geritur. Et Polybius, οἱ Ῥωμαῖοι πολιορκοῦντες τὰς Συρακούσας ἔργου ἤχοντο, urgebant rem, id eſt oppugnationem. Et locum. Aiace, ἀλλ' οὐδ' ἐν ἔργον τοῦτο θρηνεῖσθαι μάτην, non eſt nunc locus inanibus lamentis. Ariſtoph. Πλούτῳ, ἀλλ' οὐκ ἔργον ἐστ' οὐδ' ἐν στραφεῖν. Et mox, οὐ γὰρ δόλων νῦν ἔργον, non fallacijs & fraudi nunc locus. Huic ſimilis figura in lingua latina, opus eſſe. Alia ab alijs, & me alibi huc pertinentia ſunt relata. Et ποιοῦμέν τι, id eſt facimus: ut opificia, ut artem, ſcripturam. Sunt enim quædam ποιητικαὶ artes, quarum opera et effectiones ſunt, non tantum actio: quæ eſt, uerbi cauſa, τῆς αὐλωδίας, & in uita honeſtatis. Harum eximia eſt eorum operum, quæ ingenio informata, oratione cōponuntur, in primis carminibus. unde & excellenti appellatione hæc ποιητική, & artifices ποιηταὶ uocantur, & opus ποίησις, ac ποίημα. Nam ſunt hęc operum generales appel-

tiones: ut cum dicitur aliud esse ποίησιν, aliud πρᾶξιν. Herod. autem Polymn. ita, οὗτοι περὶ κεφαλῇσι εἶχον χάλκεα καὶ σιδήρεα ἐξεληλαμένα ποιήματα, tegmina excusa ære ac ferro. Plato Charmide, ποίημα μὲν γίνεσθαι ὄνειδος φησί. ποίησιν quidē illam excellentem, uolunt esse totū opus poetæ, ut Iliada: ποιήματα uerò partes. Sed de hoc satis. Verbi quidem ποιῶ, & διαθέσει passiua, usum in lingua græca, ut factio in latina, uarium esse constat: de quo nostras obseruationes etiam, post annotatas ab alijs, exponere placuit. Est igitur ποιεῖν, facere: et ponitur cōtra πάσχειν, id est pati. Herod. πολυμν. ποιέειν ἢ παθέειν, προκέεται ἀγών: In eo res uertitur discrimine, ut aut faciendum, aut patiendum aliquid sit. Et dicitur de poetarum scriptis, qui non tam narrare, quàm producere aliquid ante oculos uidētur. Et ποιεῖσθαι non modò de adoptione liberorum, sed etiam donatione ciuitatis. Est & ποιητὸς πολίτης, ciuitate donatus: ut ποιητὸς υἱός, adoptatus filius: de quo quidem alibi fortasse copiosius uerba faciemus. Figuras autem sermonis, in quibus græca lingua usa fuit hoc uerbo, ab alijs, quod ego quidem sciam, nondum indicatas, nunc deinceps promiscuè referemus. μνήμην ποιήσομαι, διαθέσει media dixit Herod. ἐρατοῖ, id est, mentionem faciam. Et ibidem, συμμαχίαν ποιεῖσθαι, & ἐπιμέλειαν: societatem iungere, & curam suscipere, seu gerere. Item ποιεῖσθαι πολλὴν σπουδήν, diligentiam & studiū adhibere. Aeschines in oratione cōtra Ctesiphontem dixit, ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην, pacem facere. Et Thucyd. 3. ἀνακωχὴν ποιησάμενοι, inducijs factis. Demosth. κατὰ τιμοκράτους, καὶ τῆς πόλεως δόξαν οὐ χρηστὴν ποιήσετε, conciliabitis famam ciuitati non bonam. Et mox, ἄξιόν ἐστιν ὀργισθῆναι, καὶ κολάσαι, καὶ παράδειγμα ποιῆσαι τοῖς ἄλλοις τοῦτον: Par est, irasci, & punire illum, & facere ut alijs exemplum sit. Thucyd. lib. 7. καὶ τὴν προτέραν πέμψιν τῶν νεῶν ποιήσασθαι, ablegationem perficere nauiū. Idem, φυλακὴν ποιούμενοι, custodiam locantes. & παρὰ λόγον ποιῆσαι, fallere opinionē. Apud Aristot. β. περὶ ζώων γενέσεως, ὅταν δὲ συστῇ τὸ κύημα, παραπλήσιον ποιεῖ τοῖς σπειρομένοις: Postquam fœtus constiterit, fit in hoc idem fermè quod in satis. Et καταδρομὰς ποιουμένων, incursiones facientibus. Et λείαν ἐποιήσατο, prædā fecit. Itemq; τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, iusta facere. Xenoph. ἀλλήλοις πίστεις ἐποιήσαντο, fœdus inter se fecerunt. Sic enim Plautus: Pacē feci, fœdus feci. Et lib. 1. de Alcibiade, λείαν ἔχων, καὶ πίστεις πεποιημένος, cum præda & fœdere facto. Idem eodem, προνομὴν ποιούμενος, de Agide. ἐκ τῆς Δεκελείας προνομὴν ποιούμενος, πρὸς αὐτὰ τὰ τείχη ἦλθε τῶν Ἀθηναίων, pabulando à Decelia ad muros usq; Atheniensium accessit. Est enim προνομή, pabulatio. Polybius lib. 1. μετὰ ταῦτα συνέβη τοὺς μὲν καρχηδονίους εὐλαβέστερον διακεῖσθαι πρὸς τὰς ἐπιθέσεις, τοὺς δὲ ῥωμαίους φυλακτικώτερον χρῆσθαι ταῖς προνομαῖς: Post hæc Carthaginienses quidē cautius hostes aggredi, Romani uerò minus liberè in pabulando uagari. Xenophon lib. 2. ἑλλην. προνομὰς δὲ ποιούμενοι, καὶ λαμβάνοντες ξύλα, καὶ ὀπώραν πάλιν ἐκάθευδον ἐν πειραιεῖ: Post pabulationem, lignis & fructibus acceptis, rursum in Pyræeo quieuerunt. Idem lib. 4. ξένον ποιοῦμαι, hospitem facio. ut Plautus, Facio cellarium. Et ibidem, τὴν βοήθειαν ἐποιήσατο, auxilio uenit. Et libro 5. στρατείαν ποιεῖν, exercitum cogere. Isocrates autē Philippo, πῶς οὐ χρὴ θαῤῥεῖν ποιούμενον τὴν στρατείαν ταύτην; cur nō cum singulari confidentia hanc expeditionem suscipias? Rursum Xenophon, ἰσμηνίας κρίσιν ποιῆσαι, iudiciū dare Ismeniæ. παιδείας κύρου 5. θυσίαν ποιοῖτο, sacrificet. Plato Symposio, θυσίαν ποιουμένου τοῦ ἀγαμέμνονος, ἄκλητον ἐποίησεν ἐλθόντα τὸν μενέλαον: Sacrificāte Menelao (id quod Latini dixere, rem diuinam facere) ita exposuit rem, ut ueniret inuocatus Menelaus. Et ἑλλην. 7. ποιήσασθαι μάχην, prælium committere, seu decernere. ποιῆσαι ὕδωρ, pluere, in Vespis. Herod. πολυμν. πρόσοδον ἐποιέετο, adoriri hostes cœpit. Et paulo antè, ἐπεὶ ἥλιος ἀνατέλλοντος σπονδὰς ἐποιήσαντο: libatione, sole orto, peracta. Demosth. κατὰ τιμοκράτους, ποιήσασαν ἱερομηνίαν, quæ festos dies instituit. Et ἔλεον μὴ ποιήσασθαι ὑπὲρ τοῦ πλήθους, misericordia non complexum multitudinē fuisse. Thucyd. 1. ὀργὴν μὲν φανερὰν οὐκ ἐποιοῦντο τοῖς ἀθηναίοις, non irascebantur palàm. λόγον οὐδένα ποιεῖσθαι, ἐλεεῖ, nihil curare, aut meminisse. Theocrit. autē, ὁ δὲ μὰν λόγον οὐδένα ποιεῖ. Aristoph. πλούτῳ, ὅστις ἐποίησε ζημίαν,

ζημίαν, qui damnum dedisti. Thucyd. 3. ποιοῦνται κοινῇ ὁμολογίαν πρὸς τὸν Πάχητα, conuenerunt communiter cum Pachete. Et mox, ἔπλευσε κατὰ τάχος καὶ φυγὴν ἐποιεῖτο: nauigauit celeriter, & fecit fugam. Et ἐποιεῖτο τὴν δίωξιν, persequi cœpit. Et στρατόπεδον ποιεῖσθαι, castra locare. & ἀπόστασιν ποιεῖσθαι, deficere. & ἔλεγχον ποιήσασθαι, redarguere. Et lib. 1. ἐγκλήματα ἐποιοῦντο, crimina intenderunt. Et alibi, δῆλον ἐποιήσατε, declarastis. γνώμην ἐποιοῦντο, Thucyd. 2. uisum illis fuit. ἐποιεῖτο τὴν ἀναγωγὴν, Demosth. πρὸς Τιμόθεον, soluit. Et ἔξοδον ποιεῖσθαι, Herod. Polymn. ὡς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἔξοδον ποιεύμενοι, qui susciperent profectionem ad mortem. Polybius autem lib. 1. ἅμα δὲ φωτὶ τὴν ἔξοδον ἐποιεῖτο, cum prima luce copias educere cœpit. νεώτερόν τι, & νεώτερα ποιεῖν, & compositis uerbis νεωτεροποιεῖν, est νεωτερίζειν. παιδείας 3. βουλόμενος τὰ ὄντα ἐκποδὼν ποιεῖσθαι, studens res suas amouere. ἀγαθὸν καὶ κακὸν ποιεῖν τινας, benefacere, malefacere. & ἀγῶνας ἐποίει, certamina instituebat. In Calliopa autem, πρὸς γὰρ ὁπλίτας ἐόντες γυμνῆτες τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο, certamen cōmittebant. δεύτερον ποιεῖται πλοῦν, inquit Nazanz. περὶ θεολογίας, mutat cursum. Et ἔκπλουν ποιεῖται, nauigat, Thucyd. lib. 1. Herodot. Δελφοί, ἑτοίμους ποιησαμένη, cum haberet paratos, seu comparatis ministris. Et περὶ στεφάνου, ἵνα ἴδια ποιήσωνται τὰ ἐν Θηβαίοις, ut rem Thebanā constituat. Idem, τροπὴν ποιήσας τῶν πολεμίων, hostibus in fugam datis. Idem, ποιησάμενός μιν οὐδενὸς λόγου, nihil illū moratus, seu illo neglecto. Demosth. δάνεισμα ποιεῖται, debitum contrahit, seu mutuum sumit. Strabo lib. 5 καὶ εἴ που τινὰς ἐκστρατείας ἐποιοῦντο ἐπ' ἀλλήλους, si quas expeditiones fecerunt inter sese. Demosth. πρὸς Φαίνιππον, πολὺν καὶ σῖτον καὶ οἶνον ποιοῦντες, multum frumenti & uini percipientes. Idem, καὶ πλέον οὐδὲν ποιήσαντες, nihil proficientes. Idem, ἀντιδόσεις ποιούμεθα, permutamus facultates. Isocrates Philippo, πλεονεξίαν ποιήσασθαι, indulgere cupiditati suæ. Idem, ἀποπομπὰς ποιεῖσθαι, ablegare & submouere certis precationibus: ut deos solebant quondam, quos autores esse malorum credebant, & morbos. Et πρόνοιαν ποιεῖσθαι, prouidere. οὐδ' ἐπίνοιαν πεποιημένοι τῆς θαλάττης, Polyb. lib. 1. cum antè ne cogitassent quidem de mari. δίκαια ποιήσομεν, Ἑλλην. γ'. faciemus quæ fieri æquū fuerit. πεποιηκότων ἐκείνων τὰ δίκαια, ὑπὲρ ὧν αὐτὸς αἰτίαν ἔχει θεῖναι τὸν νόμον: Cum illi fecerint quod debuerat fieri, quorum causa crimen latæ legis sustinet. Et mox, πεποιημένους τὴν ἔκτισιν, quòd solutionem fecerint. κατὰ Τιμοκρ. Dinarchus, ἀρὰς ποιούμενοι, execrātes. Idem, γραφὰς ποιήσαντες, deferentes nomina. Demosth. ἀπογραφὴν ἐπεποιησάμην, describi curaui. Lucianus, ἴασιν ποιήσασθαι, medicari. Plato Phædro, κατὰ τὰς ὁδοὺς ποιοῦμαι τοὺς περιπάτους, in uijs obambulo. Demosthen. ἐκκλησίαν ποιεῖν, id est, dare concionem. Xenoph. Oeconomico, ἀπὸ γεωργίας τὸν βίον ποιεῖσθαι, agricultura uictum quærere. In Isocratis autem Helena, ποιήσασθαι κινδύνους, adire pericula. & ἐποιήσαντο παράταξιν, ordines instruxerunt. Et in Oeconomico, ἐξουσίαν ἐποίησεν, potestatem fecit. Eurip. Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι,

ὄρνιθα μὲν τόνδ' αἴσιον ποιούμεθα.
Hoc ominis quidem loco accipimus boni.

Herod. θῶμα ποιεῦμαι, admiror. Plato, τεκμήριον ποιοῦμαι, coniecturā facio. Thucydidi est, μονὴν ποιούμενος, moram trahens. & ξύλληψιν ἐποιοῦντο, comprehenderunt, Herod. Καλλιόπῃ. συμβολὴν ποιέεσθαι, prælium committere. Item, ἀθηναῖοι τοὺς σαμίους ἐς τὸ συμμαχικὸν ἐποιήσαντο, adscripserūt numero sociorū. Dixerunt & ποιεῖσθαί τι τινὸς ἔμπροσθεν. Et in Pausaniæ Messeniacis, κέρδη ἄδικα ἐπίπροσθεν ἢ πιστὸς ὢν ποιούμενος, præferens fidelitati lucra iniusta. Et Ἑλλην. ς'. σιωπὴν ἐποίησε παρὰ πάντων, fecit ut silerent omnes. Plautus Amphitr. Facietis huic fabulæ silētium. Agathyrsi, ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν τὴν μίξιν ποιεῦνται. & συμφορὴν ἐποιεῦντο μεγάλην, magnum dolorē accipiebant. &, ἁμίλλαν ἐποιεῦντο, contendebant, Vrania. ἐν κέρδει ἐποιεῦντο, Herodoto, ponebant in lucro. Isocr. Philippo, πρὸ πολλοῦ ἂν ἐπεποιησάμην, nihil prius mihi fuerit. Xenophon Ἑλλην. δ'. εἰ μὲν δὴ φίλοι γενέσθαι περὶ παντὸς ἂν ποιησαίμεθα: Nihil pluris fecerimus, quàm si liceat tua amicitia uti. Polyb. libro 1. πρὸς τὸν Ἱέρωνα πεποιημένοι τὰς συνθήκας, qui fœdus fecerant cum Hierone. Idem, ἱερὸν ἐποιήσαντο στέφανον, coronam illam dijs consecrarunt. Xenoph. οἰκονομικῷ, βασιλεὺς δὲ κατ' ἐνιαυτὸν ἐξέτασιν ποιεῖ-

τοὺς τῶν μισθοφόρων, delectum habet. Idem ἑλλην. 6. ἄριστον ἢ δεῖπνον ποιησάμενος, prandens & cœnans. ποιήσασθαι τὴν ἀρχὴν, exordiri. Hesiodus dixit, ποιεῖσθαι θῆτα, & ἔριθον, seruum parare, & ancillam. Ex oratione autem περὶ στεφάνου Demosthenis, has formas annotatas uisum fuit commemorare. σύμβουλον ποιήσασθαι, consiliario uti. μηδεμίαν ἀναβολὴν ποιησάμενος, nulla mora interposita. εὐτρεπῆ ποιήσασθαι, id est εὐτρεπίσασθαι. ἕως ἂν τὰ τῆς στρατείας τῆς ἐπὶ τοὺς φωκέας εὐτρεπῆ ποιήσαιτο, donec necessaria ad bellum Phocicum apparauisset. Et mox, μηδὲν ἔχοιθ᾽ ὑμεῖς ποιῆσαι, uos facere nihil possetis, ὑφ᾽ ἑαυτὸν ποιεῖσθαι, & ὑφ᾽ ἑαυτῷ ποιήσασθαι, subijcere potestati suæ. Et mox paulo aliter, ἕως θετταλίαν ὑπὸ φιλίππῳ ἐποίησαν, donec subiecerunt Thessaliam potestati Philippi. τάξιν ποιησάμενος, instituto, seu seruato ordine. ἀπολογίαν ποιεῖσθαι, causam defendere. ἀποδείξεις ποιεῖσθαι, probationibus uti. βλασφημίας ποιήσασθαι, conuicia facere. ἐν καιρῷ γίγνεσθαι τὰς παρασκευὰς ἐποίησα, feci ut omnia in tempore appararentur. sicut hoc, Feci, è seruo ut esses libertus mihi. ποιῆσαι ἔργον, & πρᾶγμα, facinus facere. & facere rem, φιλάνθρωπον, inquit Demosth. καὶ φιλόδωρον, humanitatis & liberalitatis plenã. ἐν αἰσχύνῃ ποιήσων τὴν πόλιν, ignominia affecturus ciuitatem. ἐχθροὺς ποιῆσαι, facere hostes. πόλεμον ποιῆσαι, bellum conflare. ἐκκηρύκτους ποιῆσαι, extorres facere.. Et τρεῖς ἡμέρας ποιήσας ἐπὶ τῆς πόλεως, moratus in urbe diebus tribus, in quadam Basilij epistola. Xenophonti in Oeconomico est, δίχα ποιῆσαι τὴν γῆν καὶ τὴν ὕλην, secernere solum & herbas. Sed addam etiam alia de oratione περὶ στεφάνου. Xenoph. παιδ. λόγῳ δ᾽. ἐξω βελῶν τὴν τάξιν ποιήσας, abducta centuria. ἀνοχὰς ποιήσασθαι, inducias facere. ἐφ᾽ ὑμῖν ποιήσασθαι τὴν αὐτῶν αἵρεσιν, ut in uestra esset potestate consilium ipsorum. τὸ μὲν ἑαυτοῦ φίλους θρασεῖς ποιῆσαι καὶ ἐπᾶραι, suam partem confirmare, & efferre animis. πόλεις δορυαλώτους πεποίηκεν, ui et armis cępit. & ἐμφρούρους ποιεῖ, urbes præsidijs occupat. ἐπιγαμίαν ποιήσασθαι, sicut συμμαχίαν, affinitatem iungere. Et λόγῳ παιδ. ια. ἐπιγαμίας πεποιημένοι ἦσαν. ὑπερβολὴν ποιοῦμαι, nimio plus dico. ἀγῶνα πεποιημένοι ἦσαν, dimicassent, seu decertassent. τὸ κελευόμενον ποιεῖν, imperatum facere. συμμάχους ὑμῖν ἐποίησα εὐβοέας, conciliaui socios uobis Eubœenses. Et χρημάτων ὅσων ἠδυνάμην ἐγὼ πλείστην συντέλειαν ἐποίησα, cõtributionem quantam potui maximam pecuniæ ego confeci. ἐπίδειξιν ποιήσασθαι φωνασκίας, ostentare exercitatam uocẽ. οὐδὲν ἐξαίρετον, οὐδὲ ἴδιον πεποίημαι, nihil eximium aut proprium habui. ποιεῖν περίδειπνον, epulas funebres præbere. ποιεῖν δούλους, adigere in seruitutem. ἐξώλεις καὶ προώλεις ποιήσετε, facite ut pereant atq; intereant. νόμον ἐποιήσαντο, Luc. dea Syria. & alibi, τρυφὴν ἐποιούμην, sanciuerunt, & faciebam delicias. ποιεῖν absolutè, in Platonis Ione, poeticari, uel poetari. Composita autem sunt innumerabilia cum hoc uerbo, quorum quædam exempli causa recensebimus. ἀγαθοποιός, beneficus. κακοποιός, maleficus: ut ἀστὴρ φαίθων, et φαίνων, Astrologis. ἀρτοποιός, qui panes coquit. γυνὴ autem ἀρτοκόπος, quæ panes Crœso coqueret, est ἐλεοῖ. ἀρρητοποιός, qui patrat nefaria. ἁρματοποιος, & ἁμαξοποιός, qui currus & plaustra fabricatur. θαυματοποιός, præstigiator. Lucian. θαυματοποιοὶ γάρ οἱ ὄνειροι, Somnia solere esse ait mirifica. διθυραμβοποιός, & ἐποποιός, poeta dithyrambicus, & heroici carminis. Et θησαυροποιὸς ἀνήρ, Platoni πολιτ. η. βελοποιός, ὁπλοποιός, telorum & armorũ fabricator. μαχαιροποιός, ensium. αὐλοποιός, tibiarum. γλωττοποιός, lingularum. πληκτροποιός, plectrorum. χορδοποιός, fidium. βυρσοποιός, cerdo. τοξοποιός, fabricator arcuum. κοσκινοποιός, cribrorum. σοροποιός, sandapilarum. τυραννοποιοί, Platoni, efficiẽtes tyrannos, πολιτ. θ᾽. λυροποιός, lyræ fabricator. σιτοποιός, qui cibum apparat. et σιτοποιεῖν καὶ μηχανᾶν, Polyb. lib. 1. πιλοποιός, qui subcoacta pãgit. λυχνοποιός, lucernarũ opifex. σπογγιδοποιός, λεκυθοποιός, θρονοποιός, ὀψοποιός. & ὀψοποιΐα σικελική, Platoni Gorgia. κλινοποιός, qui fabricatur spondas. Et πιστίας θωρακοποιός, Pistia fabricator thoracum, in 3. ἀπομνημονευμάτων. ἀνδριαντοποιός, statuarius. Et sicut εἰδωλοποιΐα & προσωποποιΐα, ita etiam εἰδοποιΐα. & uerbum εἰδοποιεῖν, informare. & διαφορὰ εἰδοποιός, differentia quæ genus informat, ut λογικὸν ζῶον. Diuo Paulo est πνεῦμα ζωοποιοῦν, spiritus autor uitę. Et, ὃ σὺ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ,

ἀναβιώῃ, non peruenit ad uitam, in epistola priore ad Corinth. Et ad Colossenses, συνεζωοποίησε σὺν αὐτῷ, unà secum in uitam restituit. ὀψοποιός, cocus. Et σιτοποιϊκὰ & ὀψοποιϊκὰ ὄργανα, instrumenta pistrini & culinæ, in Oeconomico Xenoph. κιβωτοποιός, qui arcas fabricatur. quo nomine opificium & Franci nostri appellant. Mysi à mensis nominant. Et fuit κιβωτοποιῶν ὁδὸς, id est, regio horum opificum Athenis, cuius fit mentio in libello Plutarchi de Socratis Dæmonio. Verbum ἑνοποιεῖν est in primo libro Aristot. περὶ ψυχῆς, καὶ τί ποτ᾽ ἐστὶ τὸ ἑνοποιοῦν αὐτάς; quid'nam sit hæc ipsa uniens. γελωτοποιοῦντας autem dixit Xenoph. ἀπομνημονευμάτων γ΄. id est, eos qui risum mouēt, qui sunt γελωτοποιοί, ridiculi. Et κύρου παιδ. β΄. γέλωτα ποιεῖν, risum facere, id est excitare. Diodor. lib. 16. τοῦ πολέμου καινοποιουμένου, bello renouato. Addamus his et uerbum ἔχειν: habet enim aliquis id propriè, quod comprehendit manu. De huius igitur usu obiter quædam dicemus. Primum igitur πλεονάζει hoc. Herod. ὑμεῖς ἐπιτρέψαντες ἡμέας ἐκείνου ἔχομεν, in illius nos potestatē tradidimus. Soph. Electr. ἐκβαλοῦσ᾽ ἔχεις, eiecisti. Philoct. θαυμάσας ἔχω, admiror. Et alia forma, ληρεῖς ἔχων, nugaris. παίζεις οὖν γ᾽ ἔχων, ludis, seu iocaris. ἐν νῷ ἔχοντες, Herod. in animo habentes. Idem, μνείαν ἔχειν, mentionem habere. Idē, ἀθηναῖοι δὲ ὡς ποδῶν εἶχον, τάχιστα ἐβοήθεον ἐς τὸ ἄστυ, quàm celerrimo cursu ferebantur ad urbis defensionem. Thucyd. autem 6. ita, ἐβοήθουν δὲ οἵ τε ἄλλοι ὡς ἕκαστος τάχους εἶχε: auxilio & alij uenere, ut quisque celerrimè potuit. Herodot. κλεοῖ dixit, τοῦ ἐπ᾽ ἡμέρην ἔχοντος, de eo qui in diem uiuit. οὐ γάρ τοι ὁ μέγα πλούσιος, μᾶλλον τοῦ ἐπ᾽ ἡμέρην ἔχοντος ὀλβιώτερός ἐστι: Non enim admodū diues, eo cui cotidianus uictus suppetit, beatior est. Idem, μηδεμίαν ὤρην ἔχειν ἁρπαζομένων, σωφρόνων: frugi esse, hominum nullam curam gerere raptarū. Idem, φυλακὴν ἔχειν, custodiam agere. Idem, ἔχω παρὰ σεῦ πᾶσαν τὴν δίκην, satis habeo supplicij à te. Idem, ἔχουσιν ἐν φυλακῇ, custodiunt, seu cōseruant. Idem, ἐν νόῳ ἔχουσα, cogitans, seu cupiens. Idem, οὐκέτι ἀνέστησαν, ἀλλ᾽ ἐν τέλει τούτῳ ἔχοντο: Non surrexerūt magis, sed hic fuit finis illorū. Xenoph. ἐν πολλῇ ἀτιμίᾳ ἡμᾶς ἔχεις, sumus apud te inhonorati admodum. Idem, χαλεπῶς εἶχον τῷ ἀλκιβιάδῃ, succensebant Alcibiadi. Apud eundem est, χάριν ἔχειν, gratiā habere. ἡσυχίαν ἔχειν, quietum esse. & ἡσύχως, & ἀτρέμας ἔχειν, quiescere. & ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχον, κάλλιστα, incitato cursu. ἐκεχειρίαν ἔχειν, inducias habere. Item πολεμικῶς, & φιλίως ἔχειν, esse animo hostili, & amico. εὖ autem, & καλῶς, & κακῶς ἔχειν, usitatissima sunt. Xenophon ἑλλην. ς. ὅπως μὲν τοίνυν ἔλθοι πρὸς αὐτὸν μὴ διαλεγμένος τῷ πατρὶ, περὶ ὧν ἐκεῖνος ἐδεῖτο, οὐκ εἶχεν: Quo pacto accedere ipsum posset, priusquam cum patre, de qua re fuerat rogatus, uerba fecisset, non reperiebat. Apud eundem est & συγγνώμην ἔχω, ueniam do. Idem παιδείας δ΄. ὡς μήτε περσῶν, μήτε μήδων μεῖον ἔχειν παρ᾽ αὐτῷ, ne essent inferiore in loco apud se Persis & Medis. Ibidem, οἱ μὲν ἀμφὶ ταῦτα εἶχον, hæc agebant. Et Xenophon οἰκονομικῷ, τοὺς μὲν ἀμφὶ γῆν ἔχοντας: id est, agricolas, quorum studium est terram colere. Plato, πῶς χρὴ ἔχειν ἐμὲ καὶ σὲ πρὸς ἀλλήλους, quo modo alter erga alterum se gerere debeat. Idem, πολλὴν ἔχειν περὶ αὐτῶν σπουδήν. Multum illis studij impendisse ait. Aristoph. Vespis, ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι, necesse est ut pluat. Ibidem, αἰτίαν ἔχω, in causa esse dicor. ἀνακῶς ἔχειν, Herod. κλεοῖ, est ἐπιμελῶς ἔχειν. περίανδρον δὲ ὑπ᾽ ἀπιστίης ἀρίονα μὲν ἐν φυλακῇ ἔχειν οὐδαμῇ μετιέντα, ἀνακῶς δὲ ἔχειν τῶν πορθμέων: Periandrum, cui res incredibilis ea uideretur, Arionem quidem custoditum nusquam dimisisse, magna uerò cura de nautis usum fuisse. Thucyd. lib. 8. περὶ ξυμμάχους φυλακῆς τῶν φιλίων ἐπίπλων, ὅπως αὐτῶν ἀνακῶς ἕξουσιν, ἢν ἐκπλέωσιν: ut magna cura obseruarent, si illi soluerēt. Pausanias in Messeniacis dixit, ὡς ἐχθρῶς ἔχουσι: sic affectis, ut uellent esse inimicis: id est, hostiliter animatis. Soph. Electra, ἐγὼ δ᾽ ὕβριν μὲν οὐκ ἔχω, contumeliosa non sum. Plato Hippia minore, οὔτε ἀφόβως τε καὶ θαρραλέως ἔχων: neque metuens, & confidens. ἀνὰ στόμ᾽ ἔχων, in ore habens. Thucyd. lib. 5. ἀναχωρήσαντός τε αὐτοῦ, ὡς ἤκουσαν οἱ ἀθηναῖοι, οὐδὲν ἐκ τῆς λακεδαίμονος πεπραγμένον, δι᾽ ὀργῆς εἶχον: Reuerso illo, cum audijssent nihil esse perfectum Lacedæmone, grauiter irati fuerunt. Libro autem secundo ita, οὕτως ὀργῆς εἶχον οἱ

πλείους τοὺς ἀθηναίους, ita erant infensi plerique Atheniensibus. Et mox, ἐν τοιαύτῃ ὀργῇ ὁ στρατὸς τὸν ἀρχίδαμον ἐν τῇ καθέδρᾳ εἶχεν, ita irascebatur uehemēter exercitus Archidamo in mora illa. Idem, ἐν αἰτίᾳ δὲ εἶχον κατ᾽ ἀλλήλους πολλῇ τὸν ἆγιν, inter se grauiter accusabant Agidem. Et lib. 3. ἐν ἡδονῇ ἔχουσι, uoluptatē capiunt. Plato, διάνοιαν ἔχων & ἐπιθυμίαν, in hac sententia & cupiditate. φαύλως ἔχειν, perperam habere. Xenoph. Oeconomico, καὶ ηὗρον ἐνθυμούμενος πάνυ εἰκότως ταῦτα γιγνόμενα: Cum cogitarem hæc, consentaneum ad hunc modum fieri. Demosth. autem Philip. 1. ita, καὶ μᾶλλον ὑμῖν ἐβούλετο ἔχειν οἰκείως, ἢ ἐκείνῳ: Magis cupiebant uestra amicitia uti, quàm illius. γνώμην ἔχειν, in sentētia esse. Isocr. οὐκ ἐπὶ τοῦτο τὴν διάνοιαν ἔχων, non intendi in hoc animum. Et ιλ. γ´.

τὼ δὲ διὰ σκαιῶν πεδίον δ᾽ ἔχον ὠκέας ἵππους.

tendebant equos. & ιλ. α´.

— ἔχες δ᾽ ἀλόχους κεδνὰς καὶ νήπια τέκνα.

conseruasti uxores et liberos ciuiū. Atque ita illic Hector ἐτυμολογεῖται, παρὰ τὸ ἔχειν. In Alcibiade autē priore sic, ἔχε, πῶς ἐκεῖνα πάσχοντες τούτων; πειρῶ εἰπεῖν. Insistere eum iubet illo in loco Socrates, & conari eloqui, quo pacto quicque illa patiātur. Et Gorgia, ἔχε δή, καλῶς γὰρ λέγεις. Et ἔχειν κατὰ χώραν, quiescere, id est consistere loco suo. Aristoph. Βατράχοις, ἐμελλον ἕξειν κατὰ χώραν. & ἔχ᾽ ἥσυχος, & ἔχ᾽ ἀτρέμας, similiter reprimentis forma. Et in Hippia maiore, ἔχε δή, ὦ ἄριστε, ὦ φίλε ἑταῖρε. Isocrates Philippo, νῦν ἐν σοὶ τὰς ἐλπίδας ἔχουσι τῆς αὑτῶν σωτηρίας, spem habent in te salutis sui. Idem, ἀφορμὴν οὐδεμίαν ἄλλην ἔχων πλὴν τὸ σῶμα καὶ τὴν διάνοιαν: Nihil habēs, quo fretus esse posset, præter corpus & animum suum. Idem, ἣν πολὺ κάλλιόν ἐστι λαβεῖν, ἢ πολλὰς πόλεις τῶν ἑλληνίδων κατὰ κράτος ἔχειν: Quam beneuolentiam adipisci tibi laudabilius est, quàm ui multas urbes Græciæ obtinere. Etsi, ne quid dissimulē, uera lectio mihi uidetur esse ἑλεῖν, cepisse, non ἔχειν. νοῦν ἔχειν, cordatū esse, seu cor habere, ut Ausonius dixit. & νουνεχόντως, considerate. & νουνεχής, cordatus. γνώμην ἔχειν, sentire, existimare. Thucyd. lib. 7. καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων ὑμῖν μὴ μεμπτῶν γεγενημένων, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε: Ita existimetis, quòd nequaquam reprehēdi posint uel milites, uel duces. χαλεπῶς, ἔχε ὄνειδος καὶ ἀτιμίαν, erat in probro & infamia. Isocr. Philippo, εἰ δὲ ἦν πολεμεῖν πρὸς αὐτὸν βούληται, συμφόρως ἕξειν. Futurum esse dicit, ut omnes nationes, si bellū susceperit, ipsum adiuuent, uel illi se accommodēt. πλέον ἔχειν, ἔλαττον ἔχειν. Xenoph. ἑλλην. γ´, τοῖς τι συμπράξασι δεομένοις, σαφῶς ἔλεγεν, ὅτι ἔλαττον ἕξοιεν εἰ αὐτὸς παρείη: A' quibus aduocabatur, ijs planè dicebat, discessuros inferiores, si ipsis adesset. Xenoph. ἑλλην. δ´. οἱ φυγάδες πράγματα εἶχον τι καὶ παρεῖχον τοῖς ἐν τῷ ἄστει: Et affligebātur ipsi, & molesti erant urbanis. Idē, κατεκλίνθη οὖν καὶ αὐτὸς ὥσπερ εἶχε χαμαί, recubuit & ipse humi in habitu suo. De Pharnabazo, induto Persico ornatu precioso. Idem, εἰ ὁσίως ἔχοι αὐτῷ: Si inuiolata religione facere posset, ut recusaret fœdus Argiuorum. Demosthenes autem dixit, γνωρίμως μοι εἶχε, & διαφόρως: intercesit inter nos notitia, & simultas. Eiusdem est, ἠπιωτέρως ἔχειν, clementius affici. ἀδυνάτως ἔχειν. Demosth. πρὸς κάλλιππον, ἐπειδὴ δὲ ᾔσθετο ἀδυνάτως ἤδη ἔχοντα τὸν πατέρα, postquam sensit uiribus iam defici patrē. Plato, δόξαν ἔχων τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ πολὺ διαφέρειν, in opinione præstantiæ inter philosophos. Demosth. οὐκ ἔστι χαλεπώτερον οὐδέν, ἢ ὅταν ἄνθρωπος δόξαν ἔχων, καὶ δυνάμενος εἰπεῖν, τολμᾷ ψεύδεσθαι καὶ μαρτύρων εὐπορῇ: Nihil est peius, quàm si homo, qui & in existimatione est, & dicendo ualet, ausit mentiri, & testes reperiat. Idem, ἔχετ᾽ εὐνοικωτέρως ἐμοί, beneuolentia maiore affici erga me debeatis. ἐκστατικῶς ἔχειν, similē esse furentis. Xenoph. Rep. Lacedæm. πολεμικωτέρως ἔχειν σφῶν αὐτῶν. & εὐχαριστοτέρως ἔχειν πρὸς τὰ βρώματα. μομφὰς ἔχειν, Phœnissis, succēsere. Plato Phædone, χαριέντως ἔχειν τὸ σῶμα, uenustum habens corpus. & φιλοσόφως ἔχειν, philosophicè se gerere. In Oreste autem inquit Menelaus, ἔχεις μέ. Terent. Captus est, habet: paulo aliter. Nam hic tertia, ille secūda persona usus fuit. ὁ δ᾽ ἐξ ἔχει, in Vespis. Xenoph. ἀλογώρως εἶχον, negligentes erant. Plato, φιλοτίμως πρὸς χαρμίδην ἔχων, ambiens laudem & admirationem à Charmide. ὀδυσσ. autem κ´.

— δὴ γάρ μιν ἔχεν μένος ἠελίοιο.

æstus solis illum premebat. Aristot. de partib. animalium 1. ἔχει δ᾽ ἑκάτερα χρείας, utrunque

utrunque magnam habet uoluptatem. ἔργου ἔχεσθαι, rem aggredi. Thucyd. lib. 2. ὥστε εὐθὺς ἔργου ἔχεσθαι, καὶ ἰέναι ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν ἐχθρῶν. Et Herod. οὐρανίας, τῶν ἐκεῖνος οὐδεμίαν ὄπιν ἔχων, quorum nullo hunc respectu tangente. Et antè, ὡς δοκέοι ἔχειν τινὰ παλάμην, quòd arbitraretur se habere rationem quandam. Et τριβὴν ἔχειν. Polyb. lib. 1. τριβὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔχοντα σύμμετρον, qui haberet usum mediocrẽ rei bellicæ. Et ἐκεχειρία, induciæ, quasi ἐχεχειρία, à continendis manibus. ἔχεσθαι autem μέσον, est teneri aliquem. ἀπείρως ἔχοντα τοῦ λέγειν, imperitum dicendi, in oratione κατὰ νεαίρας. Et ibidẽ, πολλὴν χάριν ἔχω, magnam gratiam habeo. ὀργίλως ἔχειν, esse commotum. In oratione Demosth. περὶ στεφάνου, hæ formæ usurpãtur: μηδὲν ἔχοιτ' ὑμᾶς ποιῆσαι, nihil uos facere possetis. Et ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις, εἰ γὰρ εἶχες: sed nunquam poteris, nam si posses. sicut & Latini, habeo dicere, habeo policeri. τὰ πρὸς ὑμᾶς ἔχειν ἐν εὐνοίᾳ, cõseruare beneuolentiam erga nos. ὅπου ἢ δόξης, ἢ προγόνων, ἢ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἶχε λόγον: Siquidem respectu tangeretur aut existimationis, aut maiorum, aut posteritatis. τάξιν ἔχων, locum tenens. οἰκέτου τάξιν οὐκ ἐλευθέρου παιδὸς ἔχων. Paulo pòst, πότερα οὐχ ἡγῇ γινώσκειν αὐτοὺς ὅστις εἶ; ἢ τοσοῦτον ὕπνον καὶ λήθην ἅπαντας ἔχειν: Vtrum hos ignorare, qui sis, existimas, an tenere tantam somnolentiam aut obliuionem cunctos? Ab hoc uerbo fiunt atque ducũtur cùm alia, tum hæc, ἕξις & σχέσις: quę ita distinxere, ut ἕξεως nomine intelligeretur affectio quædam firma, id est, διάθεσις δυσάλυτος. hunc Latini habitum appellarũt. σχέσις autẽ, minus firma, ut retulit & Galenus lib. 8. rationis medicandi. καχέκτης & καχεκτικός, Polybio improbus. lib. 1. καχέκτας καὶ κινητικούς, improbos & turbulentos. ἐχέγγυον, ratum. Phœnissis, τὴν δόσιν δ' ἐχέγγυον τὴν πρόσθε ποιῶ, ratum facio donum. ἐχεμυθία, de qua diximus. ἐχεκρατίδας, propriũ, ut ἐχέδημος, ἐχέπωλος, de roboris, populi, equorũ copia. ἐχέφρων, mentis compos, prudens. Ιλ. ι.

—ὅστις ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων
τὴν αὐτοῦ φιλέει.—

Et ἐχέφρων πηνελόπεια. ἔχετος etiam rex ille, omnium mortalium pestis, ὀδυσσ. σ. & ἐχέτλη, stiua aratri. & piscis ἐχενηΐς, remora à quibusdam uocata. & λυχνοῦχος, candelabrum, sustinẽs lucernam. Et ἔνοχος, qui obnoxius est, & tenetur. Demosthenes πρὸς λεπτίνην, ἔνοχον εἶναι τῇ γραφῇ, obnoxium esse accusationi. Idem, τούτοις τοῖς νόμοις ἀμφοτέροις ἐκ τῶν πεπραγμένων ἔνοχος κόνων οὑτοσί: His ambabus legibus, ob ea quæ perpetrauit, tenetur Conon iste. Et contra Eubulidem, παρὰ τοὺς νόμους οἳ κελεύουσιν ἔνοχον εἶναι τῇ κακηγορίᾳ, τὸν τὴν ἐργασίαν τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἢ τῶν πολιτῶν, ἢ τῶν πολιτίδων ὀνειδίζοντά τινι: Postulare illum iudicio, seu reum facere, dicit, leges iubere, eum qui exprobret quæstum forensem ulli ciuium. Et Matthæus, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει, tenetur iudicio. In Marco etiam legitur, ἡ δὲ ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ, erat illi infesta, urgebat eum: uel, quẽadmodum interpres, insidiabatur ei. ἐξέχειν significat eminere. unde ἔξοχος, eminens. & ἔξοχα, nimium.

—νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ
ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν,
ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν, ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.

Succensere se dicit hospiti, qui nimium aut complectatur, aut auersetur externos. nam esse modum in omnibus optimum. Hinc est ἐξοχὴ, excellẽtia. Et apud Grãmaticos aliquid κατ' ἐξοχήν: ut poeta, urbs, ius ciuile: id est, communi nomine pro proprio appellatum. Et in quadam ad Appiũ Ciceronis epistola, quid sit ἐξοχὴ, quid εὐγένεια, id est excellentia, & nobilitas. etsi aliter in quibusdã exemplis hæc legi scio. Habet ἐξέχειν & significationem τοῦ ἀνατεῖλαι, id est existere, & oriri, seu emicare significat: ut cũ solem ἐξέχειν dixere. Demost. πρὶν ἥλιον ἐξέχειν, priusquam sol oriretur. Aristoph. σφηξί,

καὶ ταῦτα μὲν νῦν εὐλόγως, ἢν ἐξέχῃ
ἥλη κατ' ὄρθρον, ἡλιάσει πρὸς ἥλιον.
Atque, ut decet, mox solis ubi erit orta lux,
Versaberis hic in calore luminis.

Sed in gręcis est allusio ad iudicium omnium Athenis maximũ, cui nomen fuit ἡλιαία, quod expositũ esset soli: nam sub aperto cœlo fieri solebat. Est & hemistichium prouerbiale, quod de cantu puerilis ludi remansit, ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε. cuius & Pollux mentionem facit libro nono: sed perperam ibi ἔχεχ' ὦ φίλ' ἥλιε, scribitur. Ita inuitabãt pueri solem ad emicandum, si quando nubibus tegeretur. κα-

τέχειν, in epistola ad Roman. τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων, qui detinent, & premunt. Platoni Gorgia, cōtinere: τὴν μακρολογίαν ὦ πῶλε ἢν καθέξῃς: si cōtineas, seu reprimas uerborum copiam. παιδ. α. κατέχει τὸν κάπρον, strauit, id est oppressit, ut Teutonici quoque uenatores loquuntur. & κατασχεῖν, uerbū nauticum. Eurip. Cyclope, λῃσταί τινες κατέσχον ἢ κλῶπες χθόνα. fures aut prædones tenere solum ait. Polyb. lib. 1. κατέσχον εἰς μεσσήνην, id est appulerunt. κάτοχοι autem, & κατεχόμενοι, grauiter laborant, de quibus alibi. συνέχω, cōtineo. & συνέχον, quasi summa rei, & id in quo tota res uertitur: ut apud rhetoras, quod firmamentum, seu firmissimam argumentationē dixerunt. συνεκτικῶς, summatim. & συνεκτικὸν αἴτιον, causa cum morbo coniuncta, id est, in morbi rationem implicata: ut grummus in meatu urinali, de quo rixantur medici: quidā enim non causam hanc, sed ipsum morbum esse uolunt. συνεχὲς, continuum, & densum, seu spissum. Et res συνεχῆ. Item συνεχὴς, continuus. Demosth. περὶ στεφάνου dixit, πόλεμον συνεχῆ καὶ μακρὸν, continuum & diuturnū bellum. Est & συνεχὴς πυρετός. Dicitur & συνοχὴ, continuatio. Et nouitium uerbum, συνόχου πυρετοῦ: de quo, Deo uolēte, aliàs. συνέχεια, in oratione περὶ στεφάνου, significat assiduitatem & sedulitatē. συνέχεται autem aliquis malis morborum, aut alijs, id est premitur. Isocrates, συνέχεσθαι τοῖς κακοῖς τοῖς διὰ τὸν πόλεμον γεγενημένοις. In Luca Christus ait de hostili oppugnatione, περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν, circundabunt atq; urgebunt undique. προέχειν, præstare. Xenophon, προέχουσαν τῇ εὐδαιμονίᾳ τὴν πατρίδα ἀπέδειξε, perfecit ut felicitate præstaret patria sua. Et παιδ. β'. ἐν δὲ τῷ δὲ τῇ ὁπλίσει, οὐδ' ἐν ἡμᾶς ὑμῶν προέξομεν. προέχεσθαι autē προβάλλεσθαι est, id est prætendere. Itemq; προέχειν. παιδείας β. καὶ εἰ μὴ ἄλλο μηδὲν ἔχοιμι τὼ χεῖρε προέχων, ἐνεπόδιζον ὅτι ἐδυνάμην τὸν παίοντα: Si nihil aliud haberem, manus obijciens impediebam percutientem, ut poteram. Et τέχνα ἑτέρα ἑτέρας προὔχει, præstat ars arti. προσέχειν, aduertere. & προσεχὴς, adiunctus, seu coherēs. καλλιόπη, ἀθηναίων καὶ τῶν προσεχῶν ὁ στρατός. Est & nauticum uerbum, Polyb. λιλυβαίῳ προσέχειν, appulerunt Lilybæū. ἀνέχειν, eminere. Thucyd. lib. 7. ἐπὶ ταῖς ἀνεχούσαις ἄκραις, in promontorijs excelsis. Sustinere: οὐδεὶς ἀνέχει τὸν λόγον. Et continere: ἀνέχειν σὺν αὐτῷ. Et sustentare: αἱ περιουσίαι τῶν χρημάτων τοὺς πολέμους ἀνέχουσι: pecuniæ copia bella posse tolerari facit. Xenoph. ἑλλην. α. τὴν μὲν οὖν ἡμέραν οὕτως ἀνεῖχον, interdiu ita cōtinebant se. Thucyd. lib. 2. ὁ δὲ προσδεχόμενος τοὺς ἀθηναίους ἐν λόγοις ἀνεῖχεν. Xenoph. autem ἑλλην. 2. lib. ita, πότερον ἐξανδραποδίσαντες τὴν πόλιν βουλόμενοι ἀνέχοιεν περὶ τῶν τειχῶν: utrum delendę ciuitatis cōsilio, urgeant demolitionem murorum. Suidas etiam adducit de Theopompo, ἄνεχέ μοι τὴν χεῖρα, id est, præbe manum mihi: uel, cedo manū, ut Plautus. ἀνέχεσθαι, sustinere est. ἀνοχὴν autē interpretantur tolerantiam. μετέχειν, participem esse. Aristotel. ὥσπερ μέτοικος γάρ ἐστιν ὁ τῶν τιμῶν μὴ μετέχων, Polit. 3. Quasi inquilinus is est, cū quo non communicantur honores. ἑλλην. δ. ἀγαθῶν μὲν γιγνομένων ἡδέως μετέχειν: ut cuperent esse participes bonorum, si quid illorum accidisset. Et μετοχὴ, Grammaticis latinis participium. & μέθεξις, communicatio. & μέτοχος, particeps. πολιτειῶν 7. παρέχειν πράγματα negocium facessere. Et Thucyd. 3. τότε ναυτικὸν ἡμῶν παρεῖχέ τινα φόβον, incutiebat metum. Et, φυλακὴν σφίσι καὶ ἐφόρμησιν παρασχεῖν: custodias locare, & aditum parare. παιδ. δ. μεῖζον δὲ εὐφροσύνης τί παρέχει ἀνθρώποις εὐθυμίας; Quid uerò maiori esse uoluptati potest hominibus, quàm lętitia? ὁ δὲ μαρτυρίαν παρέσχετο, testes produxit, πρὸς τιμόθεον. & μάρτυρας παρέχεσθαι, ibidē. ἄριστον παρέχειν, dare prandium, Polymnia. Item, παρέχειν αὑτὸν εὐπειθῆ, παιδείας β'. præbere se obedientem, seu morigerum. & ἴσον, æquabilem, rursum Xenophon παιδ. β. & Oeconomico, διατριβὴν παρέχειν, moram obijcere. γέλωτα παρέχεις, risum moues. 8. ὡς σὺ ψοφοδεὴς λόγον παρέχοιμι: rumorē excitem; quasi fugiam. Et, παρεῖχε τοῖς ἴωσι πόνον δι' ἡμέρης, toto die labore Ionas occupabat. Et ια. γ'. ὅσπερ φιλότιμα παράσχῃ, qui beneuolentiam præstiterit. Item ὄχλον παρέξω, & ὄχλον παρέξεις, molestiam exhibebis, Oreste & Medea. Et in decreto, in oratione περὶ στεφάνου, ἐπειδὴ δημοσθένης πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρέσχηται τῷ δήμῳ τῶν ἀθηναίων, cum multa & magna commoda conciliarit populo.

populo. Et in eadẽ oratione, ὁ γὰρ τὸ σπέρμα παρασχὼν, οὗτος τῶν φύντων κακῶν αἴτιος: Qui semen suppeditauit, is autor est malorum quæ enata sunt. In Oeconomico, παρέχει ἡ ὕλη πνιγμὸν τῷ σίτῳ, strangulant uel suffocant fruges herbæ. Et apud Polybium, οὐ μὴν πολλὴν ἐνέδραν καὶ δυσχρηστίαν παρεῖχε ῥωμαίοις, multum impedimenti & difficultatis obiecit. παρέχεσθαι ἀσφάλειαν, tutos præstare. Xenoph. κύρου παιδ. δ΄. ποίαν τιν᾿ ἡδονὴν τὸ νικᾶν παρέχει, quæ uoluptas de uictoria percipi soleat. Et, σοὶ ἐάω τοὺς ἄνδρας ἀβλαβεῖς παρέχεται, præstat illæsos. ἀντέχειν, sustinere. Xenoph. ἑλλην. δ΄. οὐκ ἂν ἔτι δυναίμεθα ἡμεῖς τούτων οὕτω γιγνομένων ἀντέχειν: Hęc sustinere nõ possumus, si ita fiat. Item ἀντέχειν κρύει, & ἐπιθυμίαις: non cedere frigori, neq; succumbere cupiditatibus. ἀντέχεσθαι, durare. Demosth. ἐὰν μὲν γὰρ ἀντέχῃ τὰ τῶν ὀλυνθίων, si res Olynthia erit incolumis: id est, si poterunt Olynthij sustinere uim belli. In oratione autem περὶ στεφάνου, παρακελεύσασθαι αὐτοῖς ἀντέχεσθαι τῆς ἑαυτῶν: hortari ipsos, ut patriam suam defendant. ἐπέχειν, adhibere, immittere. Theocr. ὕλας,

ἤδη ὁ κοῦρος ἐπεῖχε ποτῷ πολυχανδέα κρωσσὸν,

applicuerat aquæ urnam. Illud autem ὀδυσσ. φ΄.

ἀντίνοος δ᾿ ἔτ᾿ ἐπεῖχε καὶ εὐρύμαχος θεοειδὴς,

interpretantur bifariam. Antinous εἶχε ἤδη τὸ τόξον, id est ἐπεχείρετο, capiebat iam arcum, & aggrediebatur rem. Quale est hoc in oratione περὶ στεφάνου, τὴν μέν τοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἣ νῦν ἐπέχει, χαλεπὴν καὶ δεινήν. Se dicit fortunã, quæ omnes mortales urgeat, arbitrari esse difficilem & grauem. Vel ἐπεῖχεν αὐτὸν ἢ καὶ σὺ ἄλλος, id est cohibebat. Quale est hoc in oratione περὶ στεφάνου, νῦν δὲ τότε γ᾿ ἐξαίφνης ἐπέσχον αὐτὸν ἐκεῖνοι, subitò illum represserũt. unde & ἐποχὴ τῶν σκεπτικῶν. Qui & ἐφεκτικοί, & ἐπισχεσίην μύθου, ὀδυσσ. φ΄. interpretãtur πρόφασιν. Et ὀδυσσ. ρ΄.

— ἐπεὶ οὔ τις ἐπίσχεσις, οὐδ᾿ ἐλεητὺς
ἀλλοτρίων χαρίσασθαι. —

Negat Antinous, procos cunctari, aut tangi misericordia in largiendis alienis. Pindarus autem, ἔπεχε σκοπῷ τόξον, dirige, seu intende in signum. Sed in priore significatione etiam utitur uerbo, ὀδυσσ. χ΄. quanquam ibi τμῆσις est,

— ἐπὶ δ᾿ αὐτῷ πάντες ἔχωμεν
ἀθρόοι. —

Ita & Herod. Calliopa, ἐπεῖχον οὖν τι τεγεάτας, & ἐπεῖχον κορινθίοις: tendebant contra Tegeatas, seu illos adoriebantur. Item ante, præpositione repetita, ἐπεῖχέ τι ἐπὶ λακεδαιμονίοις, tendebat in Lacedæmonios, seu urgebat Lacedęmonios. ὀδυσ. autem π΄. ἐπέχε τι οἶνον ἐρυθρὸν, præbuit. περιέχειν, circũdare, cingere, ambire. Demosth. πρὸς καλλικλέα, ὄρους δὲ περιέχοντος κύκλῳ τοῖς χωρίοις, cum fundus undique monte cingatur. Hinc τὸ περιέχον dixere, terras ambiens cœlum, seu terras circundantem aerem. περιέχεσθαι etiam significat ἀντέχεσθαι, & uendicare, Herodoto κλειοῖ, γευσάμενοι γὰρ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν περιέξονται, οὐδ᾿ ἀπωσθήσονται: amplectentur illa, neq; poterunt repelli. Et Thalia, περίανδρος περιεχόμενος τοῦ νεηνίεω. Continere, seu abstinere. Polymn. οὕτω ὦν καταλογίης πέρι τῆς ἐν Δημαράτου, ἐόντος ἐμοὶ ξείνου περιέχεσθαί τινα κελεύω: Itaq; iubeo, ut aliquis se contineat, ne maledicat hospiti meo. περιοχὴν interpretantur etiam fortunam, seu statum. Et significat uocabulum comprehẽsionem, id est summam: ut περιοχὴ primi libri Aeneidos, id est argumentum. ἀμφὶς ἔχουσι, id est, distinent columnæ Atlantis cœlũ & terrã, ὀδυσσ. α΄. ἀπέχειν, ἀπολαμβάνειν, & distare. ἑλλην. γ΄. ἣ ἀπέχει ἀπὸ σάρδεων τριῶν ἡμερῶν, quæ Sardibus distat tridui. sicut διέχειν, Thucyd. lib. 8. διέχει δὲ ὀλίγον ταύτῃ ἡ σάμος τῆς ἠπείρου πρὸς τὴν μυκάλην. ἀπέχεσθαι autem, abstinere. ut ἀνέχου καὶ ἀπέχου, perfer & obdura. ἀποχὴν autem iuriscõsulti dixere recepti debiti confessionẽ, seu testationem. Polyb. lib. 1. τοσοῦτον ἀπέχον τοῦ ῥέπειν ταῖς γνώμαις ἐπὶ τὸ ποιεῖν τι τῶν λεγομένων, ὥστ᾿ οὐδ᾿ ἀκούοντες ὑπομένειν ἐδύναντο τὸ βάρος τῶν ἐπιταγμάτων: Tantum aberat, ut flecterentur animis ad ea facienda, quæ imperabantur, ut ne audire quidem sustinerent grauitatem illorum. ὑπέχειν est supponere, id est, tenere aliquid inferius, ad excipiendum quod indatur. Et offerre, atq; subministrare notat. ιλ. autem ι. ὑποσχὼν θηλείας ἵππους; summissis equabus. Sed ιλ. β΄. ὑπέσχετο καὶ κατένευσε, id est, promisit & annuit. Et postea,

— ἔτε ψεῦδος ὑπόσχεσις εἴ καὶ οὐκί.

Hoc dicitur usitate ὑπισχνοῦμαι, policeor, promitto. Est & δίκην, & λόγον, pœnam

ſuſtinere, rationem reddere. Demoſth. κατὰ κόνωνος, τίνα οὖν οὗτος ἀξίαν τῶν πεπραγμένων ὑπόσχοι δίκην; Quam dignam pœnam hic, eorum quæ perpetrauit, perſoluerit? Plato Charmide, βουλόμενος μὴ αὐτὸς ὑπέχειν λόγον τοῦ ὑπορρήσεως, cũ ipſe non uellet reddere rationem dicti. Et αἰτίαν ὑπέχειν, ſuſtinere crimen. ὑπερέχειν, excellere. ὑπερέχων ὀφρύας ὤμους. ut Gregor. ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ὑπερέχει πάντα νοῦν καὶ κατάληψιν, excedit pax Dei omnem intelligentiæ comprehenſionem. Et ὑπεροχή, excellentia. & etiã ὑπερβολή, & ὑπείροχος Homero, excellens. Et eidem ſol ὑπερέχεθε γαίης, de terra emicuit. ιλ. uerò ί.

— μάλα γάρ ἕθεν εὐρύοπα Ζεὺς
χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε. —

Protegi Ilium dicit manu Iouis. Hinc eſt & illa in ſcolis ſemper uariè iactata ἐντελέχεια. Nam ἐνδελεχὴς, ſeu ἐντελεχὴς (idem eſt enim uerbum duplici ſcriptura) uidetur omnino, ut νωλεχὴς, ἀπὸ τοῦ ἔχειν duci. Habet autem ſignificationem perennitatis & fluxus. Proprium etiam manuum eſt ἁρπάζειν, rapere. & hinc ἁρπαγμὸς, & ἁρπαγὴ, rapina. & ἅρπαξ, rapax. & Plautinum uerbum, harpagare. Item κλέπτειν, furari. & clepere, Plautinũ. Hoc uerbum transfertur ad occultationes, et dolos, & deceptiones, atq; fallacias, ut diximus, explicantes Homericum uerſum ιλ. ά.

μηδ᾽ οὕτως ἀγαθός περ ἐὼν θεοείκελ᾽ ἀχιλλεῦ
κλέπτε νόῳ. —

Sophoc. Aiace, εἰ δ᾽ ὑποβαλλόμενοι κλέπτουσι μύθους οἱ μεγάλοι βασιλεῖς, ſi falſos rumores occultè ſpargunt. Et Antigona, ἢ θεοῖσι κλέπτομαι, fallor à dijs. Et Herodotus compoſito uerbo uſus eſt κλεωί, φυλακὴν ἔχων ὅκως δυναίμην ὑπὸ τῆς ἐμῆς σε ζόης διακλέψαι: curã gerens, ut poſsim te in mea uita morti ſuffurari. Hinc κλέμματα, de dolis. Virgilius, Furta paro belli. In oratione περὶ στεφάνου, κλέμμα φιλίππου, fraus Philippi. Thucyd. lib. ε. καὶ τὰ κλέμματα ταῦτα καλλίστην δόξαν ἔχει, ἃ τὸν πολέμιον μάλιστ᾽ ἄν τις ἀπατήσας τοὺς φίλους μέγιστ᾽ ἂν ὠφελήσειεν: Hæc furta in primis laudantur, quibus fruſtratus aliquis hoſtem, maximam utilitatem conciliauerit ſuis. In genere fœminino eſt κλέπτειρα, ſicut ψάλτρια. Gregorius Nazanz. μὴ γίνεσθαι κλέπτειραι δι᾽ ἄλλης ἡδονῆς, ne ſuffuremini libidinis ſeruitium. Eſt & κλώψ, & φὼρ, fur. & uerbum κλωπεύειν, ac κλωποστεύειν, furari. & res κλωπεία, furtũ. Et φωρᾶν, quærere, deprehendere. & ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ, manifeſtò. Eſt & πλέκειν, nectere manuũ. στεφανοπλόκος. & ad fraudes trãsfertur. δολοπλόκος. Et in uerſu puerbiali, δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς αἰγύπτιοι. Et πολυπλόκοιο νοῦς. et πλεκτάναι polypi. & πλόκος, de quo dictum. & πλόκαμον, plexum. & συμπλοκὴ, conflictus. & πιτυοπλόκος, corbium textor. & δολοπλοκίαι, apud Theognidem. & πλέκειν λόγους, Rheſo, perplexè loquẽs, id eſt fraudulentè. Et Andromacha, μηχανὴ πεπλεγμένη, ſtructa fraus. Sed finiamus tandem tractatum hunc manuum: nam ſi quæ applicari huic mentioni poſſent, ea omnia perſequi uellemus, nullus exitus reperiretur operis. Concludamus igitur hæc, quaſi epilogo diſputatiunculæ cuiuſdam de hoc membro. Atq; Anaxagoras quidem Phyſicus, animaduertẽs quanta cum ratione, & quàm ſcitè hoc membrum fabricata natura eſſet, quę et geminas manus attribuiſſet homini, & in diuerſis partibus, id eſt, utroq; latere collocaſſet, & ipſas in digitos inæqualiter ſciſſas mirabili uarietate diſtinxiſſet: pronunciauit, non poſſe ad ullarum rerum effectionem excogitari organum magis affabre, aut accuratius perfectũ. Idcoq; non dubitauit, ut inquit Plutarchus in libello de amore fraterno, ἐν ταῖς χερσὶν τὴν αἰτίαν τίθεσθαι τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας, id eſt, manibus aſcribere ſapientiæ humanæ ortum & cauſam. Sed Plutarcho hoc nõ probatur: qui non quòd manus accepiſſet, ideo hominem ſapientia prǽſtitiſſe putat cǽteris animantibus: uerùm cum eſſet præditus ratione & mente, & hanc illi eximiã uim Deus tribuiſſet, ideo manibus, ut conuenientiſsimo organo, fuiſſe inſtructum. Hanc ſententiam Galenus lib. I. περὶ χρείας μορίων, ad Ariſtotelem refert, his uerbis, οὕτω μὲν σοφώτατον τῶν ζώων ὁ ἄνθρωπος, οὕτω δὲ καὶ χερῶν ὄργανα πρέποντα ζώῳ σοφῷ. οὐ γὰρ ὅτι χεῖρας ἔσχε διὰ τοῦτο σοφώτατον, ὡς ἀναξαγόρας ἔλεγεν, ἀλλ᾽ ὅτι σοφώτατον ἦν διὰ τοῦτο χεῖρας ἔσχεν ὡς ἀριστοτέλης φησὶν, ὀρθότατα γινώσκων· οὐ γὰρ αἱ χεῖρες τὸν ἄνθρωπον ἐδίδαξαν τὰς τέχνας, ἀλλ᾽ ὁ λόγος: Eſt quidem hoc modo ſapientiſsimum animal homo, hoc modo &

do & manus organa sunt, sapienti animali conuenientia. Non enim ideo sapientissimum animal homo, quòd manus illi contigerunt, ut dicebat Anaxagoras: sed quòd esset sapientissimũ animal, ideo manibus instructus fuit, ut rectissimè sentiens Aristoteles ait. Non enim manus hominem artibus instituerunt, sed ratio. Et paulo pòst, καλῶς μὲν οὖν καὶ ἀριστοτέλης, οἷον ὄργανόν τι πρὸ ὀργάνων ἔφασκεν εἶναι τὴν χεῖρα, καλῶς δ᾽ ἄν τις καὶ ὑμῶν ἐκεῖνον μιμησάμενος, οἷον τέχνην τινὰ πρὸ τεχνῶν φάσκειν εἶναι τὸν λόγον: Pręclarè igitur Aristoteles, ut organũ præ organo esse dixit manum. Præclarè etiam aliquis nostrûm, illum imitatus, dixerit esse rationem quasi artẽ præ artibus. Hæc autem elegantissimè differuntur ab Aristotele, libro de Partibus animaliũ ultimo: quæ quia nolẽtibus assumere, cùm ipsa, tum conuersionẽ in latinum eorum in promtu esse sciebamus, ideo ascriptionis labore supersedimus. Ita nunc igitur ad ea quæ restant, post longam sane euagationem, exequenda pergamus.

Pollux exposuit hoc loco quædam cõposita uocabula cum nomine ἄκρον. Huiusmodi igitur & nos quædam referamus, in his etiam quasi exaggerantes expositionem illius. ἀκρωνυχία est, quam diximus. ἀκρονυχία autẽ, tempus primæ noctis, quod & ἀκρονύκτιον. Et ἀκρόνυχοι, ac ἀκρόνυκτοι, stellæ orientes cum prima nocte: ut πλειάδες in autumno. Dicitur & alia forma ἀκρόνυξ, ἀκρὰ χεὶρ, ἀκροχειρίζεσθαι, & alia huius formę suprà commemorata sunt. Similiter & ἀκροκώλια. Fines & extima digitorum in manibus ac pedibus, sunt ἀκρὰ, & ἀκρότατα. πὸς ἄκρος, pes extremus. Hi sunt calces. ἀκρώρεια uerò est montium fastigium: ut ὑπώρεια, latus: & πρέμνα, radices. Dictum & ἀκρωλένιον, & ἀκρώμιον. Sed ἀκρόδρυα sunt arborum omnis generis fructus. ἀκροθίνια autem, primitię, quę & ἀκρόλεια dixere. Hę sunt in pace frugum, aut alterius copiæ oblatæ hominibus, in qua agnoscitur beneficium diuinum. In bello ab hostibus solebant offerre & consecrare aliquid diuis. Has manubias dixerunt. Apud Euripidem Phœnissis, Chorus ait se traiecisse Tyrium pelagus: ἀκροθίνια λοξίᾳ, φοινίσσας ἐκ νάσου φοίβῳ. Et mox, φοίβῳ μ᾽ ἔπεμψαν φῦλον δ᾽ ἀκροθίνιον.

Dicunt enim, se ex omnibus uirginibus Tyrijs, capta urbe, à posteritate Agenoris delectas fuisse, quæ mitterẽtur Apollini, futuræ ἱερόδουλοι, id est, ancillæ templi Delphici. Apud eundem poetã esse participium ἀκροθινιαζόμενοι, refert Pollux: id oblationis & dedicationis significationem scilicet habebit. ἀκροφύσιον autem, folliũ extremitas. Et ἀκροτελεύτιον, uersus finis. ut apud Thucydidem lib. 2. καί τι καὶ πυθικὸν μαντεῖον ἀκροτελεύτιον τοιόνδε διεκώλυε λέγον, ὡς τὸ πελασγικὸν ἀργὸν ἄμεινον. Finis etiam uersus cuiusdam ex oraculo Delphico prohibebat, talis, asserens, quod præstaret, esse Pelasgicũ inane. Apud Plautum mulierculæ nomen est Acroteleutium. Significat tamen & initiũ uersus, τὸ ἄκρον. unde ἀκροστιχὶς, quæ est primarum de uersibus literarũ complexio. De Diuinat. lib. 2. Tum uerò ea quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis uersus literis aliquid cõnectitur: ut in quibusdam Ennianis, quæ Ennius fecit. ἄκρος autem significat et summum, ac præstantem. ut ἄκρον ἰατρὸν ἄκρωνα, & ὡς ἄκρον ἐλελακὼς σοφίας: excellentem medicum, & præstans sapientia. ἀκρωτήρια sunt & promontoria, & signa fanis imposita, Vitruuio lib. 3. quædam quasi bases horum super epistyliorum simis. Et extremæ corporis partes: ut Thucyd libro 2. καὶ εἴ τις ἐκ τῶν μεγίστων περιγένοιτο τῶν γε ἀκρωτηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ ἐπεσήμαινε. κατέσκηπτε γὰρ καὶ ἐς αἰδοῖα, καὶ ἐς ἄκρας χεῖρας καὶ πόδας: Quod si quis maxima uitaret, impendebat huic correptio extremarum corporis partium. nam & uerenda impetebat malum, & extremas manus ac pedes. ἀκρωτηριάσαι est truncare. quo uerbo & de nauibus usus est Xenophon ἑλληνικῶν β´. & ἀκρωτήρια νεῶν dixit β´. ἄκρηβος, prima pubertate. Theocr. βουκολιασταὶ καὶ νύμφαν ἄκρηβος ἐὼν ἔτι, παῖδε ξανθώ. Sed hæc iamdudum ab instituto opere aberrant. Sequitur ergo pectus, hac distinctione, ut Pollux retulit. A ceruice & collo totus truncus θώραξ, usque ad coxas. Apud Platonem est κύτος θώρακος, uas quoddam thoracis. Etymologi deducunt ἀπὸ τοῦ τὸ θοῶν ἠγουῦ τὸ διανοητικὸν ὁρῶν, τουτέστι φυλάττειν: id est, quod includat diuinã partem mentis. Hos Stoicos fuisse

cos fuisse apparet, qui in corde collocarunt τὸ ἡγεμονικόν. Fides igitur huius rei penes illos esto. Hoc etiam nomē est & uestis huius partis, & armaturæ. Et θωράκιον nominarunt in summo malo nauis, & in munitionibus turrium. Apud Homerum est λινοθώρηξ Aiax filius Oilei, & apud Sophoclem Telamonius χαλκοθώραξ: ille qui lineo, hic qui æreo thorace uteretur. Et ιλ. δ'. sunt μὲν ἀνδρῶν χαλκεοθωρήκων. λινοῦς θώρακας, cùm alibi, tum in Apollinis Grynæo luco cōspici, scripsit Pausanias Atticis, non ad prælia, sed uenationes idoneos: nam refringi in ijs leonum & pardorum quoq; dētes. Ibidem & fabricam exposuit Sauromaticorum thoracum de ungulis equinis, qui essent φολιδωτοί: ut dracones, aut fructus pinus. θωρήσσεσθαι, armari.

θωρῆξαί σε κέλευσε καρηκομόωντας Ἀχαιούς.

ιλ. β'. & repleri uino, ac inebriari. Annotatum tamē est, inueniri θωρήσσεσθαι, quod repleri significet, scriptū ὀμικρῷ & ἰῶτα. Sed Theognis ita cecinit,

θωρηχθεὶς δ' ἔσεαι πολλὸν ἐλαφρότερος.
Potus eris multo lætior ac leuior.

& alibi,

— δείδοικα δὲ μή τι μάταιον
ἔρξω θωρηχθεὶς καὶ μέγ' ὄνειδος ἔχω.
— Vereor ne turpibus ausis
Ebrius accersam dedecus ipse mihi.

Hippocrates Aphorismis, λιμὸν θώρηξις λύει, id est, meracior potus. Idem, ὁμοίως καὶ τῶν θωρησσομένων καὶ τῶν ὑδροποτεόντων: tam qui uino replētur, quàm qui aquam bibunt. Qui autem hilares esse uolūt in potu, bibunt meracius, seu plenius uinum. ἀκροθώρακες sunt ἀκρομέθυσοι, qui incipiunt inebriari. Aristot Problem. β'. οἱ σφόδρα μεθύοντες οὐ παραινοῦσιν, ἀλλ' οἱ ἀκροθώρακες μάλιστα: Non debachantur prorsus iam ebrij, sed incalescentes potu. Is est & ἀκροχάλιξ. nam χάλικα & χάλιν Attici merum nominarūt, quòd resoluat animum & membra, & laxet curās. Et χαλίκρητον λαρὸν μέθυ, in primo Argonauticorum, merum, & dulce uinū: quod paulo pòst ζωρὸν μέθυ dixit. In quarto uerò, de ueste donata Iasoni ab Hypsipyla, quam diuinum odorem spirasse ait,

— ἐξ οὗ ἄναξ αὐτὸς Νυσήιος ἐγκατέλεκτο
ἀκροχάλιξ οἴνῳ καὶ νέκταρι. —
— Ex quo tempore Bacbus in illa
Repletus uino & requieuit nectare. —

Eadem corporis pars & ὄλμος, & γύαλον uocatur. ὄλμος autem & pilam culinariam significat, & poculi est nomen. γύαλος uerò cauum notat. ut θωρήκων γύαλοι. ιλ. ό.

— πυκινὸς δέ οἱ ἤρκεσε θώρηξ
τόν ῥ' ἐφόρει γυάλοισιν ἀρηρότα. —

Et ιλ. ν'. de Oenomao, & de Phorcyne. ιλ. ρ'.

ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον. —

Pandarus etiam ιλ. ε'. Diomedem uulnerat sagitta,

καὶ βάλ' ἐπαΐσσοντα τυχὼν κατὰ δεξιὸν ὦμον
θώρηκος γύαλον. —

Has thoracas descripsit Pausan. in Phocicis, ita ut similes fuisse uideantur armaturæ nostrati, cuius una pars pectus & aluum munit, altera tegit dorsum: itaq; hæc aduerso, illa auerso corpori applicatur. Verba sunt Pausaniæ, δύο ἦν χαλκᾶ ποιήματα, τὸ μὲν στέρνῳ καὶ τοῖς ἀμφὶ τὴν γαστέρα ἁρμόζον, τὸ δὲ ὡς νώτου σκέπην εἶν. γύαλα ἐκαλοῦντο, τὸ μὲν ἔμπροσθεν, τὸ δὲ ὄπισθεν προσῆγον, ἔπειτα περόναις συνῆπτον πρὸς ἄλληλα. Homero etiam sunt ιλ. τ'. θώρηκες κραται γύαλοι, id est firmi. Sed quidam docent, fuisse duo genera thoracum: unum ἁλυσιδωτῶν, id est consertorum fibulis, ut illa lorica Virgiliana, conserta hamis: & σταδιαῖον, qui & στάδιος, longum ac rectum. ut Apollon. γ. περὶ μὲν στήθεσσιν ἕσσο θώρηκα στάδιον. Et γύαλον est κοίλωμα, ut interpretatur Eustathius: ut πέτρας γύαλον. Et γυαλὸν λίθον dixere, distinguentes quidam accentu, nimirum eum qui manu comprehenderetur. unde ἐγγυαλίξαι, conciliare, & tribuere, quod quasi manu teneatur. ἐκ τοῦ θώρακος est & θωρακίσαι, munire se thorace. ἱστορίας ζώων ζ'. ὗς ἄγριοι πρὸς ἀλλήλους ποιοῦνται μάχας θαυμαστάς, θωρακίζοντες ἑαυτούς, καὶ ποιοῦντες τὸ δέρμα ὡς παχύτατον, ἐκ παρασκευῆς πρὸς τὰ δένδρα διατρίβοντες. Apud d. Paulum autem legimus, θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης. θώραξ fortasse lorica sit Latinis. Plinius de Ichneumone: Mox ubi pluribus se eodem modo corijs loricauit, in dimicationem pergit. Aristoteles lib. 9. fecit, πηλῷ καταπλάσας ἑαυτόν. De apris uerò Plinius ita: Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutoq; se tergorantes, Loricam autē uolunt esse à loris.

Apud

Apud Ciceronem est diloricare, diuidere. Hippocrati θώραξ significat thoracem, seu pectus. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, ὅσοι σειόμενοι ὥσπερ ἐν τῇσι ὁδοιπορίῃσι, καὶ ἔμπυοι γίνονται, ὅταν ἐς τὸν θώρακα ῥέῃ, καὶ φθισιῶντες: Ita dum carnes concutiuntur, ut in itineribus, defluēte humore in pectus, cùm purulēti fiunt, tum tabe corripiuntur. Sub iugulis, ubi κλεῖδες sunt, in corpore aduerso nominatur στῆθος, id est pectus. Hinc ἀκροστήθιον, pectus summum. & ἐντοστήθια, quæ interius sunt. Et προστηθίδια in equis, quibus armi teguntur. & στηθόδεσμα, fasciæ pectoris. & στήθιον ac στηθίδιον, pectusculum. Et medium huius partis, ueluti sulcus ille pectoris, στηθώνιον est apud Pollucem. Qua se pectus aperit infra mām as, ubi intus sedes esse iracundiæ creditur, στέρνον dixere, id est sinum. Apud Aristotelem tamē est στῆθος διαφυὲς μαστοῖς, id est, pectus distinctum mammis duabus. Et Ιλ. ι. στῆθος μεταμάζιον. Agamemnoni autem Ιλ. κ'. in maxima animi perturbatione

— κραδίη δέ μοι ἔξω
στηθέων ἐκθρῴσκει, τρομέει δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα.
— Cor extra
Pectus abit saliens, omnes tremor occupat artus.

Et in Captiuis, indignatur seruus Tindarus sussultare cor, cum ipse uix astet præ formidine. A' sinu est uerbum insinuo, quasi per angusta loca occultè intromitto. Liuius lib. 9. Intrandæ primæ angustiæ sunt: & aut eadem, qua te insinuaueris, retrò uia repetenda: aut si ire porrò pergas, per alium saltum arctiorem impeditioremq́ue euadendum. Plautus Cistell. Obsecro, quo is homo insinuauit pacto se ad te? Et rhetorum ἔφοδος, insinuatio dicitur, exordium, quā se insinuat in animos iudicū orator, non concedente causa, ut principio aperto utatur. Et Cicero dicit, Zenonem in antiquam se philosophiam insinuasse, id est, occultè in illam inuasisse. In sinu, occultationem notat. In sinu gaudere. Et in Verrina 3. Optatum negocium sibi in sinum esse delatū dicebat. Sed στέρνον fit compositum ita fermè. εὔστερνος, firmo et bono pectore. εὐρύστερνος, lato pectore. Et Hesiodo, γαῖ' εὐρύστερνος, terra sinuosa. περιστερνίζεσθαι, amplecti. & περιστερνίδια, in equis, pectoralia, quæ & προστηθίδια, περίστερνα, pectus ambientia. στερνόμαντιν Pollux à Sophocle nominari ait τὸν ἐγγαστρίμυθον. Idem στερνοῦχον χθόνα dixit, sinuosam tellurem. διὰ στέρνων ἔχειν, meminisse, & animatum esse. Antigona,

οὕτω γάρ, ὦ παῖ, χρὴ διὰ στέρνων ἔχειν.
Nam sic oportet, nate mi, sentire te.

Qua forma sunt crebrò usi Græci: ut διὰ χειρὸς ἔχειν, in manu habere: id est præferre, aut tractare. δι' ὀργῆς ἔχειν, ut diximus. Et διὰ γλώσσης, καὶ ἀνὰ στόμα ἔχειν, Andromacha, in ore habere, & sermone uersare. Homero etiam κῆρ, pectus notat. ut Ιλ. π'.

μὲν ὁ στιπάλαιο πατροκλῆος λάσιον κῆρ.

In pectore sunt μαζοί, & μαστοί, & μασθοί quoq́ue. Grammatici quidam, homines belli, ἐτυμολογοῦντες, nomina hæc discreuerunt. Placet enim illis, μαστὸν esse muliebrem, μαστὸν nimirum γάλακτος: μασθὸν autem uirilē, διὰ τὸ μὴ ἐσθίεσθαι: hinc enim certè lac pueri non sugunt. Sed concedamus hos illis lusus: atq́ue hunc etiam, μαστὸς esse ἀπὸ τῆς μαστύος, quæ ζήτησιν notet, quia infantes in illis quærant lac. Certè μαστεύειν quærere significat. Et ἐπιμάστιον ἀλήτην, Odyss. υ. interpretantur petacem & molestum mendicum. Homerus in uiro nominat, Ιλ. δ'.

νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον.

De muliere, Ιλ. ω.

ἕκτωρ τε θνητός τε γυναικά τε θήσατο μαζόν.

μαστοί, quia in corpore extāt, de locis eminentioribus etiam uerbo usi fuerunt. Et apud Xenophont. μαστὸς iugū significat. & poculi hoc est nomē apud Athenæū. Et rursum apud Xenophontem, in plagis aliquid ita nominatur, τὰ μὲν φθόϊδας ἐχίτω μαστός. Latinis sunt mammę, & diminuta uoce mammillæ: & ubera, quæ grecè οὔθατα. De ouibus, Odyss. ι. οὔθατα γὰρ σφαραγεῦντο, id est, ubera distendebantur. De equis, Herodotus μελπομένῃ, τὰς φλέβας τε πίμπλασθαι φυσωμένας τῆς ἵππου, καὶ τὸ οὖθαρ κατίεσθαι: & uenas equæ impleri de inflatione, & uber demitti. De solo quoq́ue: ut,

Terra antiqua, potens armis, atq́ue ubere glebæ.

Et Homero, οὖθαρ ἀρούρης. Hinc est ubertas. nam & uber trium generum, est in significatione fœcunditatis. Maro coniunxit utrunq́ue de equa, lib. 11.

Armentalis equæ mammis, & lacte ferino

Nutribat, teneris inuergens ubera labris.

Mammæ sunt & τιτθαὶ, & τιτθοὶ, & τιτθία: quæ etiam alicubi à Teutonibus sic appellantur, propriè mulierũ. Aristoph. ἐξ ᾆτα τῶν τιτθίων ἐξέπεσον τοί σοι. Hinc & τίτθαι, nutrices dictæ, quę mammam infantibus præbent sugendã. Catullo autem nutrices etiam papillæ sunt. Sic enim ille inquit de Nereidibus,

Nutricum tenus extantes de gurgite uasto.

ὑποτίτθιον παιδίον, & ὑπομάζιον, puer lactens, id est ὑπομαστίδιον, seu ὑπομάζιδιον βρέφος, ἢ παιδίον. Et ὀρθοτίτθιος, uirgo, cuius hæc pars nondum labefactata est. θηλαὶ, papulæ sunt, & papillæ. ut Aeneid. 11.

— Et manibus iam tangeret æquis,
Læua aciem ferri, dextra neruoq; papillam.

Atq; est θηλὴ, secundum Platonem, ὅτι τιθηνεῖσθαι ποιεῖ, id est, quòd incrementum procuret. Hinc est θηλάζειν, & ὑπέχειν τὴν θηλὴν. Et Eurip. Androm. μαστὸν ἐπέχων. Et Ιλ. χ'.

— εἴ ποτέ σοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον.

Et paulo antè, ἑτέρηφι δὲ μαζὸν ἀνέσχε, altera manu exeruit mammam. Latinè dixerunt, lac, seu mammam præbere, & lactare. θηλάζεσθαι, lac sugere. Hi sunt lactentes, οἱ θηλαζόμενοι. ἄθηλος πῶλος, ex Simonide memoratur, uberum appetens, & cupiens sugere.

ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὣς ἅμα τρέχει.

Lac, quòd eliciatur, γάλα dicitur, ab antiquo uerbo lacio: unde cõposita, elicio, illicio. & frequentatiuum lacto: unde delecto, oblecto. Sed de his fortasse alibi plura. Papillarum quasi areolam & nigellum ambitum, φῶς dixere, ut ait Pollux. Sub hoc lactis quasi sedimentum, ὑπόγαμον. Quo uerò hoc quasi inundãs uelut utre continetur, κόλπος est, & ἄσκωμα. κόλπον etiam sinũ interpretamur, Ιλ. ζ. παῖδ' ἐπὶ κόλπον ἔχουσα. Et Ιλ. χ'. κόλπον ἀνιεμένη, sinum aperiens. Et βαθύκολποι, amplo sinu mulieres. Ιλ. ς'. Δαρδανίδας βαθυκόλπους. Eandem partẽ & gremium dici, quibusdam placet. Et gremium ac sinum Cicero sæpe coniungit, & in uiro quoque nominat. Sed uerius esse puto, gremium significare uterum intra femora. Est autem gremiũ quasi geremium, à gerendo. Et κολποῦσθαι, sinuari, ut uela solent. Theocr. εὐρώπη,

κολπώθη δ' ὤμοισι πέπλος βαθὺς Εὐρώπειας,
ἱστίον οἷά τε νηὸς, ἐλαφρίζοντο δὲ κούρην.

Eobanus Hessus ita,

— Qui per longa pependit
Ex humero tremulo sinuata est flamine uestis,
Non secus ac leuibus uolitantia uela carinis,
Sic ut & Europen quadam tenus ipsa leuaret.

Item κόλπος, sinus maris. Ιλ. β'. Βαθεῖαν κατὰ κόλπον ἔχουσαι. Puellæ ἀνακμάζειν dicuntur, cum mãmæ fratrant, id est, primùm tument: hæc enim significatio uerbi est, secundum Festum. Etsi Pollux, ut suprà retulimus, ex Aristophane aliter interpretatur. Galenus περὶ χρείας μορίων ς'. inquit, τὸ ὑπὸ τῶν πλευρῶν ἀφοριζόμενον ἑκατέρωθεν, πρόσω μὲν ἄχρι τοῦ στέρνου τε καὶ τῶν φρενῶν ἐξικνούμενον, ὀπίσω δ' ἄχρι τὴν ῥάχιν κατακαμπτόμενον, ἅπαν τοῦτο τὸ κύτος ἔθος τοῖς ἰατροῖς ἐστὶν ὀνομάζειν θώρακα: Quod costis utrinq; definitur, aduerso quidẽ in corpore pertingẽs ad pectus & præcordia, in auerso autem ad spinam recurrens. Hoc totum cauum, medici thoracẽ nominare cõsueuerunt. Pectus autem Plinius scribit esse latum hominis, aliorum animalium carinatum, id est ὀξὺ, ut maximè in gallinis apparet. A' pectore antiquum uerbum expectorare, id est, è pectore eijcere. Tum pauor sapientiam omnẽ mihi exanimato expectorat. Mammas autem in genere humano & mares habent. Sed & alijs animalibus in hoc sexu mammę existunt, quibus illæ in pectore sunt: ut elephanto, & equo. nisi si quod degenerat ad corporis materni similitudinẽ. id quod & in equis accidere annotauit Aristoteles, qui quandam Pharsalicam reddentẽ semper similem fœtum patri, ideo scripsit δικαίαν, id est æquam, fuisse appellatam. Locus autem Aristotelis, quem hoc intellectu Galenus indicauit, est in quarto περὶ ζώων μορίων. Hæ σάρκα habent μανὴν, id est pressam: & in uiris πυκνὴν, id est densam: in mulieribus ὑγρὰν, id est mollem: & πόρων μεστὴν, id est foraminosam. τοῖς πιλητοῖς ὑποθέμασιν ὁμοίαν, ἀδενώδη, ut ait Galenus περὶ χρείας μορίων ζ'. Hæc erit similis pileorum, & glandulosa. In corpore autem fœminino magis tumescunt: etsi in uirili quoq; humidiore, in quibus & lac interdum colligitur. Sed cur nõ accidat hoc in omnibus uirilis sexus, ut fœminini, corporibus, προβληματικῶς quæri solet, neq;

let, neque est difficilis explicatio. A mamma est mammosa.

Non annosa, non mammosa, nō bilosa, non procax.

Plauto etiam est amica mammeata: & unimammia, facta per iocum, in Curculione. Varro autem lib. 2. uuam dixit bumammam τὴν βούμασθον. μαστρύζειν etiam ἀπὸ τῶν μαστῶν deductū putant, de quo suprà. Herodoti ἑξατῇ legitur, ἐπεὰν ἀποθάνῃ βασιλεὺς λακεδαιμονίων, ἐκ πάσης δεῖ λακεδαίμονος χωρὶς σπαρτιητέων, ἀριθμῷ τῶν περιοίκων ἀναγκαστοὺς ἐς τὸ κῆδος ἰέναι: Mortuo rege Lacedęmoniorum, coguntur prosequi funus aperto pectore, totius Lacedæmoniæ regionis certi numeri incolę, exceptis Spartiatis. Aliam enim interpretationem non reperio. De lacte autem, & hinc ductis nominibus, & colostra, quam προφαλίδα uolunt esse, alio loco, si, quod animo concepimus, licebit opera studij nostri exequi, differemus. Addamus igitur quasi colophonē huic parti. Aristoteles ait, propter pectoris amplitudinē homines habere illo in loco mammas: quadrupedes, ὅτι στενὸν ἐστὶ τὸ μόριον, id est, quòd coactior hæc pars illis sit, ibi mammas non habere. Facit autem præcipuū usum harum, τὸ σκεπάζεσθαί τι περὶ τὴν καρδίαν, id est, ut habeat exterius cor integumentum, atque hac de causa mammas esse tributas hominibus, quarū in mulieribus sit secundarius quidam usus, ut sint quasi penus alimenti nascentiū. παρακέχρηται καὶ πρὸς ἕτερον, inquit, ἔργον ἡ φύσις, ὅπερ φαμὲν αὐτὴν πολλάκις ποιεῖν. ἀποτίθεται γὰρ ἐνταῦθα τοῖς γεννωμένοις τροφήν. Et in 4. περὶ μορίων, ὁ μαστὸς ὑποδοχὴ καὶ οἷον ἀγγεῖον ἐστὶ τοῦ γάλακτος: est conceptaculum, & quasi uas lactis. Hęc Galenus ἐξειργάσατο, ut alia plurima: atque nonnihil etiam correxit, cum præcipuum opus hoc esse uoluit mammarum, ut reciperent lac deriuatum ad se per cor, & à corde, ramis uenarum & arteriarum: ideoque rependere has cordi gratiam istam, ut incalescentes ab ipso, uicissim ipsum calefaciant: sicut quę extrinsecus super corpus inducūtur, ea θερμανθέντα ὑπ᾽ αὐτοῦ μικρὸν ὕστερον ἀντιθερμαίνει. Idem Aristoteles, ut Pollux annotauit, non in pectore, sed prope hoc mammas habere elephantem scripsit. Verba sunt Aristot. in lib. 4. περὶ μορίων, ὁ δ᾽ ἐλέφας δύο μόνον ἔχει, τούτους δὲ ὑπὸ ταῖς μασχάλαις τῶν ἐμπροσθίων σκελῶν. Plinius ita, Elephas tantum sub armis duas, nec in pectore, sed citra, occultas. Pollux ex Chrysippo addit, habere hominem mammas in pectore, & ex quadrupedib. elephantum, ex uolucribus uespertilionē. Mamma autem πεποιημένον esse puto, de sono sugentiū. A Polluce nominatur & προκάρδιον, illud sub pectore depressū, molle, & carnosum, iuxta os uentris. Subiectum cartilagini pectoris, quod est os enatum de pectore, & desinens in hoc extremū, & nomen habet ξιφοειδὲς, quasi dicas ensiculatum. Hic finis est, ut Galenus inquit lib. 6. περὶ χρείας μορίων, pectoris, quemadmodum initium iugula. Insuper in Polluce hæc leguntur: Sub pectore depressum, à quibusdam σφαγὴ, à quibusdam ἀντικάρδιον, quasi pro corde, uocatur. Sub eo uerò iam, quod ὑποκάρδιον, id est infra cor, est χόνδρος, et ibi mox ὑποχόνδρια: quæ quoniam costis subijciuntur, ὑποπλευρίδια etiam appellata fuerunt. Charisius ὑποχόνδρια præcordia interpretatur, falsò: sunt enim φρένες præcordia. Atque hinc iam costæ nominantur, id est πλευραὶ, quę sunt octonæ includentes dorsum, maioresque, ac minores. Harum maiores γνήσιαι, id est germanę, minores νόθαι appellātur, quod uocabulum latinam interpretationem non habet. Sed ad cratem etiam pectoris costæ pertinent, quas numerarunt uniuersas duodenas. Scribitque Galenus ἀνατετμημένων ἐγχειρήσεων ἕν. inter mille non unum inueniri, in quo natura hunc numerum non seruarit. Pollux autem cum Aristotele, & hunc interpretāte, ut uidetur, Plinio, sensisse uidetur, costarum appellatione uenire ossa, seu cratem laterum. ut Ouidius lib. 12. Metamor.

Quæ laterum cratem perrupit. —

quam etiam spinæ cratem appellauit, de fame,

— Pendere putares
Pectus, & à spinæ tantummodo crate teneri.

Maro autem 12.

Transadigit costas & crates pectoris ense.

Hæ sunt costæ septē, in pectore coeuntes, ubi propriè στέρνον nominatur, & prima reliquarum quinque. Idque Pollux alio loco sanè declarasse uidetur, ubi præfa-

rus, alias costas maiores γνησίας, alias minores νόθας uocari, quæ sub pectore sint. De dorso, inquit, suprema costa maxima uidetur: in obliquo autem corpore, mediæ. Suntque ossa laterum, σπάθαι: eæque his latiora, πλάτη, quasi remos dicamus: eæque inter se concretæ sunt. Angustæ autem uocantur κτένια, quasi palmulas dicas: & adiunguntur spinæ. Atque primæ duæ ἀντίστροφοι, id est, sibi respondentes, nominãtur. Postque has duæ στερεαὶ, id est solidæ: duæque ultra has, στερνίτιδες, id est pectorales. Sed quæ in cartilaginem desinunt duę, παράσειροι, ueluti adiuges. Deinceps autem sunt quatuor nothæ, molles: quæ quatenus ab ijs quæ Galenus & Hippocrates exposuerũt, dissentiant, facilè fuerit unicuiuis cernere. Nam hoc definitum & planũ est, septem esse πλευρὰς, ut in Hippocrate legitur, in libro de partibus corporis humani. Idemque ἐν τῷ περὶ ἄρθρων, ad singulos ait singulas spondylos adiungi. τὰς κεφαλὰς ῥεπούσας εἰς τὸ ἄσω μᾶλλον, ἢ εἰς τὸ ἔξω: id est, capitibus illorum in spondylos magis tendentibus, quàm extra illos prominentibus. Atque infra illas quinque non γνησίας. Itemque, quòd septem de spondylis eius quod μετάφρενον nominatur, exeũtes, in pectus, & quinque aliæ ad διάφραγμα desinant, id est τελευτῶσι, ut Galenus ait περὶ χρείας ζ´. Gręcis etiam sunt σπάθαι, quasi gladios, uel remos potius dicas. Quinque illas breues, appellari Celsus ῥοὰς ait, & abdomini inhærescere. περὶ δὲ τῶν λιγύων τῶν καλουμένων ἑπταπλεύρων, negat Aristoteles, se adhuc quicquam ex ullo fide digno audijsse. Pausanias scripsit, Protophanis Magnesij costas fuisse perpetuũ os, non distinctas, ut in alijs corporibus. Locus est in Atticis, quem & ascribendum putaui: μάγνησι τοῖς ἐπὶ ληθαίῳ πρωτοφάνης τῶν ἀστῶν ἀνείλετο ἐν ὀλυμπίᾳ νίκας ἡμέρᾳ μιᾷ παγκρατίου καὶ πάλης. τούτου λῃσταὶ κερδανεῖν ποτὶ δοκοῦντες ἐσῆλθον ἐς τὸν τάφον. ἐπὶ δὲ τοῖς λῃσταῖς ἐσῆλθον ἤδη θεασόμενοι τὸν νεκρόν, τὰς πλευρὰς οὐκ ἔχοντα διεστώσας, ἀλλ' οἱ συμφυὲς ἦν ὅλον ἀπ' ὤμων ἐς τὰς ἐλαχίστας πλευρὰς καλουμένας δὲ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν νόθας: Magnetibus, qui Lethæum accolunt, Protophanes ciuitatis illius obtinuit palmas Olympiacas uno die pancratij & luctæ. Huius sepulchrum spe lucri intrauerunt prædones, & postea etiam alij, ac conspicati fuere cadauer, habens costas non disiunctas, sed cõcretum quiddam, quantum ab humeris ad minimas costas pertinet, quæ uocantur à medicis nothæ. Sed ad appellationes reuertamur: neque enim ἀνατομικὰ scribere, neque historiam componere instituimus. πλευραὶ igit̃ sunt costæ. & πλευρὸν, latus. Sed & πλευραὶ, ac πλευρὰ, simili significatione usurpantur. πλευρὰς autem, seu πλευρὸν, latus dixere in homine. Latini dextram partem, & sinistrã, utrinque lunatam, ut Celsus ait. Secundum has etiam dextra & sinistra nominantur sicut superiora & inferiora, à uertice ad calcem, & aduersa, ac auersa, quę sunt δεξιὰ, ἀριστερὰ, ἄνω, κάτω. τὰ ἔμπροσθεν, ὀπίσθια. Aristoteli ἱστορίας α. sunt mulieres εὔπλευροι, id est firmis lateribus. In Trachinijs, de coniugij coniunctione dicitur, πλευροῖσι τοῖς ἐμοῖς, ὁμοῦ κλιθεῖσαν αὐτὴν, applicatam illam lateri meo. Geometris etiam πλευρὰ est in ipsorum figuris, ἀσύμμετρος illa quidem τῇ διαμέτρῳ, quæ per χῶμα ducitur. Hinc illa sunt, τρίγωνον ἰσόπλευρον, æqualium laterum. τετράπλευρον, figura quatuor laterum. μεσόπλευρα autẽ, & μεσοπλεύριοι μῦες, nominantur à situ. & ὑποζωκὸς τὰς πλευρὰς ἤτοι ὑμὴν ἢ χιτὼν, nihil enim referre Galenus ait, est ὑπόζωμα. Et hinc πλευρῖτις νόσος, laterum morbus. & πλευρὼν in Aetolia. A' Polluce hæc referuntur: Laterũ morbus, πλευρῖτις uocatur: sicut artuum, ἀρθρῖτις: & renum, νεφρῖτις. Subter alas uero nominantur πλευρὰ, id est latera. Ossa autem πλευραὶ, eę sunt costæ. In medio μεσόπλευρα, & μεσοπλεύρια sunt. ἑπτάπλευροι uerò ligures uel sunt, uel uocantur. & figura triquetra quędã, ἰσόπλευρος. παραπλευρίδια uerò, arma, quibus latera equorum muniuntur. Extremæ costæ uertebris dorsi inhærent, infixæ cauis illarum obliquis. Duodenę hæ sunt uniuersæ, quarum quædam in pectore committuntur, quædam cis thoracem desinunt, per sese ipsæ excurrentes. Infra has nominatur os quoddam χάτη, & ibidem λαγών, ac ζώνη. unde uerbum ζώννυσθαι, cingi. & ζῶμα, ac διάζωμα, cingulũ, cinctus. & διαζώννυσθαι, cingi, seu præcingi. Et ζώνη, balteus, quo munitur pars illa corporis. ζωστὴρ etiam nominatur. At

Anaxan-

Anaxandrides Comicus, περιζώστραν dixit: ὡς δὲ παχεῖαν τὴν περιζώστραν ἔχει; quàm densum uerò habet cingulū. Romanis est fascia. Hæc ferè Pollux. διάζωμα autem Aristoteles ac ὀσφυῒ cōiunxit: cum quidem διάζωμα, quod & ὑπόζωμα nominat, dicat esse eas quæ appellent φρένας. Hæc sunt præcordia, in 4. περὶ μορίων. Itemq́ ὑποζώματα, nauiū firmas trabes, continētes molem illam. Ita Plato in decimo Rerumpub. ait, εἶναι τὸ φῶς ξυνδεσμὸν οὐρανοῦ, οἷον τὰ ὑποζώματα τῶν τριήρων: loquens, ut uidetur, de lacteo circulo. Sed & διάζωμα interpretantur temonē, quod & περίζωμα uocarunt. Et nominauit διάζωμα, in extructionibus theatricis Vitruuius. ζώνη autem cingulum notat, ut dictum est, & cinctum. Idem & ζωστήρ. Ιλ. λ'.

Ἰφιδάμας δὲ κατὰ ζώνην θώρηκος ἔνερθε
νύξ', ἐπὶ δ' αὐτὸς ἔρεισε βαρείῃ χειρὶ πιθήσας,
οὐδ' ἔτορε ζωστῆρα παναίολον. —
Iphidamas thoracem infra, qua cingimur, ictum
Impegit, ualidaq́; manus ui protinus ursit.
Non tamen est ferro transfixus balteus omni
Arte laboratus. —

ζωστὴρ enim certè est simpliciter cingulū, ut Ὀδυσσ. ξ'.

ὣς εἰπὼν, ζωστῆρι θοῶς σύνεργε χιτῶνα.
Sic fatus, properè zona tunicam ille reuinxit.

quem balteum dixere Latini. Ιλ. δ'.

διὰ μὲν ἂρ ζωστῆρος ἐλήλατο πικρὸς ὀϊστός,
καὶ διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου ἠρήρειστο
μίτρης τε. —
Et quidem amariferum telum per balteum abiuit,
Perq́; laboratum thoracem prorsus adactum est,
Vinculaq́;. —

& Ιλ. ε'.

νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ διὰ ζωστῆρος ἔλασσε.

Etsi Maro balteum & bullatum facit, & humeris accommodat. Et ζωστήρ, loci nomen, ubi terra Attica mari includitur, cuius mētio fit ἰσθμὸν. i. & ἐπίπλοον ζωστῆρος. μίτρα autem uinculū est, ut placet Grammaticis, laneū, quasi μιτηρὰ, ἐκ τῶν μίτων, quæ sunt fila. Hoc est Homero etiam ζῶμα circum lumbos, Ιλ. δ'.

ζῶμά τε καὶ μίτρη τὴν χαλκῆες κάμον ἄνδρες.
Cinctusq́; & uincli fabræ labor æreus artis.

Atq; sunt qui huius partis propriè esse μίτραν: & etymologia, alia illa quidem, probare conentur, quòd sit περὶ τὰ ἦτρα ζώνη. Herodoto est capitis tegmē. In Polymnia, de Cissiis, αὐτοὶ δὲ τῶν πίλων μιτροφόροι ἦσαν. Et Maroni,

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

ζώννυσθαι est præcingi, id est armari. ἰδὲ ζώννυσθαι ἀνώγει. & Ιλ. ε'.

νείατον ἐς κενεῶνα ὅθι ζωννύσκετο μίτρην.
Ilia ad infima, ubi nectuntur uincula mitræ.

unde & cognomentum Mineruæ, ζωστηρίας, in eo loco Bœotiæ, ubi illam arma induisse perhibuerūt, dimicaturam aduersus Eubœenses, ut retulit Pausanias. Colebatur & ζωστηρία Minerua apud Locros, teste Stephano: Et illud Ιλ. β'. Ἄρεϊ δὲ ζώνην, interpretātur totā armaturam, uel συνεκδοχικῶς, uel μεταφορικῶς. Sic & in Amphitruone ait Sosia: Cingitur, certè expedit se. Et accingimur ad iter, aut aliam rem aliquam, expediētes nos. Dixerunt & ζῶσμα, sicut ζῶμα. Mulier quidem εὔζωνος, ornata. Vir autem εὔζωνος, expeditus. In Lysistrata iubet mulier senem ξαίνειν συζωσαμένην, id est, præcinctum muliebriter lanam carpere. Vnde in Theogonia Pandoram,

ζῶσε, καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη
ἀργυφέῃ ἐσθῆτι. —
Cinxit, & ornauit nitida dea ueste Minerua.

Suidas τὴν ὑπὸ ζώνην memorat, dignitatis, ut uidetur, militaris homines. Hinc ἐκζῶσαι iubebat imperator milites, quos cum ignominia mittebat, uel quos exauctorabat ob delictum. Herodianus lib. 2. in oratione Seueri, τοῖς τε περιελαφθεῖσιν ὑμᾶς στρατιώτας ἐκέλευον ἐκζῶσαί τε ὑμᾶς, καὶ ἐκδύσαντας εἴ τινας περίκεινται ἐσθῆτας στρατιωτικὰς γυμνοὺς ἐκπέμπειν. Et paulo post, τάς τε ζώνας, καὶ τὰς ἐσθῆτας, καὶ εἴ τι σύμβολον ἔφερον στρατιωτικὸν ἀφαρπάσαντες, γυμνοὺς ἐξέπεμπον. Et cingitur Vlpiano, qui in numeros militiæ refertur. In procinctum autem testamenta fiebant αὐτοσχεδίως, id est subitò, cum miles simul armaretur. Hinc Ouidius illud transtulit,

Hæc in procinctu carmina facta leges.

Discinctus autem est ἄζωστος.

γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.
Discinctus uicinus adest, cingitq́; propinquus.

Ludunt etiam discincti, id est, curis laxatis. Horatius:

— Discincti ludere, donec
Decoqueretur olus, soluti. —

Et discinctus aut perdam, ut nepos. Succincti autem sunt διεζωσμένοι, ut ministri. iidemq́ præcincti Et Horatio, puer altè cinctus.

cinctus. Et fluxior cinctura, apud Suetonium in Cæsare. Et malè præcinctus, ibidem. ἄρτεμις autem est cognomento λυσιζώνη, cui consecrabant cingula mulieres de primo puerperio. Huius fanum Athenis fuit. Hoc Apollonius 1. Argonaut. indicauit his uersibus,

— ᾧ ἔνι μούνῳ
μίτρην πρῶτον ἔλυσα καὶ ὕστατον.

Ait enim se unicum filium Iasonem peperisse, & semel soluisse cingulum puerperij. Soluit etiam cingulum, qui uirginem ducit. ut de pomo Hippomanis dixit Catull.

Quod zonam soluit diu ligatam.

& ὀδύσσ. λ'.

λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην. —

Et hymno in Venerem,

λῦσε δέ οἱ ζώνην, ἰδὲ εἵματα σιγαλόεντα
ἔκδυε, καὶ κατέθηκεν ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου
ἀγχίσης. —
Tum zonam soluit, preciosumq; exuit omnem
Vestitum, inq; throno argento splendente locauit
Anchises. —

Mulieres autem sunt βαθύζωνοι. Ιλ. ί.

τέκνα δὲ τ' ἄλλοι ἄγουσι βαθυζώνους τε γυναῖκας.

Etsi quidam hoc epithetum barbaricarum esse mulierum uoluerunt. Pindaro tamen ἰσθμίων ε'. sunt βαθύζωνοι κόραι, puellæ elegāter cinctæ. In Phœnissis aūt est,

λιπαρόζωνος ἀελίου θύγατερ σελαναία.
Solis splendore cincti filia Lucina.

Sunt & εὔζωνοι mulieres: & uir εὔζωνος, expeditus, ut diximus. Thucydid. lib. 2. ὁδῷ δὲ τὰ ξυντομώτατα ἐς ἄβδηρον ἐς ἴστρον ἀνὴρ εὔζωνος ἑνδεκαταῖος τελεῖ. In Pelopida autem, ὠχρίαν εὔζωνον καὶ κοῦφον, dixit Plutar. Sophocles autem, ἄνδρ' ἕν' οἰόζωνον, unum absq; comitatu uirū. Quidam acceperunt hoc uerbo significari eum, quem μονόζωνον uocarūt, id est latronem. quomodo usurpatur & in quarto libro Regum, cap. 13. μονόζωνοι μωὰβ ἦλθον ἐν τῇ γῇ, latrunculi Moabitæ uenerunt illuc. Zonæ etiam quasi cingula quædam nominantur in terra spacia inter æquabiles, id est παραλλήλους circulos, & polos. Etiam ζώνη, loci cliuosi in Thracia. Et urbis hoc nomē fuit, regionis, quam olim Cicones tenuere, ut Herodotus scripsit Polymnia. Latini hoc uerbo ut suo usi fuerunt. Plautus Curc. Quasi zona liene cinctus ambulo. Maro,

Quinq; tenent coelum zonæ. —

Et quod suprà retulimus, Quod zonam soluit diu ligatam. A' latere interpretantes græca ausi fuerunt facere quidā, quadrilaterum, & æquilaterum, duplicatione sanè dura. παραπλευρίδια autē de equis Xenophon posuit, παιδείας ζ'. οἱ δὲ ἵπποι προμετωπιδίοις, καὶ προστερνιδίοις, καὶ παραπλευριδίοις χαλκοῖς ὡπλισμένοι ἦσαν. τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα καὶ παραμηρίδια ἦν τοῖς ἀνδράσι. Muniti erant equi armis æneis, quæ & pectora & latera tegerent, eademq; ipsa uirorū femora defendebant. εὔπλευρος, bonis, seu firmis lateribus. ἄπλευρος, breuibus, aut non bonis ac firmis lateribus: sicut εὔφορος, μακρόφορος, ut retulimus suprà ex Galeno. Maroni 7. sunt costæ aheni. Aiax autem pecudes πλευροκοπῶν δίχ' ἀνερρήγνυ. Infra pectus, in corpore aduerso, nominatur uenter, γαστήρ, & communi appellatione κοιλία, id est cauum: & latinè aluus, λαγών. Hinc, Pollux inquit, ducitur προγάστωρ, uentriosus. Idem & γάστρων. nisi hic etiam est γάστρις, qui & γαστρίμαργος, uentri deditus. Aristophanes ὄρνισι,

τί ὦ κακοδαίμων ἠλίθιος καὶ γάστρις εἶ;
Quid tu miser uerò stolidus & uenter es?

Pollux de Platone comico memorat, γαστρίστερος, comparatiuum.

ἔπειτα δ' οὐδείς ἐστ' ἀνὴρ γαστρίστερος.
Dein nemo uentris uitio perditior homo est.

Ventres enim hos dixere. Atq; ita quidam interpretati fuere Terentianū hoc, Pugnos in uentrem ingere, εἰς τὴν γαστέρα. Et adducit Donatus uersum Lucilij,

Viuite lurcones, comedones uiuite uentres.

Et γαστέρας. ut in Epimenidis uersu, de Cretensibus,

κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Ventris uitium est γαστριμαργία, quæ & τενθεία. & hoc laborans, dicitur etiam γαστροβόρος: quasi ille apud Ciceronem, qui tanquā nudus nuces legeret, pecuniam in uentrem abstulit. Iidem & γαστριμαργοῦντες appellātur. In Oeconomico Xenophontis sunt τὰ ἀμφὶ γαστέρα, uentris studium. ἐπεὶ τά γε ἀμφὶ γαστέρα, ἔφη, πάνυ καλῶς, ὦ σώκρατες, ἦλθε πεπαιδευμένη: Nam quod ad uentrem attinet, hac, inquit, in parte uenit illa, mi Socrates, ad me præclarè instituta. Atque ille, nescio quis,

quis, ait τὴν γαστέρα κάκιστον ἦν ὄνειδος. quod & prouerbium est Græcorum, & additur ἀινιγματωδῶς,

ἣ πλείων μὲν ἐλαφροτέρα, κενὴ δὲ βαρείων.

Quomodo enim plenum leuius, & inane grauius? Vlysses autem ait Ὀδυσσ. η.

οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο
ἔπλετο, ἥ τ' ἐκέλευσεν ἑο μνήσασθαι ἀνάγκῃ
καὶ μάλα τειρόμενον, καὶ ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἔχοντα.

Nulla magis tristi est homini res uentre molesta,
Quæ meminisse sui semper iubet, inter & ipsas
Aerumnas, luctusq; graues, animiq; dolores.

Et Ὀδυσσ. ο.

ἀλλ' οὕνεκ' οὐλομένης γαστρὸς κακὰ κήδε' ἔχουσι.

Est homini uenter multorum causa malorum.

Et Ὀδυσσ. ρ.

γαστέρα δ' οὔ πως ἔστιν ἀποκρύψαι μεμαυῖαν
οὐλομένην, ἣ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισι δίδωσι.

Hic famem notat, quam incitatam reprimi, ac dissimulari non posse, & esse ait malorũ causam hominibus. Hanc Maro malesuadam appellat. ἀγάστορας autem interpretantur geminos, quasi ἁμαγάστορας: ut ἄξυλον ὕλην, & ἄλοχον. Iam aliquis etiam, ut Eustathius ait, dixit γαστὴρ ἅδου, de inferorum cauernis. γαστρισμός, à uerbo γαστρίσαι. γαστρίδιον autem comicis deminutum, uentriculus, qui tamen habet significationẽ κοιλίας: ut cordis uentriculus, in 2. de Nat. deor. Tale est & Alcæi fortasse γάστριον: sic enim hunc appellasse Pittacum, Pollux scribit. In Suida legimus, γάστρωνα & φύσκωνα fuisse appellatum Pittacum ab Alcæo, ut obæsum. Id legitur in uerbo ζεφέπτης. ἐγαστρίζετο interpretatur Pollux ἐχορτάζετο, id est pascebatur. Significat autem uerbũ, cibum lautiorem præbere. & γαστρίζεσθαι in conuiuio, repleri cibo. Athen. lib. 4. δεῖ τὸν πρῶτον εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐρχόμενον ἐπὶ δεῖπνον, μὴ γαστρισόμενον εὐθὺς ἐπὶ τὸ συμπόσιον χωρεῖν. Item cibo conciliare: ut apud Lucianum, ἔχρην ὦ Δρόση γαστρίσαι τὸν Δρόμωνα: Obijciendus bolus aliquis erat Dromoni, mea Drose, ut tuus ille esset. Cleon autem apud Aristophanem clamat, ὦ πόλις, ὑφ' οἵων θηρίων γαστρίζομαι: id est, ut interpretantur, cæditur uẽter. In Vespis autem iubetur uenter increpari in saltatione,

στρόβει, παράβαινε, καὶ γάστριζε σεαυτόν.

Age uerte te, procede circũ huc, percute uentrem.

Herodoto est, ἐν γαστρὶ ἔχειν, gestare uterum. Hinc ille iocus negãtis ἐν γαστρὶ ἔχειν, quæ triduo nil gustasset. ἐγγαστρίμαντις, et ἐγγαστρίμυθος, uaticinatrix, quę πύθων postea uocata fuit, ut illa euocatrix animæ Samuelis. Ad hanc formam fecit Hipponax ἐν παρῳδίᾳ, ἐγγαστριμάχαιραν: ita enim quendam Hippomedontem appellat, uorantem οὐ κατὰ κόσμον. Ἰλ. φ. negat Lycaon se esse Hectoris ὁμογάστριον, id est, eadem matre procreatum. Et sunt χειρογάστορες, ac ἐγχειρογάστορες, quos manus alunt, ut diximus, qui & γαστρόχειρες. Et apud Aristophanem ὄρνισι, ἐγγλωττογάστορες, quos lingua pascit. Eidem est γαστὴρ τρυσίβιος, anxiam reddens hominum uitam. γαστρονομίαν autẽ scripsit Archestratus, quasi leges quasdam, & rationẽ uoluptatis cibi & potus: quem pluris fecere quidam, quàm Homerum διὰ τὴν γαστέρα, ὡς οὐ λαμυρώτερον ὄντα, ut ait Athenęus lib. 4. λαμυρὸν autem significationem habet scurrilitatis & leuitatis, & iniurgitationis, ac repletionis. Hinc et θαλάσσας λαμυρὰν dixere, maris gurgites. Eadẽ est γαστρολογία, quasi expositio quædam eorum quæ uentri seruiunt. Ille autem tribunus Cyri, cibum duplicatũ, uno quidem die præberi sibi non uult, nisi & διπλᾶς τὰς γαστέρας accipiat. γαστροκνημία, sura est. γαστρορραφία dicitur ῥαφὴ γαστρὸς τετρωμένης, id est, uulnerati uentris connexio. Reperio & μεσογάστορα & ζωνογάστορα dici, medio uentre incinctum. In Suida legitur, ῥαγὸν significare uentrem: & ῥάγιον, fœtũ. Nomina in naui, γάστρα, τὸ σκάφος. itemq; in uasis. Ὀδυσσ. θ'. γάστρην μὲν τρίποδος πῦρ ἄμφεπε. & Teutonica lingua hoc nomine translato ad eadem utitur. Hinc & ὑπογάστριον & ἐπιγάστριον fit, de quibus paulo post. γάστριον autem & cibi Cretici nomẽ esse tradunt Et γάστρις, qui uermibus infestetur, quorũ nomen est ἕλμινθες. Et γαστρὸς δοῦλοι, qui seruiunt γαστέρι μάργῃ, secundum Irum Homericum. γαστρώδη etiam interpretãtur γάστρωνα, qui nihil nisi uenter esse uideatur. Infra uentrem στάχυς nominatur à Polluce. Huius interpretatio est spica. Sed illud in medio uentre cauum, umbilicus uocatur. Is est ὀμφαλός, et duplici nomine μεσομφάλιον, umbilici medium. Et ibidem γαγγαμὸν, quę est nassa, quòd implectantur ibi nerui, sicut in ea quæ nassa est, &

iam γαγγαμὸν appellatur, inquit Pollux, & à multis σκυλιον. ἀκρομφάλιον, umbilici extremũ: ut ὑπομφάλιον, quod supra umbilicum est. Etiam placentas quasdam appellari μεσομφάλους, Pollux ait. Obstetricis autẽ nomen est ὀμφαλοτόμος, quòd incîdat umbilicos infantum. quo(que) hoc fit, eius nomẽ est ὀμφαλιστήρ. Attici etiam in ficis nominarunt ὀμφαλόν, id est umbilicum, illud in imo medium. Circa umbilicum cutis γραῖα, quòd ibi rugę senectutis sint indices. Aristoteli est ῥίζα γαστρὸς, umbilicus. Et in 2. de Generatione: Vena hæc est, cuius δερματικὸν ἔλυτρον, id est cutis tegmen, ὀμφαλὸς dicitur, inhærens utero, & adducens nutrimentum fœtui. Et in 7. ἱστορίας, ὀμφαλὸν οἷον ἔλυτρον, tanquam inuolucrum esse ait. ὀμφαλοτομίας nomen est in Theæteto, quæ præcipua ars quondam habita fuit obstetricum. proferturq(ue) nomẽ & per υ, ὀμφαλητομία. ὀμφάλη nomen propriũ est, unius ex Herculis uxoribus, fœminæ Lydæ. Solis umbilici, interpretãte Plinio, sunt γνώμονες, id est, normæ metiẽtes umbrã. Hoc enim uerbum trãsfertur ad ea quæ sunt in medio cuiuscunq(ue) rei. Iam peruenimus usq(ue) ad umbilicũ. Erat enim umbilicus, extrema pars libri explicati, implicati uerò media. Et apud Martialem, liber cultus umbilicis. ὀμφαλῶδές quiddam esse, id est umbilicatum, seu ut Gaza, umbilicare. Aristotel. περὶ γενέσεως γ΄. ait, in ea parte membranæ oui, qua illud acumen habet. Et mox nominat σῶλον ὀμφαλῶδη, quiddam umbilici modo tendens per ouum. Latinum nomen ab umbone deducunt, quo nomine clipei medium appelletur. Homero plures sunt ὀμφαλοὶ in clipeo Agamẽnonis, & unus medius. ιλ. λ΄.

ἐν δέ οἱ ὀμφαλοὶ ἦσαν ἐείκοσι κασσιτέροιο
λευκοί, ἐν δὲ μέσοισιν ἔην μέλανος κυάνοιο.

Et apud eundem poetam, ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι, umbilicati clipei. ὀμφαλὸν γῆς, Delphos dixere, id est, in medio orbis terrarum sitos. Fuisse autem hoc saxum elaboratum candidũ, Pausanias refert. Pindarus uerò πυθίων δ΄. & aquilarum fecit mentionem, quæ consecratæ ibi aureæ, & ablatæ fuisse perhibentur, bello quod ἱερὸν dixere. Nam Iouẽ cupidum cognoscendi, quæ pars terrarũ sita esset in medio, emisisse narrant aquilas duas, unam ab ortu, alteram ab occasu, & illas ibi in Delphica regione conuolasse. Et hoc Eurip. in Orest. planè dixit, ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοὶ γᾶς, ut antè retulimus. Sicut & hoc, tradere etymologicos, ita Delphos appellatos, ἀπὸ τῆς θείας ὀμφῆς, id est, diuinis oraculorum responsis. quam esse appellatam ait Eustathius, quasi φάνησαν τὸ ὄν. Quos ἐξομφάλους dixerint, & alia morborum nomina, uolente Christo, alibi commemorabimus. A' pectore ad pubem usq(ue), ἐπιγάστριον nominarũt. Illud est molle totum, cui subest περιτόναιος, & ubi coniunguntur quatuor illi musculi, de quibus & in sexto τῶν μυθόδων mentionem Galenus fecit. Vel distinctius, supra umbilicum est ἐπιγάστριον, infra ὑπογάστριον. Pollux ἐπιγάστριον circum umbilicum nominat, impositum hepati ac lieni: & quicquid infra umbilicum sit usq(ue) ad pubẽ, ὑπογάστριον uocat: idemq(ue) ἦτρον, & ὑπήτριον, quod & ubera significat: nam & ea parte animalia hęc habẽt. Hoc est Latinis sine dubio abdomen, etsi Charisius τὴν λαπάραν esse ait. Et Celsus ita περιτόναιον interpretari uidetur: de quo suo loco, Deo uolẽte, dicetur. Nam & Lucilio sunt thynnia abdomina, & Plinius thynnos abdomine commendari ait: quod certè est ἦτρον, ὑπήτριον, ἐπιγάστριον, ut dicetur. Idem Plinius abdominis etiam mentionẽ in suibus fecit, qui scribit Publium mimographum hoc sumen appellasse. quasi suimen, ut puto. Nam Lucilio & Plauto sumen esse uolunt, quasi sugimen: uel, ut aliјs placet, rumen, quæ appellatio fuit uberum suillorum, id quod & ex Pliniј cap. 37. lib. 11. intelligi potest, ubi dicit, sumen optimum esse, quod fœtus non hauserit. Ab eo quod ἦτρον diximus nominari, ἠτριαῖα τεμάχη Comici fecerunt. Est autem τέμαχος, particula propriè concisorum piscium, & sectarum placentarum. Aristoph. νεφέλαις,

κεστρέων τεμάχη μεγάλων ἀγαθῶν ἠτριαῖα, ὀρνιθείων κιχηλᾶν.

Particulas mugilũ opimas magnorum, & pulpas turdi. Athenęus ex Archestrato uersus hos adducit de Thynnide, quo nomine appellari ait caudas piscium horum:

θερμὰ τ᾽ ἔχειν τεμάχη βάπτειν δριμεῖαν ἐν ἅλμην.

Particulasq; habeas calidas, muriáq; madentes.

Et ex Antiphane,

τῆς τε βελτίστης μεσαῖον θυννίδος Βυζαντίας τέμαχος ἐν τεύτλου λακιστοῖς ἐγκρύπτεται στεγάσμασι.

Præclarißimæq; mediæ Thynnidos Byzantiæ
Particulæ, betæ crepantis implicantur tegmine.

Idem ait, Aeschylum poetam dicere solitum, τὰς αὑτοῦ τραγῳδίας τεμάχη εἶναι τῶν Ὁμήρου μεγάλων δείπνων: suas esse fabulas, particulas de magnis cœnis Homeri. Platoni etiam τεμάχια sunt partes sectionis. Interpres Aristophanis de carnibus non dici τέμαχος ait. in Suida hoc aliter legitur. Casei quidem τόμον dixere: sed & chartæ, quo nomine Latini quoque usi fuere. ut Martialis lib. 1.

Scriptura quanti constet, & tomus uilis.

Fuit autem ἴτριον, seu ἴτρεον (nam utroque modo scriptum reperitur) libum subtile, ut Athenæus scripsit lib. 14. In Acharnensibus,

ἄμυλοι, πλακοῦντες, σησαμοῦντες, ἴτρια.

Et ἠτριαῖον porcæ autumnalis, ex Aristophane memorat Athenæus lib. 9. δέλφακος ὀπωρινῆς ἠτριαῖον. ὑπήτριον aūt Theopompum ὑπογάστριον ait appellasse hoc uersu,

θύννων δὲ λευκῶν σικελικῶν ὑπήτρια.

Atque idem docet tam in nono, quàm septimo libro, ὑπογάστριον ferè piscium nominari, & in primis thynnorum, de porcis & alijs animalib. rarius inueniri. Sed ἦτριον stamen significat, & uelū. In Phædro, ἀλλ᾽ ὦ δαιμόνιε ἴσως καὶ σύ, εἰ ἄρα καὶ σοὶ φαίνεται διεστηκὸς αὐτῶν τὸ ἦτριον, ὥσπερ ἐμοί: stamen dissipatum, seu hians. Subter ὑπογάστριον nominatur κενεών, & utrinque λαγόνες. κενεὼν Aristoteli, ut uidetur, χολὰς est: sic enim inquit, τὸ δὲ κοινὸν ὑποχονδρίου καὶ λαγόνος χολάς. de quo, fauente Christo, alias. Et νηδύς est, aluus, λαγόνες, ilia. νείατον ἐς κενεῶνα, in aluum imam. Phœniss. κάμψας πλευρὰ καὶ νηδὺν τάλας, cum latera flecteret & aluum miser. νηδὺν autem aiunt etymologi factam ἐκ τοῦ νεῖν τοῦ σωρεύειν, quòd in hanc cibus congeratur: sicut ναῦν, in quam merces. nam propriè hoc nomen est τῆς κάτω κοιλίας. Hippocrates περὶ ἀέρων ὑδάτων καὶ τόπων, αἱ γὰρ κοιλίαι ὑγρόταται πασέων κοιλιῶν αἱ κάτω. οὐ γὰρ οἷόν τε νηδὺν ἀναξηραίνεσθαι ἐν τοιαύτῃ χώρῃ, καὶ φύσει, καὶ ὥρης καταστάσει, negat posse aluos Scythicas siccescere. Iurisconsulti Græci alueum fluminis interpretātur νηδὺν, ἢ κοίτην. Significat autem & uterum aluus, ut & νηδύς. Ιλ. ω.

ἐννέα καὶ δέκα μέν μοι ἰῆς ἐκ νηδύος ἦσαν.

Xenophon κενεῶνας & λαγόνας in canib. manifestè distinxit, μήτε ὑγρὰς λίαν, μήτε σκληρὰς λαγόνας, μεταξὺ μεγάλων μηρῶν, ἰσχία στρογγύλα ὄπισθεν σαρκώδη, ἄνωθεν δὲ μὴ συνδεδεμένα, ἔνδοθεν δὲ προσεσταλμένα. τὰ κάτωθεν τῶν κενεώνων λαγαρά, καὶ αὐτοὺς τοὺς κενεῶνας: Neque fluida, neque rigida nimiū ilia, intra femora grandia, coxas teretes, posterioribus partibus carnosas, suprà nequaquam coactas, interius autem substrictiores. Quæ subter aluum sunt, eas partes habebunt laxas, itemque aluum ipsam. Dixit autem aliquis & ὄρους λαγόνας, ea erunt latera montis: & γῆς κενεῶνας, eæ erunt cauernæ, id est, caua terrarum loca. λαγόνες à laxitate sunt dictæ. & λαγαρόν, fluxum significat: ut λαγαροὶ uersus. Sunt & λαπάραι. Herod. ὁρατοῦ, Κλεομένης δὲ παραλαβὼν τὸν σίδηρον, ἄρχετο ἐκ τῶν κνημέων ἑωυτὸν λωβώμενος. ἐπιτάμνων γὰρ κατὰ μῆκος τὰς σάρκας, προέβαινε ἐκ τῶν κνημέων ἐς τοὺς μηρούς, ἐκ δὲ τῶν μηρῶν ἐς τὰ ἰσχία, καὶ τὰς λαπάρας, ἐς ὃ ἐς τὴν γαστέρα ἀπίκετο: Cleomenes uerò arrepto ferro, cœpit à tibijs sese lacerare. nam cōscindens longis uulnerib. carnes à tibijs, sursum uersum ad femora perrexit, deque femoribus ad coxas, & latera, atque uentrem peruenit. Hoc nomen est Ionicum, à laxitate factum. nam λαπαρόν est laxum & molle. περὶ ἀγμῶν, προσκεφάλαιον λίνεον ἢ ἐρίνεον, μὴ σκληρόν, λαπαρόν. Et Homerus est hoc usus ιλ. ξ'.

οὖτα κατὰ λαπάρην, διὰ δ᾽ ἔντερα χαλκὸς ἄφυσσε.

Has Galenus cōment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν, supra λαγόνας collocat, & ait esse medias inter thoracis ossa, & quæ propriè λαγόνες uocentur. Inferius sunt pudenda, & uerenda: & horū τρίχωσις, pubes. unde puberes & impuberes. Hęc gręcè ἥβη dicitur, & ἐπίσειον, & à medicis ἐφήβαιον. Hic est Plinio imus uenter. Sed pudenda sunt αἰδοῖα. Hanc partem κατ᾽ ἐξοχὴν in uiro μόριον, id est membrum: & in fœmina naturam dixere, quæ est φύσις. In 2.

de Diuinat. Visa est in quiete obsignatam habere naturam. In uiro prominet uirga, is est καυλὸς, qua urina de uesica effluit. Quod in hoc pendulũ est, à medicis σῶμα ait uocari Pollux: quod suprà est, quasi infixum uentri, ὑπόσημα, quod est uesicæ collum. Virgæ extremũ, glandis nomẽ habet, is est βάλανος: in cuius medio foramen οὐρήθρα. Et pellis sine nomine, ut ait Aristoteles, quę discissa non coit: ut neq; βλεφαρὶς, neq; γνάθος. Pollux tamẽ πόσθην uocari ait: et in hoc prominens, ἀκροπόσθιον. πόσθη quidẽ penem significat Xenophonti παιδείας ἡ. τὸ δὲ ἐκκινῆσθαι ἀπὸ τῶν βρωμάτων, καὶ τῆς πόσθης τε αὐτοῖς κυνικὸν καὶ θηριῶδες δοκεῖ εἶναι: Affici uerò ciborum studio aut penis, per illis caninum & brutum uidetur esse. Aristophani & πόσθιον est. Dixere & κύσθαρον, quod cauitatis significationẽ habet, & nominatur in fauis, & pineis, & glandibus: indeq; ad hanc partem translatum fuisse nomen apparet. Βάλανος autẽ non solum glandem, sed etiam seram, uel ferrum potius, quod seræ indi soleret, notat. ut σφηξὶ, τὴν βάλανον ἔμβαλλε πάλιν εἰς τὸν μόχλον, iubet enim iterum obserari fores. Clauẽ appellasse uidetur Tibullus, cum de obserata ianua cecinit,

Clauis inest foribus. —

Thucyd. lib. 2. τῶν δὲ Πλαταιέων τις τὰς πύλας ᾗ ἐσῆλθον, καὶ αἵπερ ἦσαν μόναι ἀνεῳγμέναι, ἔκλῃσε στυρακίῳ ἀκοντίου αὐτὶ βαλάνου χρησάμενος: Platæensiũ quispiam portas, qua intrauerant, quæ erant apertæ, eás cl[au]sit, hastili [i]aculo pro claue usus. Similiter latinũ nom[e]n & Plaut. posuit in Mostell. Clauim mihi harunce ædium Laconicam iube efferri intus. Hasce ego ædis occludam hinc foras. qui locus in editis exemplis deprauatus est. Annotauit autem Eustathius ιλ. β'. hæc, ἔστι δὲ καὶ κλεὶς λακωνικὴ κρυπτὸν ὀχεύς τις, καὶ εἶδος δὲ ὑποδήματος, καὶ ὀρχήσεως. καὶ μάστιγξ λακωνικαὶ, καὶ στλεγγίον λακωνικόν. Sanè & κλεῖς ἀπὸ τοῦ κλείεσθαι, & clauis à claudendo ducitur. Sed ut aiebam, clauis Latinis ferè τὴν βαλανάγραν notat. Herod. Thalia, τά τε ἄλλα ἐπιτρέψοντας ἐμοὶ Βαβυλώνια, ἔτι δὲ καὶ τῶν πυλέων τὰς βαλανάγρας. Inquit Zopyrus, fore, sibi ut cùm alia credãt, tum claues portarum. In Dionis tamẽ ῥωμαϊκῶν μέ. seram significat hoc nomen: τὴν τε βαλανάγραν διέκοψαν. τὴν γὰρ κλεῖν ὕπατοι εἶχον, ὥσπερ οὐκ ἐξὸν σφίσι πελέκεσιν αὐτ' αὐτῆς χρῆσθαι: Seram pertuderunt. nam clauem consules seruabant, quasi non possent aliqui pro illa securibus uti. Sed βαλανάγρα est ἀγρεύουσα τὴν βάλανον, id est, uestigans seram, seu pessulum. Sic enim Terẽtius, Pessulum ostio obdo. Et Plautus, Subsilite pessuli. Quod nomen græcam originẽ magis habere crediderim, quàm latinam, à pedibus, ut Sipontinus docuit. Nã πεσσοὶ sunt κύβοι. unde πεσσοὶ, & πεσσάρια, quę in morbis muliebribus indi solent laboranti parti. Et in sedem aluo astricta quæ inseruntur, βάλανοι dicũtur. Hippocrates ἐπιδημιῶν ά. βάλανον προσθεμένη, πολλὰ διῆλθε. Suppositoria nũc uocant. βάλανοι autem & de torquibus reperiuntur. & βάλανος etiam palmæ. βαλανοῦν autem uerbum, obserare, seu oppessulare. Iam & hoc legitur in Suida, βαλανεῖον, id est balneum. Apud Ciceronem sunt & balneæ, & balnearia, appellatum de glandibus: quòd nuclei comederẽtur, & cortices urerẽtur. Hinc est βαλανεὺς, & fœmininũ βαλανίς. Itẽq; βαλανειώτης, & βαλανεύτης, balneator, balneatrix. Sed redeamus ad institutum. In sacris literis ἀκροβυστία est præputium: sic enim appellarunt illam cuticulam τῆς πόσθης. Et ποσθοτομὴ, circuncisio huius. Et Iudæorum hoc est superbum nomen, ut aliarum gentium, τὸ τῆς ἀκροβυστίας. Aristoteles autem ἀκροποσθίαν ait esse κοινὸν τῇ βαλάνῳ, καὶ ἐπὶ τῷ αἰδοίῳ δέρματι: id est, glandem & inuolucrum, illius habere commune nomen ἀκροποσθίαν. Hęc pars in uiris & πέος, mentula, uocatur. Dixere & οὐρὰν, id est penem, & caudam. Caudamq; salacem demeteret ferro. Translatis autẽ plurimis usi fuerunt, inter quę σαύνιον & à Polluce refertur lib. ι. quod nomen Menander posuerit in significatione hastæ. κορύνη etiam in oraculo memoratur,

ἰσοβοῦ γέροντι νέαν ποτιβάλλει κορύνην.

Sed de muliere hic ponitur, cum & de glande reperiatur. κωλῆ est apud Aristophan. νεφέλαις, πυγὴν μικρὰν, κωλῆν μεγάλην. Dixere & κάπρον, & τύλον, id est callum. & κερκίον. Latini mutonẽ. unde mutoniati. Et colem, id est caulem, interpretantes καυλόν. Hoc membrum etiam

αἰσχυνῶν

ἀναγκαῖον dicitur, nimirum ad propagationem generis necessarium. Et genitale, & uirile: pluraliterque genitalia, & uirilia. & in mulieribus muliebria. Sunt eadem & uerenda: haudque scio, an ueretra quoque fuerint appellata in uiris, à uerendo. Sueton. in Tiberio: Excogitauerat autem inter genera cruciatus etiam ut larga meri potione, per fallaciam oneratos, repentè ueretris deligatis fidicularum simul urinæque tormento distenderet. Et αἰδοῖος. Ιλ. β. τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει. Hoc secundũ Galenum μεθόδου θεραπευτικῆς ιβ'. νεῦρόν ἐστι σηραγγῶδες συνιστὰν τὴν ἰδίαν οὐσίαν τοῦ αἰδοίου. id est: Neruus hic est rimosus, qui corpus pudendorũ propriè cõstituit. Fibulam, qua reuinciri solebat hoc membrum, κυνοδέσμιον uocarunt. Et uerbum Latinis infibulare, refibulare. Aiunt & σῦκος significationem huius partis habere: & inde ducunt συκαμορεῖν, subagitare, seu futuere. In Nebulis, γυνὴ δὲ συκαμορευμένη χελώνα. Atque hinc & σιλωὸν deriuant. Latini & iguen uocarunt τὸ αἰδοῖον. Et Homero sunt μήδεα tam consilia, Ιλ. β'.

ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γενοίατο μήδεά τ' ἀνδρῶν.

quàm pudẽda, ut Ὀδυσσ. ζ'. Vlysses frondes carpit,

— ὡς ῥύσαιτο περὶ χροῒ μήδεα φωτός.

Hesiodo sunt μέζεα,

θῆρες δ' ἐφελκυσ' ὄρχεις δ' ὑπὸ μέζε' ἔθεντο.

Testiculi sunt ὄρχεις, & ὀρχίδια, atque horum ueluti aluta ὀσχεὸς, id est scortum, an scrotum? nam serotum non agnosco. Et pendulum hac parte, λακκόπεδον, nimirum flaccidum, quasique fluidum. unde λακκοσχέας Athenienses appellarunt, qui essent scroto laxiore. Scorti autem significationem habet κολεός, ac κουλεός, id est uaginæ. ἕλκετο δ' ἐκ κουλεοῖο μέγα ξίφος. Et Ιλ. γ'.

ἀτρείδης δὲ ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν,
ἥ οἱ πὰρ ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο,
ἀρνῶν ἐκ κεφαλῆς τάμνε τρίχας. —

Ita fit, ut Latini colei habeant breuem et longam syllabam primam. Aristoteli in libro de Gressu animaliũ, sunt quædam κολεόπτερα, quæ suas pennulas quasi uagina recondunt, ut scarabei, & bruci. Sicut & ὁλόπτερα uocat quædam, quæ habent illa obliqua πτίλα, id est membranulas pennarum, ut papiliones. Itemque ἀνέλυτρα, quæ alulas suas non recondunt, ut apes, & muscę. Sed colei & testiculos notant. Hi etiam sunt testes. ut in ioco Plautino: Quicquid ames, ama testibus præsentibus. Et Martialis: Magnis testibus ista res agetur. Græcè δίδυμοι. ὑποδιδυμὶς autem, μόριον ὑποκείμενον κατὰ κεφαλὴν ὄρχεως, Galeno περὶ σπέρματος α'. ἐκ τῶν ὄρχεων est ἐνόρχης, & ἔνορχις, & ἔνορχος. Aristoph. ἱππεῦσι, καὶ ταῦτ' ἐνόρχην. ὄρνισι, κἄρφου ἔνορχιν σφαγιάζειν. Herod. ἐρατοῖ, παῖδάς τε σὺν διαλεκτοὺς ἐκλεγόμενοι ἐξέταμνον, καὶ ἐποίευν ἀντὶ ἐνόρχων εἶν εὐνούχους: Deligentes formosissimos pueros, uirilia illis exciderunt, feceruntque ut essent eunuchi, qui prius testes habuissent. Et τράγος ἐνόρχης, hircus cum testiculis. Et gemma ἐνόρχης. & aquilæ genus, τριόρχης. Apud Aristoph. sunt ὀρχίπεδα. ὄρνισι, μήτ' ὀρχίπεδ' ἕλκειν, μήτ' ὀρύττειν. Itemque ὀρχιπεδίσαι uerbum. ὀρχοτομεῖν, est τὰς ὄρχεις ἐκτέμνειν, id est, testiculos excidere. Et Græci uerbo hoc de equis, qui castrantur, usi fuerunt. Et ὄρχιλος, auis nomen. ἀπὸ δὲ πόσθης, πόσθων fit παρωνύμως. Sed inter eam partem, quæ in Polluce est ὑπόσχημα, id est, inter radicem pudendorum, femina & scrotum, πλιχάδες nominãtur. Hinc ἀμφιπλίσσειν, obire, apud poetas, & ἀμφίπλιξ, undique. Pollux Sophoclem abusum hoc uerbo ait, cum de draconibus posuerit ita, θαιρὸν ἀμφίπλιξ εἰληφότα. & interpretatur περιβεβηκότα, qui undique complexus cardinem obierit: quid enim aliud hinc faciam, non habeo. Ex Strattide autem citat hæc,

— τὰ θυγάτρια
περὶ τὴν λεκάνην ἅπαντα περιπεπλιγμένα.

Filiæ circum uaris peluim uniuersæ cruribus. Nam uaricare & diuaricare, est distẽdere pedes. Aristoph. ἀχαρνεῦσιν, οὐδ' ἂν ἐλαφρῶς ἀπεπλίξατο, haud facilè euasisset. πλὶξ enim, inquit interpres, gressus est. & πλίγματα, saltus. Et apud Homerum Ὀδυσσ. ζ'.

αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσι.

Et cucurrisse præclarè, & commodè ingressas ait esse mulas tollutim. Ait Aristophanis interpres, etiam πλὶξ appellatum fuisse interuallum inter pollicem et medium digitum, hoc nimirum erit dodrantis spacium. Galenus in secundo

commentario εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν, scribit, hoc nomen alios per γ, alios per χ literā exarare. Nominat autem Hippocrates τὸ ἄρθρον τὸ κατὰ τὴν πλιχάδα κελυφωδῆ. κρεμαστῆρες, nerui sunt, qui sustinēt testiculos. ταῦρος est inter pudenda & anum. & λάσταυρος, impudicus. Et apud Athenęum, βρῶμά τι περὶ πολλοῖς λασταυροκάκκαβον καλούμενον: nimirum cibus lautus, & opiparus, & uenereus. quæ Menander appellauit ὑποβινητιῶντα βρώματα, cibos prurientes, & libidinem incendentes. Hinc & Tragicis est ἀταύρωτος ἡ παρθένος, intacta uirgo. Ad hunc per medium scrotum, subter colem, quasi discrimē quoddam illius transit, autore Polluce, τεῖνος, Aristoteli in primo de Natura animalium, & hoc, & planè colis, περὶ γενέσεως δέ. ἀνάγκη οὖν καὶ περὶ θήλεα, καὶ περὶ ἄρρενι εἶν' ὄργανα, περὶ μὲν οὖν ἡ ὑστέρα, περὶ δὲ ὁ περίνεος. Sed hoc loco nominatur à Polluce & ὄρρος, et πρέμνις. Verùm superior in testiculo pars, κεφαλὴ ὄρχεως dicitur: inferior, πυθμὴν, id est fundus: & totū membrum, αἰδοῖα, ut retulimus. ἀπὸ τοῦ ὄρρου duxere uerbum ὀρρωδεῖν, pauere, seu formidare: quoniam ibi sudare soleant metu perciti. In Supplicib. Eurip. ὑπερορρωδοῦσ' ἐμοῦ, id est, de me solicita. Aliqui ὄρρον & μετοπύγιον esse auium perhibent: quod quia tremulum est, ideo metus & trepidationis uerbum inde factum esse placet. Herodotus & α initiale in hoc uerbo fecit, ἐλαοῖ, ὁ μὲν δὴ λέγων τοιαῦτα ἀπεμάχετο ἀρρωδέων μή τι οἱ ἐξ αὐτέων γένηται κακόν. Et ἀρρωδία, formido, apud eundē. δακτύλιος est anus. & πρωκτὸς, podex, ut dicetur. ὀρροπύγιον autem in auibus propriè nominatur, & in Nebulis ponitur de culice, τὰς ἐμπίδας κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν, ἢ κατὰ τοὐρροπύγιον. Sed Aristoteli est μελάνουρος ὀρροπυγόστικτος, id est, notas habet in cauda: sicut & σάργος. In mulieribus est ὑστέρα, uterus. Exterius κτεὶς et ἐπίσειον, Hippocrati est ἐπικτένιον. κτεὶς autem pectinem notat. χίσμα, cunnus. In medio caruncula palpitans, νύμφη, lingua Samiorum. Et quæ Pollux addit, ἐπιδερὶς, μύρτον, κλειτορίς. unde κλειτορίζειν, obscœnum uerbum. Vtrinque carnosæ partes, quasi labra, μυρτοχειλίδες, aut κρημνοὶ, quasi salebræ: aut πτερυγώματα, id est alæ. περὶ στόμια uerò nominantur meatus, quà de testiculis ad cannalem uirgæ semen deriuatur. ἄρθρα apud Herodotum de natura equarum, θηλέας, λέγεται ὑπὸ περσέων, ὡς ἢν ἵππω ταύτης τῶν ἄρθρων ἐπιψαύσας τῇ χειρὶ, ἔχει αὐτὴν κρύψας ἐν τῇσι ἀναξυρίσι. Melpomena, ἐπειδὰν φυσητῆρας λαβόντες ὀστείνους αὐλοῖσι, προσφερεστάτους τούτους ἐσθέντες ἐν τῶν θηλέων ἵππων τὰ ἄρθρα φυσῶσι τοῖς στόμασι. Et χοῖρος, ac χοιρίον, γυναικεῖον αἰδοῖον, Corinthiorum lingua. unde χοιρόθλιψ, in Vespis. Transferuntur huc βυβάλιον, & δελφάκιον, & κῆπος, & alia plurima: quæ conquirere, neque studiū, neque opus fuit. In uiro nominarunt uerpam: unde uerpi, qui sunt Aristophani ψωλοί. Pluto,

οἴμοι δὲ νὴ τὸν οὐρανὸν, καὶ ψωλόν αὐτὸν εἶδ.

Et Auibus, κόκκυ ψωλοὶ πεδίον δέ. Aegyptios ibi significat. ἀχαρνεῦσι uerò Odomantas Thracicam gentem uocat ἀπεψωλημένους. Hoc περιτέμνεσθαι appellauit Herodotus εὐτερπῆ, τὰ αἰδοῖα ἄλλοι μὲν ἐῶσι ὡς ἐγένοντο, πλὴν ὅσοι ἀπὸ τούτων ἔμαθον, αἰγύπτιοι δὲ περιτάμνονται: Pudendis alij naturalem habitum relinquunt: Aegyptij uerò, & qui ab ipsis didicerunt, circunciduntur. In eodem libro scribit, hoc fecisse & Colchos, & Aethiopes, Palæstinosque ipsos fateri se didicisse hoc ab Aegyptijs: falso quidem, cum Hebræi in Aegyptum hunc morem intulerint, non exportauerint. Sed à Colchis ad Thracas etiam uicinos peruenire idem potuit, quem illæ adhuc gentes barbarę obseruant. Fistula est uirgæ, οὐρήθρα. Hac parte mingūt, & meiunt, quod est οὐρεῖν, Hesiodo ὀμιχεῖν:

μηδ' ἄντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν.

Et οὖρον, ac οὔρημα, & διαχώρημα, ac περίττωμα ὑγρὸν, urina, lotium. Et ἀμὶς, id est οὐρητρὶς, matula. Et χρώζονται αἱ ἀμίδες, id est, colorantur matulæ, Aristot. in Problematis. Eidem sunt ζῶα ὀπισθουρητικὰ, quæ urinam reddunt auersam: ut fœminina, & mariū leo, camelus, lynx, cuniculus, id est δασύπους. Eadem οὐραίαν, referente Athenæo ex Aeschylo & Sophocle, cum epitheto significante fœtorem: appellarūt enim κάκοσμον οὐραίαν. οὐρητιάσαι, micturire. Aristoph. Vespis,

ἀμὶς μὲν ἢν οὐρητιάσῃς αὐτοῦ.

Hic matula, mingere fortè si uelis, adest.

Quibus uirilia ademta fuere, ἐκτομίαι appellantur, & eunuchi. Fuerunt enim hi

non

non modò in delicijs Orientis populis, sed fide etiam digni habiti. Disputatio hac de re est in septimo Institutionis Cyri, ubi dicitur & quietũ esse hoc genus, & attentum, & in primis fidele. Sed alij mirifica in Eunuchos conuicia congerunt, interq́ hos Claudianus in Eutropium his etiam uersibus inuehitur,

Adde quòd eunuchus nulla pietate mouetur,
Nec generi natisq́ cauet. —

Hos aliquis & θαλαμηπόλους appellauit, quasi cubicularios dicamus, id quod ferme & εὐνούχου nomine significatur. Verbum est ἐκτέμνειν, & εὐνουχίσαι, castrare. Matth.19. καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Traditum est à Græcis, Gygem regem mulieres castrasse. Athen.lib.12.refert ex antiquissimo scriptore Xãtho, ἀνδραμύττην τῶν Λυδῶν βασιλέα πρῶτον γυναῖκας εὐνουχίσαντα, χρῆσθαι αὐταῖς ἀντὶ ἀνδρῶν εὐνούχων. Xenoph.5. Institutionis Cyri, συλλαβὼν ἐξέτεμε, καὶ νῦν ἔτ' ὢν εὐνοῦχός ἐστι. Et ἐκτομή, castratio. Herod θαλείᾳ, Κερκυραίων παῖδας τριηκοσίους ἀνδρῶν τῶν πρώτων Περίανδρος ὁ Κυψέλου ἐς Σάρδις ἀπέπεμψε παρὰ Ἀλυάττεα ἐπὶ ἐκτομῇ: Corcyræorum pueros primariorum uirorum trecentos Periander Cypseli F. Sardes ad Alyattem misit, ut castrarentur. Et ἐκτομίας παῖδας. Herod. ἐρατοῖ, ὡς σφέων σὺν παῖδας ἐκτομίας ποιήσομεν. βόες ἐκτομίαι, boues castrati, in Problematis Aristot. minora cornua habent. Hippocrati περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων, sunt εὐνουχίαι, illi effœminati Scythę, de quibus paulo pòst, εὐνουχίαι, inquit, γίνονται οἱ πλεῖστοι ἐν σκύθαισι. Iidem & εὐνουχώδεις, Scythæ, ait idem Hipp. εὐνουχωδέστατοι εἰσὶν ἀνθρώπων, id est, maximè similes eunuchis. Aristot. ait lib. 2. de Generatione, καὶ γὰρ ἐκ γενετῆς ὅταν πηρωθῶσιν οἱ τόποι οἱ πρὸς τὴν μίξιν χρήσιμοι, ἄγονοι γίνονται καὶ γυναῖκες, καὶ ἄνδρες, ὥστε τὰς μὲν μὴ ἡβᾶν, τοὺς δὲ μὴ γενειᾶν, ἀλλ' εὐνουχίας διατελεῖν ὄντας: Sunt & mulieres & uiri steriles à primo statim ortu, quod accidit corruptis ijs locis, quæ ad coniunctionem maris & fœminæ requiruntur. Tum mulieres non pubescunt, uiris barba non enascitur, sed perpetua est in illis mollicies. Gaza uertit, Spadones ut sint. Et Plin. sanè lib. 16. cap. 36. spadonem calamum appellauit, quem Theophrastus lib. 4. εὐνουχίαν, modica lanugine, aut omnino nulla. Spadones autem uel à conuulsione, id est, ἐκ τοῦ σπᾶσθαι, quibus testiculi euulsi essent: uel à uico Persico, nomine σπάδα, ubi primùm aliquibus uirilia exemta fuerint, ut legitur in fragmẽtis Stephani de Vrbibus. Spadones autem iurisconsultis & molles sunt, atq; effœminati, et planè ἀπόκοποι, id est, quibus tam necessaria pars corporis penitus absit, ut ædilitio edicto, spadonem non esse, & esse morbosum. Itẽ de liberis & posthumis hæredibus instituendis, spadonem posse posthumum hæredem scribere, Vlpianus refert: quoniã ei rei nec ætas, nec sterilitas impedimento sit: sed si castratus sit, non posse. ubi planè castratus εὐνοῦχον significat. In Institutionibus legitur Caij opinio, quòd & hi, qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possint, castrati autem non possint. quæ ut alia plurima in responsis iurisconſ. memorantur minus disertè. Nam castrare certè significat uirilitatem adimere: ut Mercatore,

Profectò ego illum hircum castrari uolo,
Ruri qui nobis exhibet negocium.

Id enim dicit, uelle caprũ fieri de hirco, exectis testiculis. Sic enim appellarunt quidã hircos castratos. ut Martial. lib. 5.

Dum iugulas hircum, factus es ipse caper.

Sed Maro gregis hunc uirum dixit, id quod καταχρηστικῶς quidam factum uolunt, de quo sanè quæramus diligẽtius. In suibus uerres exectis testiculis maialis, in ouillo genere aries, ueruex, gallus gallinaceus, capus. Varro lib. 3. Mares galli, capi semimares, quòd sint castrati. Sic ex equo, demtis testiculis, fit canterius, appellatus quasi carenterius, quòd semine careat. Varro libro 2. Demtis enim testiculis, fiunt quietiores: & ideo, quòd semine carent, ij canterij appellati: ut in suibus maiales, in gallis gallinaceis capi. Hi sunt τομίαι. Atque uidentur in suillo genere Homero esse σίαλοι, id est saginati: quos cum esitarint proci, non putat Galenus illos iudicium habuisse eorum quæ facilè aut secus concoqui possent. ἀναισθητότεροι πάντων ἦσαν οἱ μνηστῆρες εἰς διάγνωσιν εὐπέπτων τε ἅμα καὶ ἀπέπτων ἐδεσμάτων. In feris χλούνην esse uult τὸν τομίαν, id est μονόρχην, ut Plutar.

αἰτίαις φυσικαῖς, apud Homerũ. Aristot. ἱστορίας ζώων ζ. Sic enim ait, τῶν δ' ἀῤῥένων καὶ ἀγρίων οἱ τομίαι μείζους γίνονται καὶ χαλεπώτεροι, ὥσπερ ὁ ὅμηρος ἐποίησε,

θρέψεν ἐπὶ χλούνην σῦν ἄγριον, οὐδὲ ἐῴκει
θηρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι.

γίνονται δὲ τομίαι διὰ τὸ νέοις οὖσιν ἐμπίπτειν νόσημα κνησμὸν εἰς τοὺς ὄρχεις. εἶτα ξυόμενοι πρὸς τὰ δένδρα, ἐκθλίβουσι τοὺς ὄρχεις. Quę Gaza, ut omnia, præclarè uertit latinè, hoc modo: Mares castrati, maiores ferocioresq́ euadunt, ut scitè Homerus fingit,

Nutrijt exectum syluis horrentibus aprum,
Instar non bruti, sed dorsi montis opaci.

Castrantur, quòd recentibus adhuc morbus pruriens incumbit in testes, quo atterentes eam partem ad arbores, testes extinguunt. Sed si non prorsus sunt deprauata exempla Aristotelica, cuiusmodi libros Homericos ille habuerit, miror. Nam in nostris hæc quæ de granditate apri adducuntur, non legimus: uerùm alibi de Cyclope, Ὀδυσσ. ι.

καὶ γὰρ θαῦμ' ἐτέτυκτο πελώριον, οὐδὲ ἐῴκει
ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι
ὑψηλῶν ὀρέων, ὅτε φαίνεται οἶον ἀπ' ἄλλων.

Monstrum immane, ingens erat, haud homini similis, qui
Fruge alitur, uerùm syluestris uerticis instar
Excelsi montis solus qui se arduus effert.

Apri autem meminit Ιλ. ι.

ὦρσεν δ' ἐπὶ χλούνην σῦν ἄγριον ἀργιόδοντα.

Dianam iratam ait immisisse aprum Calydonijs, ingentē feram, albis dentibus. Atque potest esse hoc μνημονικὸν ἁμάρτημα, ut alia in hoc autore indicauimus, explicantes Ιλ. β'. De his igitur satis. Fuere qui & τόξον ἐξ ἰξάλου αἰγὸς ἀγρίου, Ιλ. δ'. interpretarentur, attritu castrati capricorni. Iurisconsultus σπάδωνας, θλαδίας, & θλιβίας nominat: quorum duo ultima ἀπὸ τοῦ θλάσεως καὶ θλίψεως, id est, à contusione & attritione deducta sunt. Plinius ait, homini testes tantum iniuria, aut sponte naturæ franguntur, idq́ tertium ab hermaphroditis & spadonibus semiuiri genus habent. Hi igitur erunt θλαδίαι, qui & generare posse perhibentur: qualem accepimus fuisse Hermiam, dominum Atarnei, amicum summum Platonis & Aristotelis, à quo & busti honore affectus fuit, scelerata fraude Memnonis Rhodij circumuentus, & missus in Persidem, ibiq́ affixus patibulo. Atque ille θλαδίας ὤν, grauidam uxorem suam fecisse traditur, & ex illa suscepisse Pythiada filiam. Sed illi molles & effœminati Scythæ, quorum suprà facta est mentio, ab Hippocrate ἀνανδριεῖς, si nō sunt mendosa exemplaria, appellantur: quibus ille quidem hoc ait accidere, uena incisa post aures, propter fluxus, quibus ferè infestentur, ipse uocat κέδματα. Hi nominantur ἐνάρεες in Melpomena, & ἀνδρόγυνοι, qui asserant se à Venere habere uaticiniorũ munus. Sed θήλειαν νοῦσον hãc uocat Herod. qua primùm correpti fuerint uiolatores fani Veneris cœlestis apud Ascalonitas, cum illà reuerterentur Scythæ, potiti imperio Asię annis 28. Atq́ ad ipsorum etiam posteritatem hunc morbum propagatum fuisse dicit. Huius generis multa sunt uocabula, quibus illud infamatur, quorum referre quædã placuit. ἶνις, effœminatus, quod suprà memorauimus. Itemq́ ἡμίανδροι, & ἡμιγύναικες, eidē. & ἀπόκοποι, & βάκηλοι, & ἀνδρόγυνοι, & γυνάνδρες, & χλούναι, & ἄττεις, & Asiatica ac Bithyna uoce γάλλοι, ab Atte, qui uersus in furorem, deuoluit ipse acuto sibi pondera silice, ut legitur in Catulli carmine. Fabula etiam 4. Fastorum exposita est, cuius sodalitium quoddam fuit Gallorũ. Hæ gallæ etiam sunt Catullo, οἱ ἐξέτεμον αὑτούς, qui exciderant se, ut Ouidius fecit, quærens,

Cur igitur Galli, qui se excidere, uocentur,
Cum tantum à Phrygia Gallica distet humus?

Atque docet, à fluuio Gallo, cuius aqua pota in rabiem homines uertere soleat, illos nomen habere. Hi ministri fuerunt Rheæ, quam eandem & deam Syriam esse quidam tradiderũt. Βάκηλος autem significat non simpliciter castratum, sed effœminatum & mollem hominem, id est γυναικώδη, & τεθρυμμένον. Itēq́ ἀνόητον, id est uecordē. Lucianus περὶ τοῦ φράδος, κἂν ἔτι τις βάκηλον ἢ ἀνόητον ἴδῃ. Simile probrum est βάταλος, quod Aeschines iacit, defendens se, in Demosthenē. Idem dicitur λοιμὸς τῆς φύσεως, σπίλος πολιτείας, naturæ pestis, ciuitatis labes. ἀμφίβολα πρόσωπα περιφέρων, personas ambiguas gerens. πρᾶγμα νοθευμένον, & apud Catullum, notha mulier. Dicuntur ijdem

ἄθλοι

ἄθηλοι καὶ ἄνανδροι, neque uiri, neque mulieres. σιδηροκατάδικοι, ferro multati. γυναικομανεῖς, & θηλυμανεῖς, mulierosi. Perhibentur enim amatores esse maximi mulierum, ut & Terētiana Pithias ait. Item σαλμακίδης: ut in Enniano uersu, Salmacida spolia, à fonte Salmacidos. Hoc genus Theodosio imperante mirabiliter auctum fuit, studio Eutropij procuratoris Cæsarei: usqueadeò, ut multi barbati paterentur castrari sese, ut fierent Eutropio similes, è quibus non pauci cum testiculis uitam amisere. Transfertur castrationis uerbum & ad alias truncationes, seu mutilationes: ut lingua castrata, arbores castratę. Et Columella iubet caudas canum castrari, & similia. Quam tamen translationem Cicero oratori non concedit, apud quem Crassus ait, nolle se dicere, morte Africani castratā Rempub. Addamus & hoc, Georgium Vallā annotasse, quòd sit eunuchus in adolescentia, spado ætate prouectiore excisus, secundū Aristotelem, cuius quidem rei fides penes ipsum esto. Atque hæc ferme de aduersa trunci parte, id est, quantum intra collū est, & femora, seu coxas, quæ exponeremus, in mente fuerunt. Post quæ uertamus sanè hominē, ut tergum nobis appareat, & auersi etiā trunci usque ad nates uocabula exquiramus. Nominarunt igitur in auerso corpore ὑποτραχήλιον, infra ceruicē, & intra scoptula operta, id est ὠμοπλάτας, quæ pars desinit in μετάφρενον, de quo mox plura. ὑποτραχήλια lib. 3. & in ædificijs Vitruuius nominauit. Hęc ossa lata, de quibus & antè diximus, habent ἀποφύσεις, id est, processus duos, unum sursum uersum, contra summum, κορακοειδῆ dictum: alterum intrò uersum, uocatum ἀγκυροειδῆ, uel σιγμοειδῆ, ut ait Galenus περὶ χρείας μορίων lib. 13. Ibi iuxta ceruicem scapulæ latinè nominantur, & scapilia, & interscapilia. Ceruix autem, ubi cōmittitur cum capite, ibi διάρθρωσις κεφαλῆς à Gręcis nominatur, quæ est iunctura capitis & spinæ. Atque ibi est secundum Homerum ἰνίον. In Polluce talia quædam leguntur: Infra ceruicem est tergum, νῶτον: atque huius gibbera pars, χελώνιον, quasi testudunculam dicas. Vtrinque iuxta ὠμοπλάτας, πτέρυγια nominantur, id est alæ, quę fortasse scapulæ sunt. & inter has interscapilia, μεταυχένια. In horū & dorsi medio μετάφρενον, quod includunt ὠμοπλάται: quarum partes, quæ latiores ad tergum pertinent, dicuntur τράπεζαι, id est mensæ. His subditur ῥάχις, quę ueluti sulco dorsi descendens, media κρίσις, id est, discrimen est: & in medio desinens, ἀντίστερνον, id est, respondens pectori: et infra ῥάχιν ὀσφὺς, usque ad nates. ῥάχιν poetę quidam κλόνιν appellarūt, ut Antimachus, cuius uersus legitur in editis libris Pollucis, mendosus ille quidem exaratus: sed talis quidam, ut opinor,

ὥς ἄν τι κλόνιος τι θορῇς σπονδυλίων δὴ.
Spina labat ceu uertebris cum concita motis.

σπόνδυλοι, id est uertebræ, sunt numero decem & septem, quibus omnis spinæ flexus continetur. Ipsius quidem spinæ duodecim, quos ῥαχίτας nominant: lumborum autem quinque. Quę sub Atlante dicto, quæque supra illum caro est, ἀσφάλεια nominatur, id est firmitas, & λοφεδία, & λοφία. Sub hoc σφόνδυλοι uocātur μασχαλιστῆρες, id est axillares: reliqui πλευρῖται, à costis. Duodecimus uerò nomen habet διαζωστὴρ, id est præcingentis. Lumborum, id est ὀσφύος, appellatio est & πρότμησις: cuius ossa ψασπονδύλια, de uertebrarū insertione dicta. Et primus spondylus νεφρίτης à renibus: extremus ἀσφαλίτης, id est fulciens, & firmans. Medij lumbi ἄκνησις, propriè in brutis quadrupedibus: sed Homerus etiam de homine usus est uocabulo. A' dorso hęc dicuntur. à tergo adoriri in bello, & terga dare. κατὰ νώτου ἐπιγίνεσθαι, & νῶτα δοῦναι. Poetis est νωτίσαι, à tergo relinquere. Et Xenophōti νωτοφόρος, baiulus, tam mulus, quàm asinus. Hos νωτεῖς uocarunt, ut iugales ζυγίους. Aristophanes etiā, qui est μαστιγίας, id est uerbero, νωτοπλῆγα dixit. In dorso existunt aspera quædam septem. Prima duo, post primam spinam dictam, quæ κυνόλοφα uocātur, quasi canina ceruix. Obliqua uerò duo, κόρωνα. Reliqua despiciunt inferius. In spondylis quod extat & inseritur, mas: quod accipit & cauatur, fœmina appellatā. Hos spondylos Arrianus & κύβους, id est cubos, nominauit, hoc uersu,

αὐχὴν δὲ σπονδύλοιο κύβοις ἐπὶ τέτρασιν ἔξυς.

Dicit quadratis ossibus de prima ceruice ortam

ce ortam ſpinam conſtitui. Verùm meatus hotum, quà medulla diffunditur, σωλὴν, id eſt canalis, dicitur, & ſacra fiſtula. Hæc Pollux. Nos, ut antè fecimus, de his aliquid promamus & de noſtra obſeruatione. Eſt igitur tergum, ſeu dorſum, id eſt νῶτον, in corpore auerſo, qua illud quaſi pateſcit & aperitur, ut in aduerſo pectus.

— Magnorum horrentia centum
Terga ſuûm. — &,
Veſcitur Aeneas ſimul & Troiana iuuentus
Perpetuo tergo bouis. —

Hęc enim apponebantur quondam uiris fortibus, honoris cauſa. ιλ. η.

νώτοισιν δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν
ἥρως Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων.
Perpetui Aiacem rex tergi affecit honore
Mactati bouis Atrides princeps Agamemnon.

A' tergo, tergus eſt, corium: ut,
Tergora diripiunt coſtis, & uiſcera nudant.
Corium autem elephanti dixit Plautus in Milite. Græcis eſt σκῦτος, & βύρσα. Virgilius etiam tergum uocauit:
Taurino quantum poſſent circundare tergo.
Hinc quicquid auerſum eſt, tergi nomine ſignificatur: ut à tergo. & quòd Lucretius lib. 2. à tergibus dixit,
— Neq; quicquam à tergibus obſtet.
Tergiuerſari, ὑποστέλλεσθαι. Terga dare & uertere, fugere: in fuga enim terga obuertuntur hoſtibus. Hæc ab Aſſyrio in tertio παιδείας κύρου dicuntur τὰ τυφλὰ τοῦ σώματος, καὶ ἄοπλα, καὶ ἄχειρα: quæ ille ait uolentes uincere, ſi cõtra hoſtes uertant, ſtultos eſſe. Maris eſt etiã dorſum apud Maronem. Et Homero ſunt εὐρέα νῶτα θαλάσσης. νωτίσαι interpretatur Suidas, terga uertere, & abijcere aliquid: ut faciant, qui fugientes uertunt terga. Sed in Phœniſsis eſt de Baccho, κισσὸς ὃν περιστεφὴς ἑλικτὸς εὐθὺς ἔτι βρέφος χλοηφόροισιν ἔρνεσι κατασκίοισιν ὀλβίσας ἐνώτισεν, id eſt, νῶτον περιέλιξε: Quem hedera coronaria implicita ſtatim adhuc infantem, frondentibus ramis umbroſis beatum, à tergo circundedit. In Oedipo uerò tyranno eſt uotum Chori, Ἄρεά τε τὸν μαλερὸν πα λίσσυτον δράμημα νωτίσαι. Martẽ, inquit, fac conuerſum impetum à tergo relinquere, ſeu abijcere: ſic enim interpretantur. Vel eſt νωτίσαι, ἀπὸ τοῦ νωτίζομαι, μίσως, tu repelle Martem auerſo impetu illius à patrię finibus. κατὰ νώτου, à tergo, ſignificationem habet auerſi: ut κατὰ πρόσωπον, aduerſi. νωτεῖς eſſe νωτοφόρους, retulimus ex Polluce. ιλ. λ'. autem eſt aſinus, νωθὴς ᾧ δὴ πολλὰ περὶ ῥόπαλ' ἀμφὶς ἐάγη. Sed hic eſt fortaſſe piger, ut νωθρός, & νωχελής, ἐφεκτικῶς, qui incitari ſe non ſinat: ſicut νώνυμος, νωδὸς, νώδυνος, ſine nomine, edentulus, doloris expers. κατανωτίσαι autem interpretãtur, & dorſo impoſitũ portare, & abijcere quaſi onus. Sed νωτεῖς erũt dorſuarij, ut uocat Varro, id eſt, dorſo portantes onera, non trahentes uehicula, aut plauſtra. ἀπὸ τοῦ νώτου & νωταῖος ducitur: ut μυελὸς νωταῖος, medulla dorſi. Hoc eſt Homero μετάφρενον, ιλ. θ.

μή τις τοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.

Sed μετάφρενον propriè dicitur pars ſubiecta ſcapulis ad medium uſq; tergum, ubi eſt ſeptum tranſuerſum, id eſt, τὸ τῶν φρενῶν διάζωμα. Hæc opponitur τῷ στήθει. atq; ita & Homerus fecit ιλ. ε.

— μεταφρένῳ ἐν δόρυ πῆξεν
ὤμων μεσσηγύς, διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσε.
— In tergo fixerat haſtam
Intra humeros medio, & nitẽs trans pectus adegit.

Ibi eſt in medio ῥάχις: & ſulcus ad lumbos uſq;, ὑπορράχις. Hæc certè eſt ſpina, & Græcis ἄκανθα. Sed Galenus nomina hæc diſtinxit in 12. περὶ χρείας μορίων. Totam enim ſeriem uertebrarum, ῥάχιν nominari ait, & in hac uiginti exteriores proceſſus, quaſi munimẽta quædam, id eſt προβλήματα illarum, ἀκάνθας. Nouem lumborum, & undecim ceruicis. Conſtruitur autem ῥάχις uertebris, id eſt σπονδύλοις uigintiquatuor, tota inquam à capite uſq; ad ſacrum os, per dorſum tranſiens. quaſi τρόπις, id eſt, carina molis illius, ſecundũ Galenum. Hæc igitur conſtruitur uigintiquatuor uertebris, opere camerato, quæ ſtructura firmiſsima putatur. Septem ceruicis ſunt: dorſi medij, id eſt τοῦ μεταφρένου, duodecim, lũborum quinq;. Totus autem truncus à tergo in quatuor partes diuiditur ſeorſum uerſum uſq; ad coxas: in τράχηλον, ceruicẽ: μετάφρενον, dorſum: ὀσφύν, lumbos: ἱερὸν ὀστοῦν, ſacrum os. ῥάχιν uolũt eſſe dictam ab excurrentibus rupibus in mare, quæ ſunt ῥαχίαι, quòd circum illas fluctus colliduntur, id eſt, ὅτι περιρρήγνυται ὁ κλύδων,

καὶ ἡ

καὶ ἡ τῆς θαλάσσης ὁρμή. Thucyd. libro 4. ἐμμαινόμενος περὶ αὐτὴν τὴν ῥαχίαν. Suidas annotauit, Iones ita uocasse τὴν ἄμπωτιν καὶ ἀναχώρησιν τῆς θαλάσσης, id est, maris gurgites & recessum. ῥαχίζειν autē est ingenti plaga concidere. ut in Aiace Sophoc. κύκλῳ ῥαχίζων, & ἔσφαζε κἀῤῥάχιζε: undiq; concidens, & mactauit, & cecidit. Annotatur ab interprete, improbos ingentium damnorum autores, id est, τοὺς μεγάλα κακουργοῦντας, appellari ῥαχιστὰς. Iidem & gloriosi atq; iactabundi sunt. Et prouerbium, ῥαχίας λαλίστερος, loquacior rupe marina, seu scopulo. In Melpomena dixit Herodotus, ῥάχιν ὄρεος. ῥαχίτης autem est μῦς & ῥαχιαῖος, spinæ musculus. Vertebræ sunt σφόνδυλοι, & ψιλῶς σπόνδυλοι. Horum numerum iam retulimus. Hi appellati fuere nomine translato de uertebris, seu uerticulis fusorum, quos & uerticillos dixerunt. Meminit Plato in nono Rerump. σφονδύλου in colo Necessitatis, ἀλληγορουμένου εἰς τὰς ὀκτὼ σφαίρας τοῦ οὐρανοῦ, id est, quo octo orbes cœlestes significantur. εἶναι γὰρ ὥσπερ ἂν εἰ ἐν ἑνὶ μεγάλῳ σφονδύλῳ κοίλῳ καὶ ἐξεγλυμμένῳ διαμπερὲς ἄλλος τοιοῦτος ἐγκέοιτο, ἁρμόττων καθάπερ οἱ κάδοι οἱ εἰς ἀλλήλους ἁρμόττοντες, καὶ οὕτω δὴ τρίτον ἄλλον καὶ τέταρτον, καὶ ἄλλους τέσσαρας, ὀκτὼ γὰρ εἶναι τοὺς ξύμπαντας σφονδύλους ἐν ἀλλήλοις ἐγκειμένους: Esse enim tanquā si in uno magno uertibulo cauo & expolito, penitus inserta uertebra esset altera talis minor, apta, ut apta uascula sunt, quorū unū alteri imponit: talemq; & tertiam & quartam, & alias quatuor. nam esse uniuersa octo uertibula inserta ipsa sibi. Dicūtur & σφονδύλια: ut Ιλ.υ. μυελὸς αὖτε σφονδυλίων ἔκπαλτο, cum caput amputatum fuisset. Est enim certè ἔκπαλτο ἐκ τῶν σφονδυλίων, id est, erupit de uertebris. Atq; hic est μυελὸς διαυχένιος, ut aliàs dicetur, si ocium suppetet. Mediam ῥάχιν Pollux etiam ῥάχιτρον docet appellari, & ῥαχιτρίσαι esse dissecare. πρότμησιν, quam Pollux lumbos interpretatur, alij tradunt umbilicum notare, ἀπὸ τοῦ προτμᾶσθαι, quia hęc pars prima secetur in homine. ἄκνηστις autem quòd de homine dicatur apud Homerum, loco adducto, malè probat Pollux. Nam is uersus est Ὀδυσσ. κ΄. ubi dicitur ingentem ceruum interfectum fuisse ab Vlysse: atque ipse Vlysses factū suū Phæacibus ita narrat,

τὸν δ' ἐγὼ ἐκβαίνοντα κατ' ἄκνηστιν μέσα νῶτα
πλῆξα, τὸ δ' ἀντικρὺ δόρυ χάλκεον ἐξεπέρησεν.
Huius ego tergum medium ascendentis ab amnē
Sic fixi, ut ferrum penitus transiret acutum.

Volunt Grammatici, hinc esse eam partem dictā, quòd destringi aut fricari nisi ab altero non possit. λοφάδιον, & λοφία, & λόφος, significant propriè ceruicem imam, id est, ubi μετάφρενον incipit se demittere, qua parte onera gestātur. Ὀδ.κ΄.

βῆν δὲ κατὰ λοφάδια φέρων ἐπὶ νῆα μέλαιναν.
Hunc ego sublatum ad naues ceruice ferebam.

Hinc est εὐλόφως φέρειν, id est facilè ferre. Et λωφᾶν uerbum hinc etiam deducunt, quod propriè significare aiunt quietem iumentorū, oneribus depositis: & transferri ad remissionem laborum, & quietem. Sophoc. Aiace, ἐπεὶ τότ' ἐπαυσεν τοῦ δὲ λωφήσας φόνου, cum cædis illius finem fecisset. Thucyd. lib. 6. ὅτι νεωστὶ ἀπὸ νόσου μεγάλης καὶ πολέμου βραχύ τι λελωφήκαμεν: paululum acquieuimus, cōflictati cum acerrimo morbo & bello. νόμιζε δ', ἢν ἐκεῖ μέν σοι δρῶντι τοιαῦτα λωφᾷ τι τὸ νόσημα: ac si te exequente ista, morbus quippiam remiserit. Ὀδυσσ. ι.

— κὰδ δέ κ' ἐμὸν κῆρ
λωφήσειε κακῶν τά μοι οὐτιδανὸς πόρεν οὖτις.

Minus dicit se molestè mala ea laturum animo suo, quæ inflixisset nihili ille Nemo. Ιλ.φ΄.

ἀλλ' ὁ δὲ μὲν τάχα λωφήσει, σὺ δὲ ἔσσεαι αὐτὸς.

Hic, inquit, mox desinet, aut quiescet. Quod fertur hac parte, ἄχθος est, id est onus: & qui ferunt baiuli, ἀχθοφόροι, & ἀχθοφοροῦντες. Lucian. Toxari, παραδοὺς ἑαυτὸν τοῖς ἐν τῷ λιμένι ἐμπόροις οὐκ ὀλίγον ἐπιφόρων ἀχθοφορεῖν. Est & φορτίον, ut Demostheni de epistola Philippi, μεῖζον φορτίον ἢ κατ' αὐτὸν ἀράμενον: onus subeuntē, cui uires impares essent. Hæc tamen & in masculino genere φόρτος, sunt quę nauibus apportantur. Et φορτὶς, quæ & φορτηγὸς, oneraria nauis. & φορτίζειν, onerare. In Lucę cap. 11. φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάστακτα. Et ἀποφορτίζεσθαι, exonerare, propriè naues mercibus, ut solent negociatores. unde transfertur ad proditiones, & insidias corruptorum & emtorum pecunia. Antigona,

ἐξημπόλημαι κἀκπεφόρτισμαι πάλαι.
Me uenditum esse sentio olim, & proditum.

φορτικὸν autem, & ἐπαχθὴς, molestum. Aeschin. Falsæ legationis, πολὺς ἦν τοῖς ἐπαίνοις, καὶ ἐπαχθής: Multus erat in laudando, & ineptus. Et φορτικώτερον, stolidius, Demosth. κατὰ τιμοκράτους. Et φορτικὸν εἰπεῖν, molestum dictu. Et ἀχθόμενοι, βαρυνόμενοι, qui grauantur, & grauiter ferunt. Lycurgus, καὶ μή μοι ἀχθεσθῆτε, ὦ ἄνδρες, ὅτι πολλάκις μέμνημαι τῶν ἀνδρῶν τούτων: Ne graui & iniquo animo feratis mentionem tam crebram istorum. Verba sunt, φέρειν, βαστάζειν, ἆραι, ἄρασθαι, ἐνεγκεῖν, κομίσαι, ἀνακουφίσαι: ferre, tollere, portare, gestare, alleuare. Nomina, φόρος, tributū, unde φορολογεῖν. Polyb. πολλὰ μέρη τῆς σικελίας ἐφορολόγουν, partes multas habebant tributarias. Et φορολόγοι, exactores tributi. φορεῖον, lectica, feretrum, ferculum. φορεῖς, portatores. φορὰ est φόρος, Thucyd. lib. 2. καὶ φορὰν φέροντες. Et motus, impetus: ut siderum ἐγκύκλιος φορὰ, & cœlestium orbium, πρώτη καὶ δευτέρα φορὰ, prima & secūda cōuersio: est enim hæc περιφορά. Et φορὰν πολλὴν, Demost. dixit prouentum. ἐκφορὰ, de uasis, & de funeribus. Thucyd. lib. 2. ἐπειδὰν δὲ ἡ ἐκφορὰ ᾖ, λάρνακας κυπαρισσίνας ἄγουσιν ἅμαξαι. Plato autem Lachete ita, οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγος, nulla exibit hinc oratio. Cadunt autem græca numerose in δίμετρον ἰαμβικόν. δύσφορον autem Xenophonti παιδ. ά. τὸ ὑπερβεβλημένως πιμπλᾶσθαι, id est, grauat nimia repletio. ἀποφορὰ, tributum & reiectio, ut est uentorū. φοράδην aduerbiū, raptim. Sed hæc tantum attingere uoluimus, sicut & hæc, τευχοφόρος, armiger. τοξοφόρος, arcitenens. μαχαιροφόρος, ensiger. γραμματοφόρος, tabellarius. πλινθοφόρος αἰγυπτίος, in Auibus Aristoph. lateres aggerēs: & πηλοφόρος, lutum. Et uerba, πλινθοφορεῖν, & πηλοφορεῖν. κωδωνοφορεῖν, tubam circumferre, ut uigiles solebant. λεωφόρος autem est publica uia. σιτοφόροι ἡμίονοι. et σιτοφόροι, ac σκευοφόροι κάμηλοι, frumēta ac uasa portantes, Herod. θαλέας & ἐλαιοῦ. οἰνοφόρον, uas uiniferum. quo nomine & Lucilius usus traditur, hoc uersu,

Vertitur œnophoris fundus, sapientia nobis.

χρυσοφορεῖν, auro ornari. ὁπλοφορεῖν, arma ferre. πηλοφορεῖν, lutum portare, ut diximus: sicut ἀχθοφορεῖν, onera portare, seu baiulare. Est enim & φορεῖν, gerere. Antigona, μὴ νῦν ἓν ἦθος μοῦνον ἐν σαυτῷ φόρει, Ne tu modò unum mentis affectum geras. δυσφορεῖν, & δυσφορεῖσθαι, κύρου παιδ. β'. grauiter, & iniquo animo ferre, ac perturbari. Et δύσφορα, aduersa, grauia, molesta. εὔφορον, leue, ac facile, & fertile. Et εὐφορία, anni atq; agri fertilitas. Et ægroti, id est τοῦ κάμνοντος, cum meliuscule se habet. ἀφορία, sterilitas, cum tellus fruges non fert. Lycurgus, γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν πᾶσαν. ζωηφόρον, uitiferum, & salutare. σπονδοφόροι, libamina circumferentes. τραπεζοφόροι, uirgines in pompis sacrorum, mensas gestantes. μισθοφόροι, mercenarij. quo nomine de conductis militibus multum usi fuerūt. Sed μισθοφορεῖν significat mercede locare operam. In Auibus, ὁ δ' ἀπόλλων ἰᾶσθαι, μισθοφορεῖ δέ. Platonis in Theæteto est, πιθανὸς ἀνὴρ μισθοφόρος ἐν λόγοις. φερμοφόρος autem Protagoras, qui, ut Gellius ait, faceret uecturas corpore: quos Græci βαστάζοντας, Latini baiulos uocant. κοππαφόρον, Lucianus contra ineruditū, qui multos libros sibi pararet, equum uocat insignem litera κ. sicut κοππατίαν tradunt appellatum, qui haberet signum literæ κ, cuius nomen κόππα fuerit. & σαμφόρον, notatos litera σ. hæc enim est Doriensibus σάν. λεωφόρος, uia publica. δορυφόρος, satelles. διάφορα, & ἀδιάφορα, inter quæ differētia est, & non est. & ἀδιάφορα, quę in nullo ponuntur discrimine. Et ἀδιαφορία, & ἀδιαφορεῖν, huius rei nomen ac uerbum. περιφόρητος, à conuersione. & παμφόρος γῆ, fœcundū solum. δενδροφόρος, stirpiū ferax: οἰνοφόρος, uini: καρποφόρος, fructuum. & καρποφορεῖν, fructum afferre. σιδηροφορεῖν, arma gestare. τεττιγοφόροι, prisci fuere Athenięses. χριστοφόρον autem ἄνδρα, diuū Paulum uocat alicubi Athanasius. σύμφορον, conueniens, seu congruum. Theognis, οὔτι σύμφορόν ἐστι γυναῖκα νέα ἀνδρὶ γέροντι. Sed conuiuia συμφορητὰ apud Aristot. γ. πολιτ. sunt ea, quę Athenæus docet uocata fuisse συναγώγιμα, & ἐκ συμβολῶν, id est, quæ plurium impensis instruerētur. συμφορά, casus. ἀφόρητος est intolerabilis. Aeschines falsæ legationis, ἀφόρητον ὄντα καὶ βαρὺν ἄνθρωπον. φέρομεν δὲ καὶ ἀνεχόμεθα, id est, ferimus & perpetimur, seu toleramus aduersa, quæ uitari non possunt. Sed hostes φέρουσι καὶ ἄγουσι,

ἄγουσι, uastãtes omnia loca igne & ferro.

— Rapiunt incensa feruntq́;
Pergama. — & Ἰλ. ε.

— ἀτὰρ οὔτι μοι ἐνθάδε τοῖον
οἷόν κ' ἢ φέροιεν Ἀχαιοὶ ἤ κεν ἄγοιεν.

qua figura prouerbiali sermonis crebrò historici utuntur. Xenophon ἑλλην. γ'. ὁ Δερκυλίδας ἀσφαλῶς φέρων τε καὶ ἄγων τὴν Βιθυνίδα. Et mox, ἦγόν τε καὶ εἶχον τὴν Βιθυνίδα. Et mox, φέρεσθαι γὰρ καὶ ἄγεσθαι ὑπὸ τῶν προσθεν. Et mox, φέροντες τε καὶ ἄγοντες τὴν Ἰωνίαν, καὶ ζῶντες ἐκ τούτου. ὑποφέρειν, subducere. Sic est ὑποφέρεσθαι in libro Aristot. de gressu animantiũ. ὑποίσω tamen interpretantur ὑπομενῶ, id est perferam: & ὑποιστόν, φορητόν, tolerabile. Locus est Aristotelis, ἐπ' ἀμφοτέρας δὲ τὰς μεταβολὰς ταύτας, ἀεὶ μεταβάλλει τὸ κινούμενον ἀπερειδόμενον πρὸς τὸ ὑποκείμενον αὐτῷ, διόπερ ἄν τι ὑποφέρηται θᾶττον, ἢ ὥστε ἔχειν ἀπερείδεσθαι τὸ κινούμενον ἐπ' αὐτοῦ τὴν κίνησιν, κἄν τι ὅλως μηδεμίαν ἔχῃ τοῖς κινουμένοις ἀντέρεισιν, οὐδὲν ἐπ' αὐτοῦ δύναται κινεῖν ἑαυτό: Siue subtrahatur, aut recedat id, quo niti debet commotũ aliquid, ac incitatum citius quàm ut stabiliri illud possit, seu nullum prorsus habeant commota stabilimentum, nihil ibi commouere se potest. Alterius significationis exemplum est in Oeconomico, καὶ εἰσφορὰς σοὶ τοσαύτας ἐπιτάξουσιν ὅσας σὺ οὐ ῥᾳδίως ὑποίσεις, quas sustinere facilè nequeas. Et paulo pòst, εἰς τὸ ῥᾷον ὑποφέρειν τὰ ἐμοὶ ἀναγκαῖα πράγματα, ut onus necessariarum rerum facilius ferre possim. προφέρειν εἰς εὐτυχίαν, Medea, præstare ad felicitatem. Hesiodi autem,

ἠὼς μὲν προφέρει τε ὁδοῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργου.
Proficit & in itinere, & opere faciundo.

προφερὴς dictus est. ἐπιφέρειν τιμωρίαν, poenam infligere. πρόσφορα sunt ξύμφορα, id est utilia. & προσφορὰ, reditus, ac donum. Oedipo Colonæo,

ποίᾳ γὰρ ἡ σὴ προσφορὰ δηλώσεται.
Quó nam quod affers innotescet tempore.

Et προσφέρεσθαι, congredi. ἐπιφέρειν, obĳcere. ἐπίφορος, uehemẽs. ἐπίφορον τὸ ἄνεμον πνεῦμα, uentus secundus. Thucyd. lib. 3. εἰ ἄνεμος ἐπεγένετο τῇ φλογὶ ἐπίφορος ἐς αὐτήν. ἐπιφορὰ, impressio. Polyb. lib. tertio, τὴν μὲν πρώτην ἐπιφορὰν ἐδέξαντο. καταφορὰ autem est percussio, quę fit sublato & impacto ense. Polyb. lib. 2. Celticos enses ait μίαν ἔχειν καταφορὰν καιρίαν, semel tantum ad præsens uulnus infligere. μετὰ δὲ ταῦτα, inquit, ἀποξυροῦνται καμπτόμεναι, id est, incuruantur & deflectũtur. Dicitur & καταφορὰ, depressio: ut ληθάργου καταφορὰ βαθεῖα καὶ δυσανάκλητος, depressio profundi somni, unde excitari ægrotus facilè nequeat. Et καταφέρεται aliquis εἰς ὕπνον, obruitur somno. καταφερὴς, decliuis & præceps: ut τόπος καταφερής. Et φυγὴ Polybio lib. 2. εἰς τὸ τὴν φυγὴν ἐπὶ πολὺ καταφερῆ καὶ κρημνώδη γενέσθαι τοῖς πολεμίοις. Et καταφερὴς, ac κατωφερὴς, leuis, & procliuis ad libidinem. συμφέρει, seu ξυμφέρει, cõducit. Et ξύμφορον, conducibile, ut Plautus. Soph. Oedip. Colon.

— θυμὸς γὰρ κακοῖς οὐ ξύμφορον.
Haud commoda est res iracundia in malis.

Et Lycurgo, νόμος καλὸς καὶ σύμφορος. Et Theognidi, ut retulimus,

οὔτοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι.

Et τὸ συμφέρον, utilitas. ἐκφέρονται mortui. Aristoph. Ranis, μίσθωσαί τινα τῶν ἐκφερομένων, conducito aliquem ex ĳs qui efferuntur. Demosth. ἐκφέρειν δὲ τὸν ἀποθανόντα. ἐκφέρειν παραδείγματα, exempla proponere, Demost. epistola de liberis Lycurgi. Thucyd. autem lib. tertio, ὀργῆς ἐκφερόμενοι, ira incitati. Et Demosth. τὸ δοκεῖν εὖ λέγειν δόξαν ἐκφέρονται, assequuntur, seu auferunt. Et ἐκφέρονται equi ferociores, id est, non patiuntur se contineri. ἔκφορος autem est παράφορος, impos animi. Et ἔκφορα, efferẽda. & ἔκφορος λόγος, paulo antè ex Platone. Theologus contra Eunomianos, μὴ ῥίπτειν εἰς βεβήλους τὰ μὴ ἔκφορα. Et ἐκφορὰ, in columnis proiectura, apud Vitruuium lib. tertio, cap. 3. ἐκφόριον in Oeconomico est προσφορὰ, id est πρόσοδος. αὕτη δὲ τούτων πρώτη καὶ κρατίστη ἡ ἀπὸ τῆς γῆς. αὕτη δ' ἐστὶν, ἣν οἱ μὲν ἐκφόριον, οἱ δὲ δεκάτην προσαγορεύουσι: facultatum præcipuæ & optimæ sunt ex aruis. Hic est ille reditus à quibusdam appellatus, quidam decumam uocant. Apud Grammaticos, σχημάτων in oratione, id est figurarum, sunt nomina, ἐπαναφορὰ, & ἀνθυποφορὰ, de quibus aliàs. λόγος autem προφορικὸς, dictus est. κατὰ νώτου γίγνεσθαι, à tergo se ostendere. Aliĳs etiam de uerbis, quæ portandi habent significationem, pauca dicamus. βαστάζειν igitur, gestare. εὐβάστακτον, facile portatu. δυσβάστακτον,

δυσβάστακτον, difficile portatu. Ioan. 10. ἐβάστασαν οὖν πάλιν λίθους οἱ ἰουδαῖοι, ἵνα λιθάσωσιν αὐτόν: sustulerunt, uel gestabant sublatos lapides. Nam etsi significationis huius, id est tollendi, exempla adducuntur, tamen Atticis tenere & portare, & tenendo, seu tractando expendere, uerbū hoc significat. Antigona,

νεωτέροις τοῦ δ᾽ ἐγὼ βαστάζειν προὔθετο.

Hæc exequenda iunioribus dato.

Vnde & ἀντὶ τοῦ δοκιμάσαι, positum βαστάσαι reperitur, quod est explorare & perpendere. Βάσταγμα etiam πόλεως, apud Suidam, pōdus & moles. ἆραι & ἄρασθαι, est tollere. Horum thema est αἴρω, & αἴρεσθαι. Antigona,

ἦμεν δ᾽ ἑτοῖμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν.

Ferrum parati ignitum eramus tollere.

Et uerbale ἄρσις: ut apud Musicos, ἄρσις καὶ θέσις. Apud Polybiū est, νίκην αἴρεται, id est, obtinet uictoriam, seu uictoria potitur. αἴρεται autem & qui commouetur. In Rheso, κἂν μὲν αἴρωνται φυγῇ, si commoti fuerint ad fugā. Paulo antè autem, αἴρεσθαι φυγὴν μέλλουσι, est, suscepturi sunt fugam. αἴρειν significat admouere, id est προσαίρειν. q̄d nihil aliud est quàm προσφέρειν. ut,

αἶρ᾽ αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κάνθαρε.

id est, affer ac præbe. εἰρήνη Aristophan. Hoc est Homero ἀείρειν, Ionicè. ιλ. ζ´.

μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα πότνια μήτηρ.

Aiace, αἶρ᾽ αὐτὸν αἶρε δεῦρο: admoue, seu affer illum huc. In Ioanne autem, Christus ἦρε τοὺς ὀφθαλμούς, oculos sustulit. Et ibidem Iudæi inquiunt: Venient Romani, & ἀροῦσι τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος, euertent, seu corripient. αἴρειν autem τὴν τράπεζαν, remouere mensam. In Ranis Aristophanis est, αἶρε πλῆκτρον, cape, aut attolle plectrum. Iubet enim arma expedire, ut pugnacem gallum: illorum enim stimulos plectra dixere. δάκτυλον αἴρειν, & ἐπαίρειν χεῖρα, uolunt esse manum dare, seu dedere, quæ est sessio uictoriæ. αἴρειν autē χεῖρα, est ἀνατείνειν, de quo diximus. αἴρειν μεγάλην, exultare. αἴρειν λείαν, prædam obtinere. αἴρειν, portare, ac ferre. In Ranis Aristoph.

οὓς οὐκ ἂν ἄραιντ᾽ οὐδ᾽ ἑκατὸν αἰγύπτιοι.

Quos ferre centum uix queant Aegyptij.

Et in Oreste Eurip.

ὡς οὐκ ἂν ἄραιτ᾽ ἄχθος ἀνθρώπων φύσις.

Quod non natura humana patiendo ferat.

Quemadmodū Cicero conuertit. Matthæi cap. 27. ἵν᾽ ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. Et Lycurgus, ἀράμενον φορτίον, cum sustulisset ita gestasse. Et adductus locus de Psalmo; Matth. 4. ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, super manibus gestabūt te. In Aiace Sophoclis hæc sunt, μηδὲ δειλίαν ἄρῃς, ne metum in te admittas. &, μηδ᾽ ὄγκον ἄρῃς, ne concipias fastum. &, μὴ κακὴν φάτιν ἄρῃ, ne infamiam suscipiat. Et ibidē, ποδοῖν κλοπαῖν ἀρέσθαι, clam aufugere. πόλεμον ἄρασθαι, bellū suscipere. Thucyd. lib. 6. καὶ πόλεμον οὐ προσήκοντα ἄρασθαι. Sed in Auibus Aristoph. πόλεμος αἴρεται, bellū mouetur. ἐναίρειν, tollere est, id est interficere, & conficere, & cæsos spoliare. ἐξαίρω, sustollo, & excipio. Antigona, κοῦφον ἐξάρας πόδα, gressum accelerans. Plato 6. πολιτειῶν, θεῖον μέντοι κατὰ παροιμίαν, ἐξαίρω λόγου. & ἐξαίρομαι, efferor opinione. In Rheso,

ὅστις πυρὸς λαμπτῆρας ἐξάρας κλύων

φθέγγομαι ἀχλυός. —

Et poli in globo ἔξαρμα, altitudo. ἐπαίρεται ἡ τράπεζα, apponitur mensa. συναίρεσθαι, opitulari, & subuenire. In Matthæi cap. 18. συνᾶραι λόγον, conferre rationes. προσαίρειν, afferre, & præbere. Et πρόσαρμα, cibus Hippocrati, καὶ προσάρματα πλείονα διδόναι. κατάιρειν, Plato Hippia maiore, ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν κατῆρες εἰς τὰς ἀθήνας, contulisti te Athenas. significat appellere, deferri: & est nauticū uerbum. Polyb. lib. 5. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναχθεὶς ἐκ τῆς λευκάδος, καὶ προσβαλὼν ἐν παράπλῳ, τὴν τῶν οἰανθέων χώραν, κατῆρε μετὰ τοῦ στόλου παντὸς εἰς κόρινθον, cum uniuersa classe delatus fuit Corinthum. Sic enim Maro,

Huc ubi delati, portus intrauimus. —

διᾶραι, attollere, intendere. itemq; διαίρεσθαι: ut ὄμμα διᾶραι. δίαρμα autem est traiectus. & δίαρσις, sublatio, ut ensis ad ictū. Polyb. lib. 2. ἀφελόμενοι τὴν ἐκ διάρσεως αὐτῶν μάχην: adimentes facultatē illis, sublatis ensibus dimicādi. In 19. cap. Matthæi est, μετῆρεν ἀπὸ τῆς γαλιλαίας, recessit de Galilæa. μετάρσιος autem est sublimis, & μετέωρος, ac Ionicè μετήορος, & παρήορος. ιλ. ψ.

πολλὸς γάρ τις ἔκειτο παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα.

prominens ubiq;. Et ιλ. π´.

ἵππος δ᾽ ἐν κεῖτο παρήορος ἐν κονίῃσι.

ad iugū equus deuinctus, quem & παράσειρον dixere. Significat autem μετέωρος

non

non ſublimem modò, ut μετέωρα cum dicuntur, quæ ſuprà in aere ſunt: ſed erectum etiã, ut equus μετέωρος, qui poſterioribus pedibus inſiſtens erigitur. Xenophon, ἢν τις βούλοιτο καὶ πομπικῷ, καὶ μετεώρῳ, καὶ λαμπρῷ ἵππῳ χρῆσθαι. Et μετεωρίζειν apud eundem dicitur equus erigere ſe. Apud Lucam cap. 12. ſignificat uerbum ſuſpenſionem animi, ut alibi apud autores linguæ Græcæ: μὴ ζητεῖτε τί φάγητε, ἢ τί πίητε, καὶ μὴ μετεωρίζεσθε, ne ſitis animis ſuſpenſis. ἀντᾶραι, contrà attollere. ἐπαίρειν, ad ſuperbiam & fraudem inducere, & inflare. ἐπάορος, ſuſpenſus. Et ἔπαρσις, ut in Stoica uoluptatis definitione, ἡδονὴ εἶναι ἄλογος ἔπαρσις ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν. ἀπαίρειν, diſcedere, abire, ire. & ἀπήορος, ὁ ἐπήορος. ἀπαίρω, diſcedo, id eſt, ut Comici, aufero me. Polyb. lib. 2. ἀπῆρε μετὰ τῶν φίλων εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Naue conſcenſa, Cleomenem Alexandriam profectũ fuiſſe ſcribit. In Rheſo,

ἐὰν δ' ἀπαίρωσ' εἰς φυγὴν ὡρμημένοι.

Sin excitati ſe ad fugam commouerint.

ἐπαίρεσθαι, efferri. Polyb. lib. 1. ἐκ τοῦ γεγονότος προτερήματος ἐπαρθέντας, ſucceſſu elatos. ὑπεραίρω, effero. ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων, ad Corinthios epiſtola ſecũda, ne animo efferar. Et eſt uerbum nauticum. Polyb. lib. 1. ἂν νοῦν τὸ πέλαγος ὑπεράρας ςυμβάλῃ ταῖς τῶν πολεμίων ναυσί, ſuperato pelago. φέρω, fero. & φέρεσθαι, ac media forma φερομένη, eſt patria, & mater quæ geſtat, & quæ produxit. φερόμενος autem κατὰ κρημνῶν, eſt præcipitatus. Eſt autem huius uerbi uſus is ferè, qui uerbi φέρω. ὑπενεχθείς, ſubuerſus & impulſus. ἀπενηνεγμένος, potitus. ἐπενεγκεῖν, inſimulare, imponere, inferre. Solebant & δόρυ ἐπενεγκεῖν, ſeu ἐπιφέρειν, quæ & δόρατος ἐπιφορά: id eſt, præferre haſtam, cum quis uiolẽtam mortem obijſſe diceretur. μετενεγκεῖν, eſt μεταφέρειν, transferre. ὑπερενεγκεῖν, perferre, & differre. quam ſignificationem habet & διενεγκεῖν: ſed hoc & producere notat, & prꝑſtare. Lycurgus inquit, τοσοῦτον οἱ πρόγονοι ὑμῶν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀρετῇ διηνέγκασιν, prꝑſtiterunt alijs uirtute. Idem eſt διαφέρειν apud eundẽ: οἱ τῇ ἀρετῇ διαφέροντες, uirtute excellẽtes. κατενεχθείς, eſt prꝑcipitatus. & κατενεγκεῖν, inferre, ſeu impingere. ἀνενεγκών, eſt recipiẽs animum, & rediens ad ſe. προσενεγκεῖν, afferre. ἐξενεγκεῖν, efferre. ἐξενεγκεῖν πόλεμον, inferre bellum, quod & ἐκφέρειν. Demoſth. ad epiſtolam Philippi, ἐξενήνοχε πόλεμον. Iſocrates ad Philippum, εἰς τὴν ἀσίαν τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν, bellum in Aſiam transferre. Idem ibidem, μεθ' ὧν δεῖ, καὶ πρὸς οὓς δεῖ τοὺς πολέμους ἐκφέρειν. Et ἐπ. λω. 4. πόλεμον ἐξοίσει. εἰσενεγκεῖν, εἰσφέρειν. Et εἰσενεγκεῖν νόμον, ferre legem. Demoſth. κατὰ τιμοκράτους, εἰσενήνοχε νόμον. κομίζω, geſto, tollo, affero. ιλ. λ'.

— κόμισαν δ' ἐρίηρες ἑταῖροι.

Ex epiſtola quadam Bruti, τὰ χρήματα ὑμῶν ἐκόμισαν οἱ πρέσβεις, attulerunt. ἐκκομίσασθαι, abducere. ιλ. ε.

φίλε κασίγνητ' ἐκκόμισαί τέ με. —

κομίζω, curo. οἴνοις δ. τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε. Et κομιδή, cura, & tractatio. ιλ. θ'.

νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον. —

κομίζειν, adducere. Aiace, κόμιζε νῦν μοι παῖδα τὸν ἐμόν. Et mox,

καὶ δὴ κομίζει προσπόλων ὅδ' ἐγγύθεν.

κομίζεσθαι eſt accipere. Soph. Oedipo tyr.

ἃν ἂν θέλουσα πάντ' ἐμοῦ κομίζεται.

A' me quidem omnia quæ uoluerit, accipit.

κομίζεται τὶς ἐπιστολὴν, id eſt, reddũtur alicui literæ, uel accipit aliquis epiſtolam. Demoſthenes autẽ πρὸς Βοιωτὸν περὶ προικός, ζητοῦντι κομίσασθαι τὰ μαυτοῦ. In Phœniſsis autẽ, καὶ σὺ τῶν δ' ἔξω κόμιζε τειχέων, aufer te extra muros. συγκομιστὰ δεῖπνα, apud Athenæum, ſunt collatitiæ cœnæ. προσκομίζειν, eſt προσφέρειν. ἀνακομίζεσθαι, reuerti. & ἀνακομιδή, reditus. κουφίζω, leuo. In Rheſo, λόγου δὲ δὶς τόσον μ' ἐκούφισας. Antigona,

εἰ τὸν νεκρὸν ξὺν τῇδε κουφιεῖς χερί.

an ſubleuabis & tolles? ἀνακουφίσαι, alleuare. ἐκκουφίσαι, onere leuare, ut cũ merces è nauibus exportantur. Sed Plutarcho in Mario, uerbum ſignificat elationem leuitatis, ὁ δῆμος αὐτὸν ἐξεκούφιζε. κοῦφον autem leue, & ponderis parui ſignificationem habet, & animi futilis atq; ſtolidi: ſicut grauitas de ſapientia dicitur, quæ eſt plenæ, & quaſi ſolidæ mentis, id eſt πυκινῶν φρενῶν, ſeu πυκινοῦ νοῦ. Eleuare autẽ uerbis, eſt κατευτελίζειν. Significat tamen eleuare etiam attollere. Cæſar de Bello ciuili lib. 2. Exq; ea contignatione rurſus ſummam cõtabulationem, ſtoriasq; eleuabant, ἦρον, ſeu ἐξῆρον. Sed

his

his nimis immorari alicui fortè uideamur. Verbi quidem τρέπειν ac τρέπεσθαι usum in lingua Græca annotare omisimus, non modò ne hæc alieniora uiderentur, sed quia pleraque ab alijs iam indicata comperissemus. Sed tergum qui uertunt, ij fugiunt, & uertuntur in fugã, id est τρέπονται. Hinc τρόπαιον, trophæũ, monumentum uictoriæ. & τροπὴ, fuga. Et cõuersio solis duplex, θερινὴ, solstitij: χειμερινὴ, brumę. Quæ autem sint τροπαὶ ἠελίοιο, in Syria insula, ὀδυσ. ό. quærunt interpretes. ἐντρέπεσθαι, uerti, quod est & ἐντροπαλίζεσθαι. Sed Sophocli Aiace & Electra, moueri, & respectu tangi:

τί βαιὸν οὕτως ἐντρέπῃ τοῦ συμμάχου;

Paulus autem Corinthijs, πρὸς ἐντροπὴν, inquit, ὑμῶν λέγω, ad confusionem uestram. ἐπιτρέπειν, permittere. Polyb. lib. 1. οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἐπιτρέπειν, ἀλλὰ διακινδυνεύειν καὶ διαναυμαχεῖν ἐσπούδαζον: Carthaginienses & pericula adire, et naualibus copijs decertare cupiebant, nedum concederent Romanis. Et ἐπίτροποι, curatores, ac tutores. τρόπος morem modumque significat. & τοιουτότροπον, huiusmodi. Et βίος μονότροπος, uita solitaria, Plutar. in Pelopida. ἐκτρέπεσθαι, relinquere. Demosth. in Timocratem ἓν δὲ ὃ μέγιστον ἔχω, καὶ προχειρότατον πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, οὐκ ἐκτρέψομαι: Vnum, quod maximum habeo, & maximè in promtu ad dicendũ, non præteribo. Et ἀποτρόπαιοι dij, auerruncatores. Xenophon, ἐκ δὲ τούτου θύοντες καὶ τοῖς ἀποτροπαίοις καὶ τοῖς σωτῆρσι. πρόστροπος autem, & προστρόπαιος, supplex, & piacularis. & προστροπὴ, perfugiũ, in Oedipo Colonæo, & alibi. προτρέπω, impello. Antigona,

— ὃ πάντας ἐς πέδον κάρα
νεῦσαι φόβῳ προὔτρεψεν. —

Et inuoco, seu prouoco, in Aiace. Et προτροπαῖοι, famuli. & προτρέπομαι, hortor. & προτρεπτικὴ σοφία, Euthydemo. & προτροπάδην φεύγειν, in Pelopida, uertere terga, ac fugere. Et Polyb. lib. 2. τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος ἔφυγε προτροπάδην φονευόμενον. πρότροπος, ex genere dulciũ uinorum. & ἀνατροπὴ, stomachi est. & διατροπὴ καὶ κατάπληξις, cõfusio, seu dissipatio, & formido, Polyb. lib. 1. Et ἐκτροπαὶ, fluuiorum ἐκβολαὶ, quæ sunt στόματα, id est ostia. Aiax autem Il. λ΄. cædit,

ἐντροπαλιζόμενος, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων.
Respicit, & se conuertit, tardusque recedit.

Annus autem uertẽs, est περιτελλόμενος καὶ τελευτῶν. Diximus autem antè, Aristotelem coniunxisse διάζωμα καὶ ὀσφὺν. Sic enim inquit, τὸ δὲ ὄπισθεν, διάζωμα μὲν ἡ ὀσφὺς, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔχει, δοκεῖ γὰρ εἶναι τις ὀπισθοφύς. Hanc enim non longè abhorrere à ueritate, uel ueram esse scripturam puto. Hic est lumbus, & multitudinis forma lumbi, quę erunt propemodũ et iliæ: ibi enim certè incingimur. Sed ὀσφὺς, id est lumbus, propriè nominatur ea pars spinæ, quæ est intra μετάφρενον & ὀστοῦν ἱερὸν, ubi & intus utrinque renes sunt. unde est delumbare, & elumbare: & elumbis, ac delumbis, πεπηρωμένος καὶ μαλακός. Nam ea parte fracta, aut luxata, corporis omnis uigor ac firmitas interit. Pollux etiam ait, ὀσφὺν esse supra os sacrum, à tergo: quemadmodum ζώνην contra hanc, in corpore aduerso: ibi enim cingimur. Atque hæc est Homero ἰξύς. Ὀδυσ. ε. περὶ δὲ ζώνην βάλετ' ἰξυῖ. τὰς ἰξύας nominauit Hippoc. ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν. Sed & τῶν λαγόνων ossa, ἰξύας & ἰξὺν, esse λαπάραν uult, id est, partem inter ossa τῶν λαγόνων, καὶ τοῦ θώρακος. Aratus in Vrsis nominauit,

αἱ δ' ἤτοι κεφαλὰς μὲν ἐπ' ἰξύας αἰὲν ἔχουσιν
ἀλλήλων. —

Interpres dicit, esse ἄκνηστιν & ἰξὺν eandẽ, ἣν οὐκ ἔξεστι ξύσαι, ἢ δὲ κνῆσαι. Hac parte annotarunt nullũ uulnerari, apud Homerum, quòd procreationi generis sacer locus sit: neque sæpius quàm semel reperiri apud illum poetam ὀσφὺς nomen. Huius musculi, seu pulpæ, sunt ψόαι: quod nomen & ita scribitur, ut υ: & ita, ut οι habeat. Sed ueram scripturam placet esse Grãmaticis ψόαν. Et in Varino legitur, simpliciter errare, qui mutet ο in υ: dupliciter, qui diphthongo utantur. Adducitur tamen uersus ab Athenæo, in quo prior in hoc nomine syllaba producitur. Relinquatur igitur scriptura ἀμφίδηλος, id est incerta. Nam & in Varino hoc legitur, esse πολυαμφίδηλον nomen. Sunt igitur ψόαι, ut inquit Pollux, musculi lumborum: quæ & νεφρομῆτραι, & ἀλώπεκες, interius. Clearchus tamen exteriores spinæ musculos ita uocauit. Locus Clearchi ex secundo libro σκελετῶν, refertur ab

Athenæo

Athenæo lib. 9. σάρκες μυῶται καθ' ἑκάτερόν εἰσι μῦες, ἃς οἱ μὲν ψόας, οἱ δὲ ἀλώπεκας, οἱ δὲ νεφρομήτρας καλοῦσι. id est: Carnes musculosæ utrinque sunt, quas alij pulpas, alij uulpes, alij renũ loculos uocant. Huius cõuersionis rationes etiam quædam referendæ sunt. Ac uertimus ψόας, seu ψύας, pulpas. nam id græcũ uerbum sonat, quod deducunt ἀπὸ τοῦ ψαῦσαι, seu ψῶσαι, ut latinum à palpando factum uidetur. νεφρομήτρας autem nos legendũ censemus, nõ νευρομήτρας, ut in editis exemplis scribitur. Nam ibi certè renes intus sunt, & his pulpis teguntur. Versum autem, cuius paulo antè memini, retulit de poeta Athenæus, qui scripserit reditum Atridarum,

ἶσον δ' Ἑρμιονεὺς ποσὶ καρπαλίμοισι μετασπών
ψόας ἔγχει νύξε. —

Hermioneus pariter pedibus celer inde secutus,
Transfixit lumbos hasta. —

Et addit ex Simaristo, carnes obliquas, iuxta lumbum extantes, dici ψύας, & ibidem caua utrinque λαγόνας. Nomen autem τῶν ψοῶν est apud Hippocratem in libro περὶ ἄρθρων: ubi quidem in singulari numero, αἱ κορυφαὶ τῆς ψόας, dixit Hippocratem explicans Galenus. Quia uerò perquam elegans illa Hippocratea descriptio spinæ est, placuit hoc loco interpretatione eam nostra exponere: etsi me non fugit, magis ad interna, quàm externa hæc pertinere. nam horum exquisita distinctio à nobis seruata nõ fuit. Sic ergo Hippocrates ait: Ante omnia, quæ natura spinæ sit, cognoscendũ: nam ad multos morbos illa requiritur. Ac qua parte ad aluum hęc tendit, ea sunt uertebræ inter se aptæ, & deuinctæ pituitoso & neruoso uinculo, quod enatũ de cartilagine, pertingit ad medullam dorsi. Alij autẽ nexus neruosi, demissi, agnati, distenduntur hac illac iuxta ipsas. At uenarum & arteriarum communicationes alio libro explicabuntur, quotque numero, & quales sint, & unde ortę, & ubi quid ualeant. Itemque medulla dorsi, quibus inuolucris, & unde ortis, & quo desinentibus, & cũ quibus sociatis, et quid ualentibus, inuoluta sit. Exterius autem nodis consertæ sunt inter se uertebræ, id est, ὄπισθεν δ' ἐπίκεινται ἄρθροισι γιγγλυμώδεσι πρὸς ἀλλήλους οἱ σφόνδυλοι. Nexusque communes distenduntur iuxta uniuersas, tam exterioribus, quàm interiorib. partibus. Processusque est ossis exterior in omnib. uertebris, unus in singulis, tam maioribus, quàm minoribus. Superque his processibus cartilagines enatæ sunt, de quib. pululant nerui, similiter ut exteriores illi nexus. Costæ autem agnatæ, intrò magis tendentib. capitibus, quàm foras, singulatimque uertebrarum nodis insertæ sunt. Maximæ autẽ sunt inflexæ costæ in homine, recuruum in modum. Interuallum autem costarum & ossium procedentium de uertebris, complent utrinque musculi incipientes à ceruice, & peruenientes eousque, ubi præcordia agnata sunt. Ipsa uerò spina deorsum uersum ἰθυσκόλιος est, id est, directionem habet obliquam. Nam ab osse sacro, ad magnam usque uertebram, iuxta quam adhęret crurum agnatio, hactenus igitur curua est. nam hac parte uesica & genitalia, & intestini recti laxitas cõtinetur. Hinc autem usque eò, ubi præcordia ad illam pendent, ἰθυλόρδη est. id est, in directione repanda. Et agnatos habet musculos hic solus locus intrinsecus, earũ quas ψόας, id est pulpas uocant. A' quo usque ad magnam uertebrã, quæ est supra scapulas, ἰθυκύφη est, id est, in directione recurua: etsi magis ita esse uideẽ, quàm est. Nam spina in medio processus maximè arduos ossium habet, & hinc ac illinc depressiores. Ipsum autem ceruicis membrum pandũ est. Hactenus Hippocrates non prorsus indisertè, de nostra etiam conuersione, situm, habitũ, formam spinæ, id est ῥάχεως, expressit. ῥάχις autẽ flexionem habet talem, qualem πόλις, etsi annotatur accusatiuus ῥάχιν. Atque sciendũ, ueteres ab osse sacro, usque ad uertebras ceruicis constructas uertebras, ferè spinæ nomine appellasse, ut & Hippocrates fecit. Atque ita erunt uertebræ huius 17. In libro tamen Hippocratis de Partibus corporis humani, legimus, spinam in aliquibus habere plures, in aliquibus pauciores uertebras, usque quidem ad duodeuiginti. Id accidere, cum plures, paucioresue costæ, quàm duodenæ fuerint, necesse est, quæ singulæ singulis uertebris προσήρθρωνται, ut ait Hippocrates: uel

tes: uel ut mauult Galenus, διήρθρωνται: qui etiam, ut antè retulimus, inter mille non unum reperiri scribit, in quo non repræsentetur hic numerus: id est, qui plures costis duodenis, pauciores ue habeat. Itaq; rarò & uertebrarũ numerus mutatus inuenitur. Sed de his satis.

Os sacrum etiam latũ os appellatur, à Græcis ἱερὸν ὀστοῦν, καὶ πλατύ. Hoc quasi de uertebris quibusdam & ipsum consertum ita nodis contineri uidetur. Sed est unum os suprà. ubi cum spina committit, latius, infrà angustius: ibiq; Græci κόκκυγα nominant, & σφονδύλιον, & ὀῤῥοπύγιον. proprijs appellationibus, quarum interpretationes inusitatæ sunt Latinis. Aliqui, inquit Pollux, hoc os κόκκυγα τρητὸν, id est peruium, uocarunt. In anum desinit, qui est δακτύλιος, ut diximus: & ibi κορυφὴ illius, id est uertex, nominatur. A' lateribus, seu partibus obliquis, sunt ἰσχία, & στηθία, opposita hæc quidẽ umbilico, apposita γλουτοῖς. Sunt autem ἰσχία, infra lumbos utrinq; proiectus carnium: infrà quæ extant, γλουτοί. Hi excipiunt lumbos, à Latinis clunes dicti. Aliqui ueteres Græcos κλόνας appellasse tradunt, indeq; latinum nomen deducunt. Plinius & in ceruis nominauit, capita imponentes præcedentium clunibus. Græci interpretantur τὸν γλουτὸν σφαίρωμα τῆς κοτύλης, id est pilas acetabuli. Ιλ. ε.

βεβλήκει γλουτὸν κατὰ δεξιόν, ἡ δὲ διὰ πρὸ
ἀντικρὺς κατὰ κύστιν ὑπ' ὀστέον ἤλυθ' ἀκωκή.

Pheredi ait percussum à Merione clunem dextrum, atq; sub osse transfixam fuisse uesicam. Os sacrum quidem, κατ' ἐξοχὴν dixit. Clunem autem tam in fœminino, quàm masculino genere usurparunt. Sunt enim pulcræ clunes Horatio. Ex Plauto autem adducitur, Quasi lupus ab armis ualeo, clunes defectos, uel ut alibi, infractos gero. Nam delumbe illud est animal: atq; ideo, quorũ lentiores ingresiones Teutones derident, eos succlaudicare dicunt tanquã lupos. Os sacrum appellatum uidetur, uel quia est grande, uel quia membra generi propagando sacra includit, atq; cõprehendit. ἰσχία & στηθία appellantur πύγαια quoq;, à natibus. & κοχῶναι, quæ sunt apud Archippum Comicum πυχῶναι, teste Polluce. In Equitib. Aristoph. dicit, Allantopola se carnes furto subtractas in pueritia cõsueuisse abscondere εἰς τὰ κόχωνα. Interpres locum esse docet hunc subter pudenda, intra coxas & femora. Atq; mox τὰς κοχώνας dixit idem poeta, quæ nunc in neutro genere τὰ κόχωνα. Galenus apud Hippocratem significare ait, σύζευξιν ἰσχίων πρὸς ἕδραν, δι' ἣν καὶ πᾶς, φησίν, ὁ περὶ τὴν ἕδραν τόπος οὕτως ὀνομάζεται: id est, iuncturam coxarum & sedis: & ideo, inquit, totus locus sedis ita uocatur. Aristoteles ita inquit, τῆς δ' ἰσχύος δικοῦ, τὸ μὲν οἷον ἐφίδρανον, γλουτός· ᾧ δὲ ἐν ᾧ στρέφεται ὁ μηρός, κοτυληδών: Peruiæ autem partis quasi sedile, clunis: sed in quo femur uertitur, id acetabulum dicitur. Ibi igitur est ἰσχίον, utrinq; iuxta sacrum os: quod & de Homericis uersibus intelligi potest, Ιλ. ε.

τῷ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον, ἔνθα τε μηρὸς
ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσι,
θλάσσε δέ οἱ κοτύλην. —

Dicit saxum ingens Diomedem coniecisse in Aeneam, ea parte, qua femur in coxendice uertitur, quod acetabulum nominari soleat, et hoc tum acetabulum fuisse fractum. Aristoteli igitur hæc est κοτυληδών: & Hippocrati κοτύλη, ac κοτυλίς, id est, sinus rotundus: secundum Celsum coxæ, cui inseritur caput femoris. ἐκπίπτουσι enim μηροὶ ἐκ τῆς κοτύλης, in luxatione. ἰσχία autem in 4. μορίων Aristot. planè sunt nates, itaq; & Gaza uertit, ὁ δ' ἄνθρωπος ἄκερκον μὲν ἔστιν, ἰσχία δ' ἔχει. Et postea, ἰσχία σαρκώδη. Alij autẽ, ut Galenus sæpe, certè in quadrupedibus alijs, & in equis, & in simia, ἰσχία nominarunt. Pollux ait neruũ, qui reuinciat τὴν κοτύλην πρὸς τὸν μηρὸν, uocari ἰσχίον, & idem habere nomen commissuram ipsam. κοτύλης autem uerbo cauum indicari, etiam suprà ostendimus. κοτυληδόνες uerò & in polypode nominatæ fuerunt, quasi quędam conceptaculorum fibræ, quæ propter implexionem & πλεκτάναι. Οδυσσ. ε.

ὡς δ' ὅτε πουλύποδος θαλάμης ἐξελκομένοιο,
πρὸς κοτυληδονόφιν πυκιναὶ λάϊγγες ἔχονται.
Sic antro piscator ubi polypum extrahit udo,
Calculus ad fibras conuexas creber adhæret.

Et Hippocrates Aphorismis ita appellat, interpretante Galeno, fauces uenarum et arteriarum demissarũ in uterum.

Sed

Sed ut ad ἰσχίον reuertamur, hęc est igitur coxa, & coxendix. Aristoteles ait, habere aues omnes ἰσχία, in 4. lib. de Partibus. Gaza clunes interpretatur, quæ coxæ sunt. Et morbus huius, ἰσχιάς: & qui hoc laborant, ἰσχιαδικοί, ab agilitate, & πιέλαλος, & λίσφοιτον apud Suidam. Sequuntur nates: hæ enim sub clunibus sunt, id est, quiddam commune clunibus & femori, ut ait Aristoteles, qui nomē huius partis ait esse ὑπογλουτίδα. Hæc & πυγαῖα sunt. & est πυγή, quæ & ἕδρα, sedes: quę tamen & ani & podicis nominibus interpretamur. Sed πυγὴ nates significat: ut cum Horatius Depygem dixit τὴν λισσόπυγον & ἀπόγλουτον: quam Stratis Comicus, ut refert Pollux, διατράμιν. nam & τράμις, huius partis nomē. Nam propter uicinitatē, ut sæpe, partium appellationes confunduntur. Xenophon enim certè γλουτοὺς, nates dixit: τότε καὶ τοῖς γλουτοῖς καθῆται ἐπὶ τὸν ἵππον, tunc & natib. equo insidat. Quòd essent autem detritis natibus, irrisi fuere Athenienses, & λίσπαι, atque ἀπόλισποι in Equitibus Aristoph. & λισπόπυγοι dicti. Sunt autem λίσπαι, tali sectiles & detriti, id est, διαπεπρισμένοι καὶ ἐκτετριμμένοι. Tales uerò illi fuere, ob frequentes sessiones nauticas. Alij tamen hæc ad fabulam quandā retulerunt Pirithoi. Eadem forma fit δασύπυγος, & καλλίπυγος, quod Veneris cognomentum fuit. Nam in mulieribus & hęc pars decus corporis reddit cōspectius, cum seruat modum suum. κατάπυγονα et hominem, & digitū medium uocarunt, significatione obscœna. πυγοστόλος mulier, Hesiodo, impudica.

μηδὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω.
Ne'ue tibi eripiat sanam mala fœmina mentem.

Ita fit & λευκόπυγος, & μελάμπυγος, albis & atris clunibus, seu natibus: quorum illi ignaui, hi fortes habiti, ut & Herculis μελαμπύγου cognomētum indicat. πυγολαμπὶς autem cicindela est, ut diximus. πυγαργὸς, aquila certi generis, à candore pennarum in cauda. πυγαῖα etiam uocarunt in columnis spiras, id est uolumina. Et πυγίδιον apud Aristophanem, deminutum, ἀπὸ τῶν πυγῶν. Anates etiam fuere qui à breuitate eius partis dictas putarent. πυγὴν autem ἀγροῦ, quidam interpretati fuere pingue solum: quidam ῥᾳ-

prouerbiali figura ita tradidere admodum rusticos appellatos fuisse, qui ruri semper desiderēt. similiterque ad aliarum rerum frequentationē posse hoc transferri putatur, ut retulit Eustathius ιλ. β'. Πύγελλα autem, quæ postea φύγελλα λόγῳ παραφθορᾶς, id est, mutata litera, urbs Ioniæ, condita ab Agamemnone, cuius socij perhibētur ibi laborasse huius partis morbo, id est, facti πυγαλγίαι, ut Strabo retulit. In Equitibus Aristoph. est ῥαβαπυγίζων, feriens nates. πυγηδὸν autem Aristoteli in secūdo περὶ μορίων, retrò de bubus, quos dixere ὀπισθονόμους: καὶ γὰρ ἐκείνους νέμεσθαί φασιν ἀναχωροῦντας πάλιν πυγηδόν: Ita pasci tradunt, ut retrò auersis natibus cedant. Græcorū sunt & hæc nomina, πρωκτὸς, κῶλος: Latinorum, podex, & culus. Hoc loco δακτύλιος nominatur, ut dictum est, quà de intestino recto excrementa deijciuntur. Hic est ἀρχὸς, & σφιγκτὴρ, de quo aliàs. Sed & idem κλύζεται, id est colluitur, cum φάρμακόν τι ῥίπτεται, quæ & ῥίματα. In ιβ'. θεραπευτικῆς μεθόδου, ἔκλυζον ἅλμῃ δριμυτάτῃ καὶ μετ' αὐτὴν ῥίψαι φάρμακον ἰσχυρόν. Et κλυσμάτιον, Hippocrati, ὅτι δὲ ἀπὸ κλυσματίου καλῶς δῆλον. Alibi autem & κλυσμοὶ & κλύσματα leguntur. Quo hoc fit, id ὄργανον κλυστὴρ uocatū à medicis. Ita enim ait Galenus θεραπευτικῆς μεθόδου ε'. κλυστὴρ ὄργανον τῶν ῥιεμένων τῆς κοιλίας. Vt μητρεγχύτης, quo in uterum aliquid infunditur. & ad uesicam paratur καθετὴρ σύντρητος. Et in quarto nominauit αὐλίσκον τοῦ κλυστῆρος, id est canalem. Sed ut dicere cœpimus, hac parte cacant, & pędunt, & oletum faciunt, & crepitum edunt. Græca uerba sunt χέζειν, ad quod Teutonicum alludit. In Equitib. Aristoph. χέσεται μὲν ἀμαχέσεται. Et ibidem, χεσείω, cacaturio: quod & χεζητιῶ. ἀποπατῆσαι & ἀφοδεῦσαι, secedere ad deijciendū, uel desidendum: utrunque enim Celsus protulit. Et κόπρος, stercus. Et ἐκκοπρωτικὰ φάρμακα, purgantia medicamēta, ut aloe. Et σκῶρ, & ἀπόπατος, ac ἄφοδος, secessus, & excrementum. Aristophanes etiam dixit, πέλεθον ἀρτίως ἐκκεχοδισμένον, ἀχαριστιν. Apud Suidam legimus πέλεθον, & σπατίλην. Hippocrati est διαχώρημα. Aristoteli est ξηρὸν περίττωμα: sicut urina, ὑγρόν. Sunt & ὑποχωρήματα & ὑποχωρήσεις, excremēta.

σκύβαλα etiam dixere excrementa duriuscula, & quæ difficulter egerũtur. Charisius autem σκύβαλα interpretatur quisquilias. Suidas adducit, nescio ex quo, hæc, κλυστῆρι προσθέμενος ἐξήγαγεν τῆς αὐτοῦ γαστρὸς τὰ σκύβαλα: applicato clystere, eduxit dura excremẽta. Alibi tamen interpretatur κυσίβαλον, id est, quod canibus obijci soleat. Gregor. de Cypriano dixit, πάντα ἡγησάμενος σκύβαλα, ἵνα τὸν χριστὸν κερδήσῃ. Hæc autẽ transtulit de epistola Pauli ad Philippẽses. Dixerunt & εἰς ἄφοδον ἀπελθεῖν, secedere ad opus naturæ. Sic enim res, à qua sensus abhorrent, uerbis cohonestatur. Et εἰς ἀπόπατον, & εἰς ἀποσκευὴν, ad uentrem exonerandum. Et εἰς θυμάρειαν, quæ est θυμαρία, & θυμαρηίη Ionicè. Habet autem nomen significationem secessus ac ocij. Herod. de Aegyptijs, θυμαρίῃσι χρέωνται ἐν τοῖσι οἴκοισι, ἐσθίουσι δὲ ἔξω ἐν τῇσι ὁδοῖσι. Et Melpomena, ἐγγίνονται στρατιῇσι περὶ μίαν τε καὶ δύο πρόσω ἀπ' ἀλλήλων ἐς θυμαρίην ἀποσκευάσασθαι. Addit Pollux, εἰς λαγόνα. Reperio autem interpretationem λαγὼν, χάσμα γῆς. Ergo erit hic secessus ad crepidinẽ, seu fossulam. Ad fimetũ, id est, εἰς κοπρῶνα: quem & ἰπνὸν nominasse tradunt Aristophanem in Cocœlo, nimirum iocosè. nam ἰπνὸς furnũ significat, in Vespis. Ex Callimacho adducunt ἔντινα λύματα, stercora animalium. Verba, præter superiora, ἀποσκευάσασθαι, exonerare aluum. ἀποψύχειν, flatus illos emittere. ἀπεματαίσαι. Herod. Euterpa, ὁ δὲ Ἄμασις, ἔτυχε γὰρ ἐπ' ἵππου κατήμενος, ἐπάρας ἀπεματαίσε, καὶ τοῦτό μιν ἐκέλευσε Ἀπρίῃ ἀπάγειν: At Amasis, sedebat enim fortè in equo, crure sublato, pepedit, & illud Apriæ afferri iussit. Et de quodam sene memoratur, cum thesaurum fortè reperisset, ὅτι ἐπάρας τὸ σκέλος ἀπεματαίσε, quòd serò benignè erga se fortunæ oppederit. Et πελᾶν Absyrtus de equis, πελάσει λεπτὸν καὶ λιβάδας. Aristoph. autem ὄρνισι,

μέμνησ' ὅτι τῆς στήλης κατέτιλας ἑσπέρας:

Scin' quòd columnam concacaris uesperi?

Et πέλος, sterquilinium, equi quidẽ propriè, ut & σπατίλη: & bouis. βόλιτος: asini, ὄνις, & ὄνθος. Sed dixere & bouis ὄνθον, ut Homerus. Porci, ὑσίλαθον: ouium ἀπόπατον: caprarum, σπυράδα, & σφυράδας, σπύραθον, σπυραθίαν, σπύραδα: murium, μυοχίλαθα, muscerdas. Quidam interpretati fuerunt ἀμάραν, sterquilinium. Apud Theocritũ, βάλλεις ἐς ἀμάραν ἐμὲ, deijcis in sterquilinium. Et hinc rusticæ nomen τῆς ἀμαρυλλίδος: ut à stercore, Stercutij latinum. Sed est ἀμάρα propriè defluxus cuiuscunque aquæ: ut Apollonio, πηγαῖαι ἀμάραι, riuuli manantes de fontibus. lib. 3.

αὐτίκα λειμωνιαῖαι ἀμάραι πλήθοντο ῥοῇσι.

βδεῖν & πέρδειν, pedere. Aristoph. πάνυ, μέγα πάνυ ἀπέπαρδον. Item, ὁ λιβανωτὸν γὰρ βδέων. Et πορδὴ, oletum, seu crepitus: cuius tantam uim esse ait Epigramma, ad seruandum & perdendum, quanta regum. quod ex Aristophaneo hoc scilicet factũ est uersu in Nebulis, ταῦτ' ἄρα καὶ τὠνόματ' ἀλλήλοιν βροντὴ καὶ πορδὴ ὁμοίω. κακκᾶν puerile est, Aristoph. Nebulis: sed Latinis cacare commune uerbum. κάκκη etiam oletum notat. Est & φῦσα Hippocrati flatus, qui hac parte exit. Aristoteles ἱστορίας ι. de leone, προΐεται δὲ τὸ φῦσαν σφόδρα δριμεῖαν καὶ τὸ οὖρον ἔχειν ὀσμὴν, admodũ grauem odore & flatum & urinã emittit. Venter ὑπεξάγεται medicinis καθαρτικοῖς, & λύεται in imbecillitate uirium. Sed hęc fortasse aggerenda huc non sunt. Animalibus plerisque de genere quadrupedũ hac parte cauda agnascitur, seu penis, quæ est οὐρὰ, & κέρκος. οὐρὰν etiam in auibus nominarunt. Hinc φοινίκουρος æstate, qui hyeme ἐριθακὸς, ut & Plinius lib. 10. cap. 29. Et οὐραῖα pisciũ. Et in exercitu instructo, οὐρὰ, (sicut, de quibus diximus, στόμα & πρόσωπον) postremi ordines. & horum ductor, οὐραγὸς, & res οὐραγία, & uerbum οὐραγεῖν. Hinc μελάνουρος, nigra cauda, piscis nomen. ut in uersu prouerbiali, ἐπιτρέψεις μελανούρῳ μείουρον, deficiẽs extrema parte sui: ut uersus μείουροι, οἱ ἐλλιπεῖς. ut ὅπως ἔχον αἴλουρον ὄφιν. qui lõgior δολίχουρος, ut ἐν δὲ καὶ αἶα, quin protinus omnia. κυνόσουρα, canis appellatio, quæ & κυνοσουρίς. Callimach. in Dianam, θηλύτερας σκύλακας κυνοσουρίδας. Has uolunt nasci de cane & uulpe, uel esse Laconicas, ἀπὸ κυνοσουρίδος τῆς Λακωνικῆς. Eo denique nomine & minor ursa appellata fuit à Cretensib. ut ait Aratus,

οἱ τὴν μὲν κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι.

σκίουρος autẽ bestiolæ nomen, cauda sese obumbrantis, quæ latinum nomen non habet.

habet. Teutones à glandibus denominarunt. Animalia autem κόλουρα, sunt sine cauda: quæ τέλεια, id est, integra & idonea mactationi nõ habebãtur. Theocritus autem μυτίλαν αἶγα dixit, quam interpretantur mutilam. Et circuli in sphæra κόλουροι, trũcati: quos in nullo situ sphæræ, nisi rectæ, conuersio cœli totos exhibet: ut æquabiles circulos, & tam signiferum, quàm lacteum. Sunt & λόφουροι κόλουροι, quorum fastigia seu uertices circulis aliquibus reciduntur. λόφουρα autem sunt bruta Aristoteli, & maximè iumenta, quorum caudæ setosæ, & quasi iubatæ sint. Gaza ueterina uertit, in quarto περὶ γενέσεως, ἔλαττον δ' ἔτι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ἢ τὸ τῶν λοφούρων, καὶ πολλῶν ἄλλων. ἄκερκον etiam de auibus Aristoteles dixit, lib. 4. περὶ μορίων. Eidem est ἄκερκον ἄνθρωπος, id est, animal sine cauda. Οὐ ἰσχίζεται, id est, hoc quidem loco nates. quod nulli quadrupedũ accidere ait. Nam simia, inquit, διὰ τὸ τὴν μορφὴν ἐπαμφοτερίζειν, οὐδετέρων τε ἔστι, καὶ ἀμφοτέρων. διὰ ὅπερ οὔτε οὐρὰν ἔχει, οὔτε ἰσχία. id est: Quod amborum generum particeps sit, ita quidem, ut & in neutro, & in utroq; ponatur. Ideo neque caudam habet, neq; nates. Est enim γελοῖον μίμημα ἀνθρώπου, simius, ut ait Galenus: id est, ridicula expreßio hominis. δασύκερκα autem sunt, quæ habent caudas densas pilis. Et πλατύκερκα, ac μακρόκερκα, latis & longis caudis. Apud Aristot. ἱστορίας 9. leones φεύγουσιν γινόμενοι κατατείνοντες τὴν κέρκον ὥσπερ κύνες, fugiunt porrecta cauda, sicut canes. Hac parte etiam homines sedẽt, ideoq; & ἕδρα appellata. Sedent autem ex omnibus animantibus homines soli, nisi quòd simia imitatur et in hoc illos, sed ridiculè, sicut in alijs quoq;, ut inquit Galenus in tertio περὶ χρείας μορίων. Ita enim & ingreditur, & asſidet, et currit, ut aliquis, qui per derisionem claudum & debilẽ imitans faceret. Sed ἕδρα notat stabilimentum. Et Galeno τὴν ἕδραν ἀσφαλῆ παρέχουσιν οἱ πόδες, ὡς φύσει ἐγένοντο, id est, stabilitatẽ præstant corpori. Et apud eundem, βάδισις ἑδραία, firma ingreßio. Et ἐμπεδος πᾶς ἑδραῖος, id est stabilis, & firmus. Et ἑδράζεσθαι, niti atq; figi, tam sedendo, quàm stando. Sedem etiã brachio præstant, apud Celsum, processus & sinus humeri inferius.

Notat & sellam, & sedile, id est καθέδραν & consessum. ut Aiace. ὁ δ' ἐξ ἕδρας μ' ἔπεμψε με, illinc de consessu me misit. Et Polymnia, καὶ ἕδραι ἀσὶν Ἀμφικτυόνων, sedilia ibi sunt Amphictyonum. Et in nauibus, καθέδραι remigũ. Et rursum, auium ἕδραι. Eurip. Hercule furente,

ὄρνιν δ' ἰδὼν τιν' οὐκ ἐν αἰσίοις ἕδραις.
Sed conspicatus sede in infausta alitem.

Et Il. γ. αὐτόθι ἐξ ἕδρας. Il. autem β'. ἄλλοι μὲν ῥ' ἕζοντο, ἐρήτυθεν δὲ καθ' ἕδρας. Et moram. Aiace, χωρεῖν, ἐγκονεῖν, οὐχ ἕδρας ἀκμή. Et in Bachylidis uersu, οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, non desidendum est. Itẽ καθέδρα. Thucyd. 2. οὐ τοιαύτη μὲν ὀργῇ ὁ στρατὸς τὸν ἀρχίδαμον ἐν τῇ καθέδρᾳ εἶχεν. In Luca autem πρωτοκαθεδρία est primus locus in consessu. In Polymnia autem, προεξέδρη λίθου λευκοῦ, sedile de saxo candido in sublimi. Atque hinc Latinis deses, desidia, desidiosus.

Qui non uult fieri desidiosus, amet.

ἕδρανον autem, thronus, seu solium est. ἑδράζεσθαι est etiam, ut diximus, pedibus στηρίζεσθαι, id est consistere. Sedes Latinis & sedile est. & οἶκησις, domus, patria.

Ipsa Paphum sublimis abit, sedesq; reuisit
Læta suas. —

Et in 3.

Hoste uacare domos, sedesq; astare relictas.

& rursum,

Hæ nobis propriæ sedes. —

Sedere autem est ἧσθαι, καθῆσθαι: & ἵζεσθαι, & καθίζεσθαι. καθιζόμενος ἐπὶ γόνυ, subsidens in genua, Plutar. C. Graccho. Et καθεζόμενοι στρατόπεδον ἐποιήσαντο: cõsederunt, & castra locarunt. Et, ὡς ἐκαθέζοντο πρὸς τὸ λόφος, παρεσκευάζοντο ὡς τείχει προσοίσοντες: Vbi consedissent, parabant se ad oppugnationem. Thucyd. lib. 1. Et poeticum ἑδριόωντο, assederunt. εἶτα σιωπῇ ἧστο. Et, καὶ ῥ' ἀντίος ἕζετο. &, αὐτὸς δ' ἐξ ἑζόμενος λαός. ἵζειν autem est asſidere. ὑπὸ δ' ἱσταμένα γαῖα, λαῶν ἱζόντων. Sidere enim habet actiuam significationem.

— *Geminæ super arbore sidunt.*

Hinc desidere: quod faciunt, qui excernere uolunt. Considere, ut in consilio et iudicio. Consedere duces. Subsidere, flumina subsidunt. Alexander autem Macedo in Euterpa, παρίζει ἀνδρὶ Πέρσῃ ἄνδρα Μακεδόνα, collocat iuxta singulos Persas singulos Macedonas. Calliopa, ἱδρύοντες

οἱ προσίζοντο: cum ad eum uenissent, assederunt. Est hæc προχειριστικὴ πρᾶξις in homine, sicut & alij flexus, id est ἀνακλάσεις, ac κάμψεις, ueluti ceruicis ac spinæ. Dicit autem & hoc perbellè Galenus, spinam in homine esse super linea recta ad femora, id est, ἐπ' εὐθείας τοῖς σκέλεσι. Figuram autem esse in sedente, illius & femorum, normæ, id est, σχηματίζεσθαι ἐν τῷ καθῆσθαι πρὸς ὀρθὴν γωνίαν. Sed sidere est ἵζειν. Et ἵζεσθαι, considere, seu residere. Herod. Melpomena, καὶ ἱζομένοις ὑπὸ δίος λυγκαίου ὄχθην. Et, ἀποδραμόντες δὲ ὅσον ἑξήκοντα στάδια ἵζοντο. Desidere, καθίζειν. & collocare. Herod. Θαλείᾳ, καὶ ἔπειτα ἄλλους κάτισεν, ἀγαγὼν κατὰ τὰς χαλκιδίων καλεομένας πύλας τετρακισχιλίους. Et ἐγκαθίζειν, ἐνεδρεύειν. ἐγκάθισμα autem, in quod aliquis desidit. Plato Χαρμίδῃ, καὶ ἅμα μὲν καθίζει ἄγων παρὰ Κριτίαν. Cōsidere, συνίζειν. Subsidere, ὑφίζειν. Hæc neutra forma sunt: ἱζάνειν, sedere: καθιζάνειν, desidere: συνιζάνειν, cōsidere: ὑφιζάνειν, subsidere. & ὑφίζησις, depresſio. συνεδρεύειν etiam est considere. & συνεδρεία, consessus. & συνέδριον, consilium, & iudiciū, ut aliàs dicetur. Et συνέδρου βουλῆς, Aiace, orbis consilij regij. συνέδραν autem interpretantur statione̅. ὑφεδρεία aute̅ est subselliū, & inferior sessio. In lingua latina subsidere habet insidiarum etiam significationem: & subsessor, insidiator: id est ἐλλοχᾷν, et ὑποβαλεύειν. Hę sunt ἐνέδραι, apud Homerum λόχος: οὐδὲ λόχονδ' ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν. Nam tum non legiones educuntur, sed pauci, ac delecti uiri. ἔνεδρον, insidiosum. ἔνεδροι aute̅ Hippocrati ἐν τῷ περὶ ἀέρων ὑδάτων καὶ τόπων, sunt Scythæ, id est, insidētes equis firmè. nisi fortè uera est scriptura εὔεδροι. In Philocteta aute̅ Sophoclis, ἔνεδρος incola est, aut inquilinus. αὐλὰς ποίας ἔνεδρος ναίει. ἐνεδρεύειν autem, insidiari. In Actis Apost. ponitur cum accusatiuo, ἐνεδρεύουσι γὰρ αὐτὸν ἐξ αὐτῶν ἄνδρες πλείους τεσσαράκοντα. Vbi & ἐνέδρον sunt insidię: ἀκούσας δὲ ὁ υἱὸς τῆς ἀδελφῆς παύλου τὸ ἐνέδρον. Præsidere est προεδρεύειν. & πρόεδρος, pręses. & προεδρεία primę. Qui honor habet̄ uiris fortibus, & bene meritis de Republ. Herod. de regibus Spartanis, καὶ ἐν τοῖσι ἀγῶσι πᾶσι προεδρείας ἐξαιρέτους. Aeschines falsæ legationis, καὶ γὰρ τὰς εἰκόνας ἱστᾶσι, καὶ τὰς προεδρείας, καὶ στεφάνους, καὶ τὰς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεις διδόντες οὐ τοῖς τὴν εἰρήνην ἀπαγγείλασιν, ἀλλὰ τοῖς τὴν μάχην νικήσασιν. πρόεδροι aute̅, & προεδρεύουσα φυλὴ, cuius fuit iurisdictio: ea est nimirum πρυτανεύουσα. Sorte autem designabat secundum leges Solonis, is qui inter iudices dicebat ἐπιστάτης, id est pręfectus, de aliarum omnium tribuum iudicibus, præter eam, cuius iurisdictio esset, singulos, qui erant πρόεδροι in consilijs, λαχόντες προεδρεύειν, ut Aeschines in Ctesiphontem ait, ubi & hæc leguntur, περὶ δὲ τῆς ῥητόρων ἀκοσμίας οὐκέτι κρατεῖν δύνανται οὔθ' οἱ νόμοι, οὔθ' οἱ πρυτάνεις, οὔθ' οἱ πρόεδροι, οὔθ' ἡ προεδρεύουσα φυλὴ, τὸ δέκατον μέρος τῆς πόλεως: Oratorum autem improbitatèm non magis cohercere possunt neq; leges, neq; iudices, neq; præsides, neq; tribus ea, cuius est iurisdictio, pars ipsa decima ciuitatis. Idem fiebat & in concione. Aeschines falsæ legationis, ἐν ᾗ Δημοσθένης ὁ νυνὶ κατηγορῶν ἐμοῦ λαγχάνει προεδρεύειν: In illa concione sortitus primas fuit Demosthenes, qui nunc me accusat. παρεδρεύειν, asſidere. & πάρεδροι, qui asſident alicui. Herod. Polymnia, οἱ δὲ οἱ πάρεδροι αὐτοῦ ὡς ἐπύθοντο πολέμια εἶναι τὰ πλοῖα ἑτοῖμοι ἔσαν αἱρέειν αὐτὰ ἐκλιπόντες δὲ τὸν βασιλῆα, ὅκωσαν παραγγείλῃ. Et παρακαλεῖν ἐφόρους μάρτυρας, παρεχόμενος ἐκείνους, οἳ τότε ἐτύγχανον πάρεδροί τε ἐόντες, καὶ ἀκούσαντες ταῦτα Ἀρίστωνος. Et Vrania, οἱ δὲ πάρεδροι ἅπαν ὑπολαβόντες, statim intulerūt ij qui illi asſidebāt. Et πάρεδροι legebantur Athenis bini, tam à prætore, quàm rege, ac curatore rei bellicę, qui πολέμαρχος dicebatur. δίεδρος, cōspicuus, quasi seorsim residens. Et διέδριον, καθέδριον interpretatur Suidas, id est sellulā. Sed διεδρίαι & συνεδρίαι fuerunt in auspicijs, ut indicatur in nono de Natura animaliū, ὅθεν καὶ τὰς διεδρίας, καὶ τὰς συνεδρίας οἱ μάντεις λαμβάνουσι, δίεδρα μὲν τὰ πολέμια τιθέντες, σύνεδρα δὲ τὰ εἰρηνεύοντα πρὸς ἄλληλα. Hinc sumunt eas, quas considentias & disſidentias uocant augures. Nam disſidentia faciūt ea, quæ sunt infesta sibi mutuò: & confidentia, quæ pacifica. προσεδρεύειν, asſidere, id est adhærere, & asſiduum esse significat. et res προσεδρεία, asſiduitas. & πρόσεδρος, asſiduus. ἀφεδρὼν in historia Euāgelica legitur de secessu, Matth. 15. εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται. Et λυ-

πρὸν

πρώρ, siue de corporis parte, id est ano: seu de latrina, barbarũ esse uocabulum à Suida dicitur. ἀφεδρεία autẽ dicta fuit impuritas adulterij, aut scortationis, id est, secessus turpis, ut Teutones quoq; loquũtur. Refert ex nescio quo Suidas, cùm alia de Heraisco Aegyptio, tum hæc: Si audijsset impudicam mulierem, tantum uocem emittentẽ, statim caput illi doluisse, de eoq; coniecturam fecisse peccati, id est, σημεῖον τοῦτο ποιήσασθαι τῆς ἀφεδρείας. Dixerunt & ἔξεδρον autem. infaustam. & ἔξεδρον, qui extra sedẽ suam esset, & externum, seu alienum. Sophocles, οὐκ ἔξεδρος, ἀλλ' ἐντόπιος ἀνήρ. De auibus autem ludẽs posuit Aristophanes, ἐντόπιος δὴ τάχ' οὗτος ἔξεδρον χώραν ἔχων. quasi diceret χροίαν, id est, colorem externum, id est ignotũ. Adducitur uerò ibidem ab interprete uersus Sophoclis, ad quem allusisse poeta uideatur,

τίς ὄρνις οὗτος ἔξεδρον χώραν ἔχων;

Quæ uolucris hæc est, quæ locum alienum tenet?

ἐξέδραν propriè nominarunt in ædificijs ædem additã porticibus. Vitruuius lib. 5. In duplici autem porticu collocentur hæc membra. ἐφηβεῖον in medio, hoc autem est ἐξέδρα amplissima cum sedibus. Et paulo antè: Constituuntur autem in tribus porticibus ἐξέδραι spaciosæ, habentes sedes, in quibus philosophi, rhetores, reliquiq;, qui studijs delectantur, sedentes disputare possint. In tertio de Oratore: Cum dedita opera in eam exedram uenisset, in qua Crassus lectulo posito recubuisset. Retinuit & alibi Cicero græcum nomen, à quo & deminutum ἐξέδριον posuit, in epistola ad M. Fabiũ Gallum: Exedria quædã mihi noua instituta sunt in porticula Tusculani, ea uolebam tabellis ornare. Pollux autem lib. 1. ἐξέδραν esse ait, ἵνα συγκάθηνται, id est, consessus locum. Atq; ita Cicero interpretatus uidetur esse lib. 5. Tusculan. quæst. Hic Speusippus, hic Xenocrates, hic eius auditor Polemo, cuius ipsa illa sessio fuit, quam uidemus. Et mox, Tamen ego illa moueor exedra. De eodem enim hæc loco dicuntur. ἔφεδρος, quasi obsessor, seu subsessor est. & ἐφεδρεύειν, obsidere, ac urgere, id est ὑποκαθῆσθαι. & ἐφεδρεία, assiduitas. Atq; hoc nomine præsidium Greci & subsidium interpretantur. Polyb. lib. 1. θάνατος παρὰ ῥωμαίοις πρόστιμον ἐστὶ φυγόντι τῆς ἐφεδρείας. Propositum ait esse supplicium mortis desertori loci sui, aut præsidij. Et paulo antè de Hierone, βουλόμενος οἷον ἐφεδρείαν ἐν τῇ πόλει καταλιπεῖν τοῦτον. De socero Hieronis hæc narrat, quem studeret ille tanquam in presidio domi relinquere, cum ipse abesset. Et lib. 2. ἐφεδρείας ἔχοντες τάξιν, subsidij loco. Propriè autem dicebatur ἔφεδρος in certaminibus, qui obseruabat euentum certantiũ, et postea cum uictore congrediebatur, quẽadmodum copiosè exposuit Lucianus in Hermogene, siue sectis. Est & in Ranis Aristophanis uerbum in hac significatione positum,

νυνὶ δ' ἐπείπερ, ὡς ἔφη Κλειδημίδης,
ἔφεδρος καθεδεῖται, κἂν μὲν Αἰσχύλος κρατῇ
ἕξειν κατὰ χώραν. εἰ δὲ μή, περὶ τῆς τέχνης
διαγωνιεῖσθ' ἔφασκε πρός γ' Εὐριπίδην.

Atq; ille, sicut retulit Clidemides,
Subsessor erit. At Aeschylus si uicerit,
Manebit ibi quietus: si uerò minus,
Certamen artis inibit contra Euripidem.

Suidas interpretatur τρίτος παλαιστὴς uocabulo nouo & externo. Nam tabulam lusoriam posteriores τάβλαν nominarunt: & ταβλίζειν, ad tabulã ludere, quod facere prohibentur in quadam Iustiniani edictione Episcopi. Est igitur ἔφεδρος, is qui euentum aucupatur quasi ex insidijs: sed et omnino oppositus, seu aduersarius. Eurip. Phœnissis,

λόχους συνάψας ἑπτά, καὶ λοχαγέτας
πύλαις ἐφ' ἑπτὰ φύλακας, Ἀργείου δορὸς
ἐφέστηκ' ἐφέδρους. —

Diuisit ordines septem, ac totidem duces,
Portas in omnes filius tuus, hostium
Aduersus impetum, & tela Argiuæ manus.

In Philocteta sessionem notat. ἔφεδρον enim uocat Chorus, matrem deûm, ταυροκτόνων λεόντων, id est, leonum agitatricem, qui iuncti essent ad currum ipsius. Herodoto successorẽ significat, in Terpsichora, τίκτει τὸν δὴ Κλεομένεα τοῦτον, καὶ αὕτη τε ἔφεδρον βασιλέα Σπαρτιῆται ἀπέφηναν: Parit tamen Cleomenem hunc, atque ipsa quidem produxit eum, qui deinceps regni administrationem susciperet. In Aiace inquit Chorus, καί μοι δυσθεράπευτος Αἴας ξύνεστιν ἔφεδρος. Malum insanabile Aiacis se super omnia pre-

mere ac urgere ait. Obsidij & obsidionis interpretatio est πολιορκία. & obsessi, qui & circumsessi, πολιορκηθέντες. & obsidere, πολιορκεῖν, quod & in mora προσκαθῆσθαι dixerunt. Obses autem est ὅμηρος. & ὁμηρεύειν, obsidem esse. Dissidium Latinis dissensionem & distractionem notat. & dissident, qui dissentiũt. Valeant, qui inter nos dissidium uolunt. Græci διαφορὰν & διάστασιν uocant: sicut στάσιν, quam Latini seditionẽ. Assiduus etiam magis ab assidẽdo, quàm ære uidetur factus. Sedulus autem, qui est ἐπιμελὴς, καὶ προσέχων τὸν νοῦν, traditur dictus à culpæ uitatione, id est, sine dolo. ut sit sedulò, ἀδόλως, accurate: sicut securus, ἀμέριμνος, sine cura. Latina uocabula sunt sedes, sedile, sella, solium. Græca, ἕδρα, καθέδρα, ἑδρανον, θῶκος, θρόνος. & θοάζειν, residere. Oedipo tyranno,

τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε;

Quæ uestra, quam residetis hic, est sessio?

Et θάσσειν, ac θάσσειν, assidere. & inde θῆτες, mercenarij. & θητεύειν, mercede seruientes. & Athenis τὸ θητικὸν, de quo alibi dicẽdi locus dabitur opportunior. & θακεῖν, residere. Aiace, ἴσω θακῶ. & θᾶκος, sedile. Phœnissis,

θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν οὗ μαντεύομαι.

Et traditur Thebis locũ hoc quendam nomen seruasse, quasi in quo Tiresias auspicijs operã dare solitus fuisset. Item ἕδος,

γαῖ' εὐρύστερνος πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.

Et in theatro ἑδώλια. unde & ἑδωλιάζειν, considere, ut Pollux lib. 4. Et ναοὶ καὶ ἕδη, templa ac delubra, in oratione Lycurgi contra Leocratem. ἱδρύειν autẽ est locare, & firmare. & ἵδρυσις, collocatio. & καθιδρύειν, collocare. Thucyd. lib. 2. καὶ διεξῄει γὰρ διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἄνωθεν ἀρξάμενον τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ πρῶτον ἱδρυθὲν κακόν: Transibat enim per totũ corpus, supernè cõmotum in capite residens malum. Herod. Melpomena, ἱδρυθέντι δὲ τῷ στρατοπέδῳ, castris locatis. ἱδρύειν de simulacris dixerunt. Herod. ἀνέστησε, τοῦτον καθ' ὃν κόψας ἄγαλμα δαίμονος δὴ αὐτοῦ ἐποιήσατο, καὶ ἵδρυσε τῆς πόλεως ὅκου ἦν ἐπιτηδεώτατον. Et ἵδρυσις, simulacrorum consecratio dicebatur. ut in Pluto,

ἱδρυσόμεσθ' οὖν αὐτίκ' ἀλλὰ περίμενε

τὸν πλοῦτον, ὅπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος.

Hoc nimirum statui fuerit. εἵσατο hoc est apud Theognidem:

ἄρτεμι θηροφόνη θύγατερ διὸς, ἣν ἀγαμέμνων

εἵσαθ' ὅτ' ἐς τροίην ἔπλει νηυσὶ θοαῖς.

Nata Diana Iouis, statuit cui rex Agamemnon,

Ad Troiam tendens, hoc simulacra loco.

Et templum ἵδρυται, erectum & consecratum est. Polymnia, ἐν δὲ Λάμψακος ἐστι ἱερὸν ἀμφικτυονίδος ἱδρυται, καὶ ἕδραι εἰσὶν ἀμφικτυόνων Et ara. Suidas adducit ex Aristophanis fabula, cui nomen Danaides, hos uersus,

μαρτύρομαι δὲ ζηνὸς ἑρκείου χύτρας,

μεθ' ὧν ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύθη ποτέ.

Testificor Hercei sacras ollas Iouis,

Hæc cum quibus quondam ara posita est hoc loco.

Qui in tergo iacent, supini, id est ὕπτιοι: ut πρηνεῖς, proni, qui super facie. Galen. lib. 3. περὶ χρείας μορίων, οὐδ' ἐν οὐδ' ὕπτιος οὐδεὶς, οὔτε πρηνὴς ἐργάζεται: Nemo opus facit ullum aut supinus, aut pronus. Et ὕπτια, loca plana, uel etiam decliuia. & ὕπτιοι, ac ὑπτιάζοντες, cunctantes ac cessantes. Herodianus, ἔτι γὰρ μέλλοντος καὶ ὑπτιάζοντος τοῦ Νίγρου: cunctãte, ac ueluti supino stertente Nigro. Et ὕπτια quædam καταγορεύματα Stoicorum. Atq; hi κεῖνται, id est iacent. Græcis autẽ sunt & νόμοι οἱ κείμενοι, leges, quibus ciuitas administratur. Et κεῖται aliquid apud hũc uel illum autorẽ, id est reperitur. Et apud Homerum κεῖται Patroclus, iacet. id est, cæsus est. οἱ κείμενοι, siti. Et κακὸν εὖ κείμενον, malum bene situm. κειμήλια autẽ sunt, quæ reponi atq; asseruari solent, & propter precium, & propter eos, à quibus accepimus. κεῖται enim, quod asseruatur. ut Ιλ. δ. βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα. διακεῖσθαι, affici, & animatum esse. πρόκεινται mortui. Sophoc. Aiace,

θανόντες ἂν πρὐκείμεθ' αἰσχίστῳ μόρῳ.

Et paulo antè, abiectus iaceo, τὰ νῦν δ' ἄτιμος ὧδε πρόκειμαι. quò & alia, quę huc pertinent, adiungantur.

Aduersi corporis sunt βουβῶνες, iguina, quod & de uerendis dicitur.

—Quid enim Venus ebria curat?

Iguinis & capitis quæ sunt discrimina, nescit.

Et βουβὼν, morbus. & uerbum βουβωνιᾶν. Ibidẽ est pecten, pubis os, κτεὶς τὸ τῆς ἥβης ὀστοῦν. Vtrinq; μηροί, id est femina. Βουβὼν enim κοινὸν μηροῦ καὶ ἤτρου, inquit Aristoteles, id est, ut Gaza, femoris & imi uẽtris iguen.

inguen. Quin femina & femora sint μηροὶ, dubium non est. Femina tamen Latini, carnes huius membri, seu pulpas dixerunt: ut cum equitatu Plinius scripsit atteri & aduri femina. Nam μηροὶ equo applicantur ea parte, qua interius illũ contingunt. Xenophon de Re equestri, τῷ τε γὰρ μηροῖν ὅπως ἂν ἔχοιτο μᾶλλον τοῦ ἵππου. Sic enim & feminibus firmius adhæserit equo, ut nos aliquãdo fecimus hunc libellum, transferentes in linguam Latinam. μηροὺς idem Xenophon interius in equis nominauit, μηρὼς γε μὴν οὖν ὑπὸ τῇ οὐρᾷ ἢν ἅμα πλατείᾳ τῇ γραμμῇ διωρισμένους ἔχῃ. id est: Femina quidem sub cauda, si latioris interualli linea distinxerit. Huius igitur membri totius, cum carnibus pulparum, & toris, quale apparet, nomen est μηρὸς, id est femur. ut,

—Ocyus ensem
Aeneas uiso Tyrrheni sanguine lætus,
Eripit à femore.—

Etsi Seruius femine legit. Ιλ. ά.
ὁ δ᾽ ὅ γε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ.
Sed & ossis, quod insertum acetabulo in genu desinit, propria est hæc appellatio. Hic est nimirum μηρὸς ἀμφικέφαλος Aristoteli, utrinq; quasi caput habens. Hæc est & coxa. Ita enim Celsus, Coxis proxima sunt genua. Sed coxas & coxendices potius ἰσχία pleriq; uocarunt, ut diximus. μηρία autem sunt ὀστᾶ μηριαῖα, id est, huius membri ossa, quæ adipe tecta ueteres in sacris exurere solebant, ritu prisco, cuius originem memorat Hesiodus Theogonia. Est & Indici montis nomen μηρός. unde Dionysus, qui est Liber, μηροτραφὴς dictus. Et fabula cõficta de femore Iouis, in quo fœtus ereptus utero materno, maturuerit, & tempora materna compleuerit, ut Ouid. cecinit lib. 3. Metamor. Femoris, ut & aliorum ossium, medici κεφαλὴν nominant, atq; etiam αὐχένα. διαμηρίζειν autem apud Aristoph. uerbum est obscœnæ significationis. φρασὶ, καταθραύσαντα δὲ τὴν αἱμασιὰν τὸν μηρὸν ἀποθλιβῆναι. Salientis ait Miltiade per maceriam femur luxatum & conuulsum fuisse. A feminibus sunt feminalia, & à femore femoralia, tegmina partis illius, quæ & subligaria. Martialis,

Si pudor est, transfer subligar in faciem.

Et subligacula, & capistra, & rhenones. Græcorũ nomina suprà etiam commemorauimus, ζῶσμα, περίζωμα, & περιζώστραν. Pollux adduxit ᾤαν λουτρίδα, ex Theopompo Comico, tegumẽtum uerendorum in balneis. ἀπὸ τοῦ μηροῦ sunt εὔμηρος, firmis femoribus. καλλίμηρος, pulcris. παραμήρια, & παραμηρίδια, Polluci τὰ φορὸς ea erunt femina. Xenophonti sunt παραμηρίδια, arma tegentia hanc partem. μεσομήρια fortassis interfeminia, secundum Apuleium. φαινομηρίδες autem uirgines Lacęnæ, quarum defluentibus uestibus femora nudarentur. Hæc pars in Pythagoræ corpore quodam tempore forte nudata, aurea fuisse uisa perhibetur. Excrescentia, id est ἔκφυσις ossium, iuxta caput femoris, τροχαντὴρ est. Et apud Galenum, ὁ μικρὸς καὶ ὁ μέγας τροχαντήρ. In motu autem trepidans caro, μυῶν habet appellationem, qui sunt musculi. Hoc est os omnium in corpore maximum, non rectum, sed repandum, Hippocrati γαῦσον ἐς τὸ ἔξω μηρός. Inferius est crus, id est κνήμη, ut ait Aristoteles, δίοστον, id est, duo ossa continens. Os est tibia Latinis, & secundũ Galenum κνήμη, in hoc membro maius: περόνη, id est fibula, minus. Pollux hoc exterius uocat παρακνήμιον: illud interius, προκνήμιον. Sũt autem hæc ἰσομήκη μὲν, id est, pariter longa: sed non ἰσοπαχῆ, id est, pariter densa. Atq; idem Pollux maius os, quod Galenus κνήμην, appellat ἀντικνημίδα, & processus illius περόνας & παρακνημίδας, dictas à quibusdam στήριγγας, id est fulcra. ἀπὸ τοῦ στηρίζεσθαι, quod est sustinere, & fulcire, & etiam insistere. Vnde & stellarum στηριγμοί, quasi insistentia, cum neq; progredi, neq; retrocedere uidentur. Xenoph. autem tibiam in equis στήριγγα esse ait, id est. stabilimentum corporis. Hæc igitur pars est à genu & poplitibus, de quibus paulo pòst, usq; ad calcem. Atq; Pollux aduersam partem quosdam κνήμην, auersam ἀντικνήμιον appellasse ait. Sed uerius est, quod et ipse Pollux scripsit, priorem partem esse ἀντικνήμιον, & posteriorem γαστροκνημίαν, & γαστροκνήμιον, quæ est pulpa quasi uentricosa cruris, Latinis sura, ita & Aristoteles. Hunc torum seu musculum accipiunt Ιλ. π΄. παχίστου μυῶν. A crure sunt κνημῖδες, ocreæ: ut à tibijs, tibialia. Et εὐκνήμιδες Ἀχαιοί, elegãter ocreati. Et

ti. Et quæcunque tegumenta tibiarũ, hæc erunt tibialia. Ὀδυσσ. ω.

— περὶ δὲ κνήμῃσι βοείας
κνημῖδας ῥαπτὰς δέδετο γραπτῦς ἀλεείνων.

Dicit Laertem habuisse circundatas tibias consuto corio bubulo, contra lacerationes sentium. εὔκνημος, elegantibus seu pulcris tibijs. Est enim hoc mẽbrum in corpore uirili spectabile. σκελίδες ὀλόκνημοι, ut dicemus. Et κνημοὶ ὀρῶν, iuga montium. κνημοῖς ἐνὶ Καυκασίοισιν, Apollonius lib. 3. Et ιλ. λ΄. Ἴδης ἐν κνημοῖσιν. Et ιλ. β. πολύκνημον Ἐτεωνόν, δύσβατον καὶ ὀρεινόν, in iugis sitam & salebrosam urbem. Et Λοκροὶ ἐπικνημίδιοι, & alij ὑποκνημίδιοι, à monte, cui nomẽ κνημίς. Et prouerbium, quo præpostere facta notantur, τὰς κνημῖδας τῇ κεφαλῇ περιθεῖναι, ocreas applicare capiti. Nexus femoris & cruris, γόνυ, genu. Hic est flexus contrarius illi in cubito, Græcis συγκαμπή. Apud Cratinum Comicum γονατίζειν, quod ingeniculare quidam dixerũt, id est, genua flectere. γόνατα sunt genicula, & de uitibus, & de aristis, & de arundinibus. Herod. Thalia, καλάμου δ᾽ ἐν γόνυ πλοῖον ἑκάστου ποιέεται. Plin. lib. 16. cap. 36. Nauigiorum etiam uicem prestant, si credimus, singulorũ internodia. Idem paulo post: Alia spissior densiorque geniculis, breuibus internodijs. Ex quibus manifestum fit, genicula Latinos appellasse ipsos nodos: internodia uerò, inter hos excrescentes culmos. Sed græcũ nomen est commune. A' geniculo, geniculatus. Radix Plinio geniculata, & culmus Ciceroni geniculatus, distinctus geniculis. Et panicum Plinio in culmum geniculatum. Et aliquid in geniculum nodatur, id est γονατοῦται. Apud Homerũ γουνοῦσθαι est supplicare, & aduolui ad genua. Ὀδυσσ. ζ. γουνοῦμαί σε ἄνασσα. Idem significat γουνάζεσθαι. Et ἅπτεσθαι γονάτων. ιλ. α.

— Θέτις δ᾽ ὡς ἥψατο γούνων.

Hecuba,

ἅψαι δὲ γονάτων τῶν ἐμῶν πεπτωκὸς ὤν.

Homericum est ιλ. α.

— καὶ λάβε γούνων
σκαιῇ, δεξιτερῇ δ᾽ ἄρ᾽ ὑπ᾽ ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα.

Vbi totus ueterum supplicationum gestus exprimitur. In Phœnissis est, ἑλίξας ἀμφὶ σὸν χεῖρας γόνυ, implicitis manibus circum genua. Ὀδυσσ. η.

— σόν τε πόσιν, σά τε γούναθ᾽ ἱκάνω.

Medea,

ἀλλ᾽ ἄντομαί σε τοῦδε πρὸς γενειάδος,
γονάτων δὲ τῶν σῶν, ἱκεσία δὲ γίγνομαι.

Sed te per hoc ego mentum obtestor tuum,
Perque genua tua, supplex en fio tibi.

ιλ. φ. de Lycaone, ἑλὼν ἐλλίσσετο γούνων.

Aeneid. decimo,

Et genua amplectens, effatur talia supplex.

Hi sunt γονυπετεῖς, ijdemque erunt καθεζόμενοι ἐπὶ γόνυ. Et Phœnissis, γονυπετεῖς ἕδρας προσπίτνω σ᾽ ἄναξ, in genua ante te procumbo, ô rex. Et γονυκλινεῖς, qui prouoluuntur genibus, & abijciunt se, atque iacent ante pedes supplices. Hominis enim genibus, ut ait Plinius, quædam religio inest obseruatione gentium. Hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, fortassis quia inest ijs uitalitas. unde hoc Homericũ,

ζωοῖσιν μετέω, καί μοι φίλα γούνατ᾽ ὀρώρῃ.

Donec uiuos inter ero genibusque ualebo.

Et Theocriti ποιεῖν τι δεῖ ἕως γόνυ χλωρόν, id est, agendum est aliquid, dũm uires sunt integræ, & uigẽt genua. Senibus autem in carmine Tyrtæi, οὐκέτι γούνατ᾽ ἐλαφρά, non amplius agilia sunt genua. Et Turno Genua labãt. εἰς γόνυ καταβάλλειν, prosternere. ὕστερον, μετὰ δὲ ταῦτα ἡ ναυμαχία ὑπολαβοῦσα ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε: Mox consecuta naualis pugna, ciuitatẽ prorsus prostrauit. Theocrito est ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνάμα, genu sura propius. Et eidem tristes domi gratiæ, ἐν γονάτεσσι κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι, deposito capite super genibus. Pollux ait, qua parte genu cum coxa cõmittatur, id uocari caput tibiæ. Et sanè Galenus etiã τὴν κάτω κεφαλὴν μηροῦ nominauit. Qua autem patella tegitur genu, ea est Græcis ἐπιγονατίς, os rotundum, iuncturæ applicatum, & illam tegens. Est & μύλη, mola, quibusdã palmula: Aristoteli πλανησίεδρον, mobile quiddam, & uagum. ὀστοῦν ἐστι χονδρῶδες, cartilaginosum os. Et Hippocrati ἐπιμυλίς, quasi quiddam molare. & κόγχη concha. itemque κόγχος. Nam utraque formá hoc nomine usi ueteres reperiũtur. Hipponacti etiam μυλακρίς. Hoc tamen esse nomen uel gallinę, uel animalculi quod in molendinis generetur, apud Comicos admonet Pollux, & adducit ex Aristophane uersus duos,

ira

ἵνα ξυνῶσιν ὑπὲρ ὧν ἔλθον βίον
σκώληκας ἐσθίοντες καὶ μυλακρίδας.
Vitam ut colant, quia delectantur maximè,
Vermes edentes atq; blattas de mola.

A' tergo eſt ἰγνύη, illud poſt genu cauũ, ubi poplites extant, quibus crus reuinci tur. Dixerũt et ἀγκύλην. & ιλ. ψ'. κώληπα, κὸψ' ὄπιθεν κώληπα τυχὼν, ὑπέλυσε δὲ γυῖα. γνὺξ aduerbium, & ὀκλὰξ: quorum illud in genua prolapſum, hoc flexum ſignificat. Et ὀκλάζειν, incuruare ſe, & obliquare. Oedipo Coloneo, λεχριὸς γ' ἐπ' ἄκρου λάου βραχὺς ὀκλάσας. Obliquum iubet illum reſidere in ſummo ſaxo, leuiter ſe recuruantem. Et ὀκλασὶ, obliquè. Et ὀκλαδίας δίφρος, ſella quæ explicari & componi ſolet: quales & in noſtra gente maioribus uſitatæ fuerunt. Pauſanias Atticis, δίφρος ὀκλαδίας ἐστὶ δαιδάλου ποίημα. Et πρόχνυ, penitus, & in genua. ιλ. ι. πρόχνυ καθεζομένη, id eſt γονυπετής. Hoc enim eſſe uolũt quaſi πρόγνυ, & μετακλίνει πρόχνυ. γουνὸς autem eſt γόνιμος τόπος, id eſt fœcundum ſolum. γουνοῖσιν ἐλευθῆρος μεδέουσα, regina ſoli fœcũdi Eleutheris. Et γυνῶν ἄλλως ἐπιγουνίδα, interpretantur muſculum genu. Sunt autem accipiendi illi tori, qui circa genu in robuſtis corporibus apparent, bonæ conſtitutionis indices. Οδυσσ. ς.

ἦ τάχα ἶρος ἄϊρος ἐπίσπαστον κακὸν ἕξει,
οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει.
Scilicet accerſet damnum ſibi futilis Irus,
Talia genua ſenex laceris de ueſtibus effert.

Apollonius ἀργοναυτικῶν γ'.

— αἱ δὲ χιτῶνας
λεπταλέους λευκῆς ἐπιγουνίδος ἄχρις ἄειρον.

Dicit famulas Medeæ ſuſtuliſſe ueſtes uſq; ad genua, aſſectantes eſſedum dominæ. Pindarus autem πυθίων δ'. ἐπιγουνίδιον βρέφος, impoſitũ genibus dixit. Latinis eſt genus, genu, genum. Græcis etiam uaria nominis flexio. Planè autem γόνυ, genu eſt, ut πόδες pedis. Ariſtoteli Phyſiognomonicis, γονύκροτοι ſunt impuri, quibus genua trepidant. ἀγόνατον, idem ἐν τῷ περὶ πορείας ζώων, abſq; genibus. οἷον εἴ τι ἀγόνατον ἦν τῶν βαδιζόντων, ſi quid ingrederetur expers genuum. ut de elephantis traditum ſcimus. Totum membrum à femore ad calcem, Latinis interdum pes, Græcis σκέλος uocatur. Etſi placet quibuſdam, σκέλος eſſe propriè crus, id eſt tibiam, ἀπὸ τοῦ ἀνακλᾶσθαι. ut hoc nomine illa pars, quæ carne non tegitur, ſignificetur. σκελετὸς quidem oſſa nuda ſunt. Et σκελετεῦσαι, nudare oſſa, & deſiccare. σκελίδες autem ſunt planè femora pecorũ & porcorũ, id eſt, quod à ſpina pertinet ad imum uentrẽ. Apud Athenæum uerò lib. 6. ſunt,

σκελίδες ὁλόκνημοι πλησίοντα κείμεναι
ἐν πινακίσκοις. —

Appoſitas eſſe ait pernas integras in patinis, quæ quidem molliſsimæ ſint. ὑποσκελίζειν autem, in lucta pedes ſuffligere. Lucianus, οἱ μὲν αὐτῶν περιπλεκόμενοι ἀλλήλους ὑποσκελίζουσιν: Alij impliciti mutuò, ſubiectis ſeſe cruribus peruertunt, ſiue ſupplantãt. Et uerſus eſt ὑπερσκελὴς, ſeu μακροσκελὴς, qui alio uocabulo ὑπέρμετρος, numeris abundans. κακοσκελὴς autem, prauis cruribus, qualem Euphorionem Chalcidenſem poetã fuiſſe memorant: et inſuper μελίχροα, atq; πολύσαρκον, id eſt pallidum, & corpulentum: & tamen dilectum potenti in Eubœa fœminæ Niciæ. Galeno eſt & ἱπποσκελὴς, qui eſſet equinis pedibus inſtructus. Et βραχυσκελῆ, habentia breuia crura: & μακροσκελῆ, longa, Ariſtoteli. Et σκέλος βαδιστικὸν ὄργανον, ſicut χεὶρ ἀντιληπτικὸν, περὶ χειρῶν 3. Et crura in uite nominauit Columella. Et Geometris eſt τρίγωνον ἰσοσκελὲς, æqualium crurum. περισκελίδα, tibialia interpretantur. περισκελὴς autem σίδηρος, Antigona, ferrum eſt durum. Et περισκελεῖς φρένες, Aiace, mentes præfractæ. Et Lamiæ ὀνοσκελεῖς, id eſt, cruribus aſininis. In India narrat Plinius perhiberi, eſſe hominũ genus, qui μονοσκελεῖς uocentur, ſingulis cruribus miræ pernicitatis ad ſaltum: eoſdemq; σκιάποδας, quòd in maiore æſtu humi iacentes reſupini, umbra ſe pedum protegant, non longè eos à Troglodytis abeſſe. τρισκελεῖς autem τράπεζαι, Cratino. Latinis à crurum uitijs ſunt, Vari, Vaciæ, Vatinij, ut ait Plinius. Addunt quidam & Vatienos, & Valgios. Pollux ex Menandro περισκελίδας adducit, quas geſtarent uirgines. Hæ nimirum tibialia erunt. Idem lib. 7. ſcribit, σκελέας quoſdam nominaſſe πιλωτρα & ἀναξυρίδας, integumenta tibiarum, itaq; Græci feminalia interpretantur. ἀσκωλιάζειν autem, quod interpre-

tatur, altero pede subsilire, ad σκέλος origine quidem nihil pertinet, cum tamen id uerbũ notet, quod ait Pollux. Quemadmodum & Galenus ad Glauconem lib. 2. interpretatur, καὶ ἀσκωλιάζειν δὲ κατὰ θάτερον σκέλος ἐποίουν τὸ παιδάριον ὅπως ἐπ' ἐκεῖνο φέροιτο τὸ πλέον τῆς τροφῆς: Puerum iubebant insistentem altero pede exultare, ut in eam partem alimenti maior pars deferretur. Aristoteles περὶ πορείας ζώων, id est, de gressu animantium, διὸ καὶ ἀσκωλιάζουσι ῥᾷον ἐπὶ τοῖς ἀριστεροῖς: insistentes sinistris pedibus, facilius exultant. Fuit autem talis saltatio solennis quondam Athenis, ludis quibusdam rusticorum, & rei nomen ἀσκώλια. Aliqui ἀσκωλιάζειν, quasi ἀσκοκωλιάζειν, in utrem insilire. Aliqui ἀπὸ τοῦ ἀσκώλου, id est laeui, uerbum deduxerunt. nam tum, ut Virgilius fecit,

—Inter pocula laeti,
Mollibus in pratis unctos salière per utres.

In Pluto iocans Cario inquit,

ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν αὐλείαν.

ἀσκελὲς & ἀσκελέως perdurationem notat. ιλ. τ.

—οὐδέ τι μακρὰ
ἀσκελέως αἰὲν μινυρίζειν. —

Οδυσσ. α.

ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰὲν
Κύκλωπος κεχόλωται. —

ἀσκελὲς interpretantur ἀμεταπειστῶς, id est pertinaciter, κατὰ στέρησιν τῶν σκελῶν. εὐσκελὴς autem, expeditũ. πολυσκελὴς, cum multis pedibus: sicut πολύχειρ, cum multis manibus. κατὰ σκέλος, Plinio pedatim, ut dicetur. ὕπο σκέλος πάλιν χωρεῖ, Eteocles Phoenifs. id est retrocedit. ἀσκληπιὸν etiam ludentes ἐτυμολόγοι fecerunt, ἀπὸ τοῦ τὰ ἀσκελῆ νοσήματα ἤπια ποιεῖν. quod dura mala morborũ mitigaret: uel παρὰ τὸ μὴ σκελλετεύεσθαι τοὺς νοσοῦντας, quòd non affligeret, neque maceraret aegrotantes. Quod etsi utrunq; medicina profitetur, & medici est officium, tamen nomine etiam an declaretur, nescio, neque multum sanè refert. σκέλη propriè totum illud sunt, quod infra truncum est, id est, ubi finditur corpus. unde & διασχίδα, id est fissuram illam, & ueteres διχήλαν, dixerunt. Et ζώων μορίων δ. δίχηλος στρουθὸς λιβυκός. Nam δίχηλα sunt animalia cum fissa ungula. γενέσεως ζώων δ', τὰ δίχηλα ἐλιγοτόκα πλὴν ὑός. Et χηλὴ, ubi finditur mare, brachium, apud Thucyd. lib. 7. Et lib. 8 χηλὴ γάρ ἐστι τοῦ πειραιῶς ἡ ἠιόνα.

Poplitum neruus latus est, tendens ad calcem. is est τένων, cõmuni appellatione. et occipitij τένοντες sunt Homero. Sed de hoc alias. Calcem σφυρὸν dixerunt μεταφορικῶς, ἀπὸ τῶν χαλκευτικῶν σφυρῶν, id est. de malleis. Sunt autem σφυρὰ in ima tibia. & πέζα, eadẽ: cuius candor in mulieribus spectabilis. Hanc esse infrà sub tibia partẽ, & Homerus indicauit. ιλ. δ.

τοῖοί τοι μενέλαε μιάνθην αἵματι μηροὶ
εὐφυέες, κνῆμαί τε ἰδὲ σφυρὰ κάλ' ὑπένερθε.

Hel. Eobanus noster ita,

Talia nunc Menelae tibi tua crura fuerunt,
Cruraq;, & effluxo perfusae sanguine surae,
Qui tibi iam ad talos etiam peruenerat imos.

Et in ocreis sunt ἐπισφύρια, quib. hi processus tibiae teguntur. ιλ. γ.

κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
καλὰς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας.

Haec nos quondam sic uertimus,

Principiò suris ocreas circundat utrinq;,
Conspicuas argento quas aptat fibula talis.

περισφύρια autem sunt in Melpomena, fasciae circum talos: τὰ δὲ γυναικῶν περισφύρια ἐφ᾽ ἑκατέρου πολλὰ ἑκάστη φορέει. Dionysius & ἀνέμου σφυρὸν, cursum uenti uocauit,

ὅπη τρέψῃ δ' ἀνέμοιο θοὸν σφυρὸν εἴσω ἑκάστου.

Hinc sunt Homero & Hesiodo καλλίσφυρος ἥβη, & εὔσφυρος ἀμφιτρίτη, elegantibus talis. σφυρήλατος autẽ elaboratus est, ἀπὸ τῶν σφυρῶν. πέζα autem, ut dixi, est eadem. Et Homero ἀργυρόπεζα θέτις, & Pindaro ἀργυρόπεζα ἀφροδίτη, niueis conspicua plantis. Et ἰλλόπεζαι κόραι, Lycophroni, naues, à multis quasi pedibus remigij In Hesychio sunt κρουπέζια, soleae ligneae, quasi κρουσιπέζια, ad calcãdas oleas. & κρουπεζόμενος, induratis pedibus. Hinc est πεζὸς et πεζίτης, pedester. Sunt autem Latinis copiae pedestres, qui est peditatus: & iter pedestre. & πεζὸς λόγος, non elata supra communem cõsuetudinem oratio. Et πεζεύειν, pedib. iter facere, aut merere: sicut ἱππεύειν equo. πεζέταιρος est & ipse pedes. Sed in secunda Olynthiaca πεζέταιροι quidam scripsere, interpretantes eos qui alterũ pedem nudum haberent. πεζῇ autem, pedibus, aduerbialiter.

πεζῇ βαδίζω, νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.
Incedo pedibus, cum natare non sciam.

πέζα etiam in ueste fimbria, quæ & ὤα. Apollonius Ἀργοναυτικῶν δ΄.

ἄκρην ὑψόθι πέζαν ἀερτάζουσα χιτῶνος.

Et quod infrà est. Dionysius,

καὶ χίος ἠλιβάτοιο Πελιναίου ὑπὸ πέζαν.

Et κυανόπεζα τράπεζα, ιλ. λ΄. nigrantibus pedibus. Sed & τῆς τραπέζης ἔτυμον esse uolũt à pedibus quatuor, ut sit illa quasi τετράπεζα. Ibidem nominatur & ἀστράγαλος, quem collocat Galenus medium infra tibiam, supra calcẽ. Iuxtaq; hunc interius os σκαφοειδής, exterius κυβοειδής. Itaq; uertebram intelligemus: hæc enim significatio uocabuli. ut ιλ. ξ΄. de uertebra ceruicis,

τόν ῥ' ἔβαλεν κεφαλῆς τε καὶ αὐχένος ἐν συνεοχμῷ
νείατον ἀστράγαλον. —
Hunc icit, capiti ceruix ubi iungitur, imum
Vertibulumq; subest. —

& Odyss. κ.

— ἐκ δέ οἱ αὐχὴν
ἀστραγάλων ἐάγη. —

Totius autem loci illius hic est sensus,

Vndiq; cum socij strepitu fecere tumultum,
Quo miser excitus subito, gradibusq; reuerti
Oblitus, summi cecidit per culmina tecti,
Fregit & elisa talos ceruice retortos.

Cum igitur Aristoteles et Plinius negãt hominem talos habere, intelligẽda sunt ossa, quorum usus in alea ueteribus fuit: quibus ludẽtes, ἀστραγαλίζοντες dicebantur, & ἀστρίζοντες: horum enim nomina ἄστριχοι etiam, & ἄστριες fuerunt. Ludebãt autẽ talis quatuor, id quod manifestum fit de libro primo Diuinationum: Quatuor tali iacti, casu Venereum efficiunt. Num etiam centũ Venereos, si quadringentos talos ieceris, casu futuros putas? Vnde etiam hoc cognoscitur, uniuersos talos iactum Venereum efficere: qui esset, cum in diuersa latera cecidissent, ut & Lucianus declarauit. & Martialis δίστιχον,

Cum steterit nullus uultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi.

Hic enim iactus erat lucrosissimus. Tali planicies, canis & chius. Hic casus detrimentosus erat. Propert. lib. 4.

Me quoq; per talos Venerem quærente secundos,
Semper damnosi subsiliere canes.

Etsi χῖον nõnulli felicem fuisse perhibẽt. ἑξίτης ὁ κῷος, id est senio Latinis, cauum. Et κῷος significare aiunt crepidines. Fuerunt inter iactus & Vulturius, & Hercules Basilicus. Collegisse autem ludẽtes de iactibus talorũ numeros, indicat Pollux lib. 9. ibiq; docet, στησίχορον octonarium, εὐριπίδην quadragenarium fuisse. In conuiuijs autẽ talis decernebatur imperium. Horatius: Nec regna uini sortiere talis. Idem: Quem Venus arbitrũ dicet bibendi. Certabant etiam, uter alteri imperaret ebibere quantum cõstitutum fuerat, positis pignoribus, ut apud Plautum in Curculione. Et Horatius:

Post hæc ludus erat, culpa potare magistra.

Talos autem cum iaciebant, amicã quisque suam inuocare solebat. In Asinaria: Te mihi Philenium, atq; uxori mortem. Hoc Venerium est. Et Captiuis: Amator cum talos iacit, scortũ inuocat. Hæc à re proposita non prorsus aliena, fructumq; aliquem ac uoluptatem studiosis bonarum literarũ allatura, admiscenda putauimus. Sed cũ hæc nomina σφυρῶν, & ἀστραγάλων, & talorũ, simpliciter ponuntur, ima tibia intelligitur, itaq; in equis Xenophon nominauit. & Latinis inde est talaris uestis, & ad talos stola demissa. Et talos defringi seruis uicini militis senex iubet, apud Plautum. Pompeius ait, ueteres talipedare dixisse uacillare, aut identidem pedes tollere. Hoc erit nimirũ σφαδάζειν. Horatius autem scaurum appellari dicit blandius, prauis fultum malè talis. Post imam tibiã, πούς, calx, & pes. & Philoctete, πὺς ἄκρος, qui propriè pes: sicut χεὶρ ἄκρα, quæ propriè manus dicitur. Hæc uocabula ad finem transferuntur, ut caput ad initium. Hinc sunt ista: εὔπους, & canes εὔποδες, bonis pedibus. & ἵππος κακόπους, prauis, Xenophonti. ὠκύπους, uelocib. pedibus, idẽq; ταχύπους. & ἀρτίπους, integris pedibus. Homero est ἔπι ἀφαυρή τε καὶ ἄρτιπος, ἀπ' οὐσωλῷ. εὐποδία, integritas pedum. ἀποδία, uel pedes, uel usus horum ademtus. ἀκροποδητὶ dixit Lucianus Prometheo, ὡς ἀκροποδητί τις μόλις ἑστάναι, ut summis pedibus ægrè aliquis insistere posset. ἀντίποδες dicuntur, qui aduersa aliorum uestigia habent, in eadẽ κατὰ διάμετρον plaga. ἐμποδιζώμεθα, impediamur.

τὸ ἐμποδίζειν enim impedire est. δίπους, bipes. τρίπους, tripus, cortina cum pedibus tribus. Fuere autem & τρίποδες ἄπυροι, & ἐμπυριβῆται, uasa quæ ad ignem, ut lebetes, apponebantur, quæq; erant pura. τετράπους, quadrupes. In ænigmate sphingis est, δίπουν, τετράπουν, τρίπουν. Ita enim corripiuntur huius formæ nomina. Deinceps fiet πεντάπους, ἑξάπους, ἑπτάπους, ὀκτάπους, ἐννεάπους, δεκάπους: bipes, quadrupes, tripes, quinq;, sex, septem, nouem, decem pedum. Nam Ouidius octipedem cancrum duplici uoce appellat. ἐμποδία, ἐμπόδισμα, impedimentũ. Olynthiaca 3. ἦν τοῦτο ἅπαν ἐμπόδισμά τι τῶν Φιλίππου. ἐμποδίζειν, impedire. ἐμποδὼν ἵστασθαι, obstare. & ἐμποδοστάτης, qui obstat. ἐμποδὼν autem non solum impedimento, sed etiam ante pedes, & in medio significat. Phœnissis,

ἃ δ' ἐμποδὼν μάλιστα τοῦδ' ἥκω φράσων.
Quæ maximè urgent, adsum ut exponam tibi.

Herod. μελπομ. τοὺς αἰεὶ ἐμποδὼν γινομένους ἡμερῶται πάντας: in quos incidit, eos subdit sibi. ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖν, referre pedẽ, retrò paulatim cedere. Xenoph. lib. 2. ἑλληνικῶν, οἱ δὲ λακεδαιμόνιοι ἐπειδὴ αὐτῶν πολλοὶ ἐτιτρώσκοντο, μάλα πιεζόμενοι ἀνεχώρησαν ἐπὶ πόδα: Lacedæmonij, quòd multi ex ipsis uulnera acciperẽt, cum admodum premerentur, paulatim referre pedem cœperunt. Et παιδ. κύρου 3. παρηγγύησεν ἐπὶ πόδα ἀνάγειν ἔξω βέλους. Cyrũ iussisse ait ordines abduci retrò, extra teli iactũ. Lucianus σκύθῃ, ἐπὶ πόδα εὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν, euestigio retrò abire. Et de uocabulo ἀποφράδος, κἂν εἴ τις βάσκανον, ἢ εὐνοῦχον ἴδῃ, ἢ πίθηκον, εὐθὺς ἐξιὼν τῆς οἰκίας, ἐπὶ πόδα ἀναστρέφει, euestigio conuertit iter. Polyb. lib. 2. οὐχ ὑπολειπόμενος τόπον πρὸς τὴν ἐπὶ πόδα ταῖς σπείραις ἀναχώρησιν, non relinquens locum cohortibus ad receptum. καλόπους erit pedibus bonis, aut pulcris: sicut è cõtrario κακόπους, uitiosis. Sed & καλόπους, lignea pedis figura, ad quam calcei consuuntur. Et prouerbiũ, ἐνὶ καλόποδι πάντας ὑποδεῖν, Ad unum exemplum omnibus calceamenta consuere. Et deminutum καλοπόδιον. Vocabulo hoc & Plato usus est Symposio, ἔχων τι τοιοῦτο ὄργανον, οἷον οἱ σκυτοτόμοι περὶ τὸν καλόποδα λεαίνοντες τὰς τῶν σκυτῶν ῥυτίδας: tale habens organum, quali sutores alutas leues reddunt obductas pedi ligneo. ποδοκάκκη, catasta. ποδοκατοχή τις οὖσα, id est pedum compressio. ποδάγρα, pedũ morbus. Et laborare ex pedibus, ποδαγρᾶν. ποδάγρα & ποδοστράβην significat, Xenoph. παιδείας κύρου α'. πολύπους, multipes: & piscis, ac uitij narium nomen. Platoni sunt πολύποδα, animalia multorum pedum: et pari forma ἄποδα, nullorum. Item Aristoteli de Generat. animalium, ἄποδα, δίποδα, τετράποδα, lib. 2. Itemq; de Partibus lib. 4. ubi & ἀποδία legitur, defectio pedũ. χαμαίπους appellata fuit sponsa, quæ non deduceretur bigis, sed pedibus. ποδοστράβη, tendicula ad feras capiẽdas. Xenophon, ἵστανται δὲ καὶ ποδοστράβαι ταῖς ἐλάφοις ἐν τοῖς ὄρεσι, tendiculæ ponuntur & ceruis ad montes. ποδονιπτῆρον, & ποδονιπτὴρ, peluis ad pedes abluendos: ut Amasidis illa aurea, κλειοῖ, & ποδονιπτήρ. ποδεὼν ἀσκοῦ, apud Herodotum, est Euripidi & in oraculo πώς. κλειοῖ, ἐπισπάσαντα τῶν ἀσκῶν δύο ἢ τρεῖς ποδεῶνας αὐτὸν λύειν ἀπαμμένους: Detractis utrium duobus aut tribus peronibus, seu sacculis, resoluisse illum laxatis uinculis. Eurip. Medea,

ἀσκοῦ με τὸν προύχοντα μὴ λῦσαι πόδα,
πρὶν ἂν πατρῴαν αὖθις ἑστίαν μόλω.
Ne pendulum utris soluerem prius pedem,
Reuersus atq; essem paternos ad lares.

Oraculum autem refertur à Plutarcho,

ἀσκοῦ τὸν προύχοντα ποδῶν μέγα φέρτατε λαῶν
μὴ λύσῃς, πρὶν δήμου Ἀθηναίων εἰσαφικέσθαι.
Magne pedem populi princeps qui pendet ab utre,
Ne soluas, patrias nisi mox ingressus Athenas.

Iussum autem fuisse aiunt Aegeum, ne cum externa muliere cõcumberet, & se integrũ reseruaret Aethræ coniugi suæ. In Vrania angustias uocabulum notat: τῇ γὰρ Δωρίδος χώρης ποδεὼν στεινὸς ταύτῃ κατατετάνει ὡς τριήκοντα σταδίων μάλιστά κῃ εὖρος: Regionis Doricæ hac in parte angustus est aditus, latitudine patẽs ad milia pass. circiter quatuor: id est, quasi pero extẽditur. In Vespis Aristophanis interpretantur χρυσολόφους τὰς μηλολόνθας πόδας, qui est aureolus brucus: & hos aiũt ποδεῶνας uocari. ποδήρης χιτών, tunica demissa ad pedes usq;. Xenoph. κύρου παιδείας 6. χιτῶνα πορφυροῦν ποδήρη στολιδωτὸν κάτω: tunicam purpuream promissam, & infrà restrictam. Idem & ἀσπίδας ποδήρεις.

δήρεις dixit: σὺν ἀσπίσι ταῖς ποδήρεσι, καὶ δόρασι μεγάλοις: cum illis prolixis ſcutis, & haſtis grandibus. ποδαλγία, pedum dolor. & ποδαλγὸς, qui dolores hos ſentit. Plato Comicus, ποδάρια pediculos, id eſt pedes paruulos: & ποδεῖα Critia appellauit pedũ inuolucra, quæ Aeſchylo ſunt πίλυτρα. Ita in Polluce legimus. πρὸς πόδα, & ut in Heſychio eſt, πρὸς ποδός, ſignificat cõuenientiam, translatum à calceis aptis pedi. Lucianus ad indoctum, qui libros multos cõpararet, πρὸς πόδα δή σοι καὶ ὁ εὐάγγελος οὗτος, quadrat nimirum in te & iſte euãgelus. Idem de uoce ἀποφράς, οὐ πρὸς πόδα ἂν εἴη τοιοῦτον, εἰπέ μοι, ἀποφράδα ὀνομάζεσθαι; An nõ conuenit, dic mihi, talem Nefaſtum appellari? ἀναποδίζειν τὸν γραμματέα, dixit Aeſchines orator: id eſt, iubebant ſcribam iterare recitationem. Et Antiphonti ſunt ἀναποδιζόμενα, quæ iterum perpenduntur. Hæc Pollux. Herodotus etiam uerbo uſus eſt, τερψιχ. ἅμα τε διεξιὼν τὸν λόγον, ἐπειρωτῶν τε καὶ ἀναποδίζων τὸν κήρυκα κατὰ τὴν ἐκ Κορίνθου ἄπιξιν, interrogans & reuocans præconem ad mentionem itineris Corinthij. Herodianus autem lib. 5. de Heliogabalo ita, ὁ δὲ Ἀντωνῖνος ἔθει πρὸ τοῦ ἅρματος, ἀναποδίζων εἰς τοὐπίσω, ὥς τε τὸν θεὸν ἀναβλέπων, καὶ τοὺς χαλινοὺς ἀντέχων τῶν ἵππων: Currebat Antoninus ante tenſas, retrocedens, & ſimul ad Deum reſpiciens, ſimul habenas equorum retinens. Lucilianum eſt uerbum repedare. Heſychius annotauit, ποδίζειν eſſe metiri: & hinc ἀναποδίζειν. Et ἀναποδισμὸν interpretatur repetitionem, & conuerſionem. & ἀνὰ πόδα, retrò. ἐν ποσί, iuxta pedes. Herod. Τερψιχόρῃ, αἳ ἐν ποσὶ αὐτέων ἐφαίνοντο ἐοῦσαι ἔτι καὶ ἐμεῦ. Manus ſtatuarum ait uiſas ad ſuum uſq; tempus fuiſſe iacentes ad pedes. Ariſtot. πολιτικῶν 2. ἐκ τῶν ἐν ποσὶ καὶ μικρῶν προσκρούοντες ἀλλήλοις. τὰ ἐν ποσί, ſunt quæ ante pedes, apud Terentiũ, & in illo uerſu de Diuin. 2.

Quod eſt ante pedes, nemo ſpectat: cœli ſcrutantur plagas.

Et elegantibus illis in Aetna,

Nam quæ mortali ſpes eſt, quæ amentia maior,
In Iouis errantem regno perquirere uelle,
Tantũ opus ante pedes tranſire, & perdere ſegnes.

Lucianus, τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν, ignorans hæc trita, quod eſt Platonicum in Theæteto. Eurip. Andromacha,

— τὰ δ᾽ ἐν ποσὶν
οὐκ ἐξικμάζω, καὶ λογίζομαι κακά.

— Sed quæ ante ſunt pedes,
Conſidero minus, atq; perpendo male.

Pindarus πυθίων 11. τὸ δ᾽ ἐν ποσὶ μοι ἴτω πρόχειν: id quod adeſt, procedat. ἐμποδίζειν, planè eſt impedire. Plato Phædone, ἐμποδίζουσι ἡμῶν τὴν τοῦ ὄντος θήραν. Ariſtoteles ita eſt uſus uerbo, de Partibus 4 τοῖς μὲν γὰρ αὐτῶν οὐκ ἐμποδίζουσιν οἱ πόδες οὕτω, nõ ſunt impedimẽto pedes. Et de Greſſu animantum, ἐνεπόδιζον ἂν οἱ ἠρεμοῦντες πόδες τοῖς κινουμένοις: commotis pedibus, impedimento eſſent quieſcẽtes. Et ibidem, ἐμπόδιον, impedimentum: οὐδὲν ἐμπόδιον αὐτοῖς γίνεται πρὸς τὴν πορείαν. Et Xenophon Hipparchico, πολλὰ γὰρ ἐν πολέμῳ ἐμπόδια συμπίπτει. Et ἐμποδὼν, obuiã. Herod. Polymn. τοὺς δὲ αἰεὶ γινομένους ἐμποδὼν συστρατεύεσθαι ἠνάγκαζε: Quicunque obuij erãt, eos cogebat, ut ad exercitum ſuum ſe adiungerent. Impedimẽto, Plato Critone. οὐδεὶς τῶν νόμων ἐμποδών ἐστιν, οὐδ᾽ ἀπαγορεύει: nulla lex obſtat, aut uetat. de quo uocabulo & ſuprà diximus. ἐκ ποδός, eueſtigiò. ut ἐδίωκον αὐτὸν ἐκ ποδός, Halicarnaſeus lib. 3. Polyb. lib. 5. τοῦτο δὲ εἰπὼν ἐπιμελεῖσθαι παρήγγειλε καὶ θεραπεύειν αὑτοὺς ἅπασιν ὡς ἐκ ποδὸς ἀκολουθήσων πρωῒ τοῖς πολεμίοις: Hęc locutus, attentos eſſe, & curare ſe iuſsit uniuerſos, quòd eueſtigiò hoſtes cum prima luce ſequi uellet. Et lib. 2. λοιπὸν ὅσον ἐκ ποδὸς ἐπιτίθεσθαι, poſtea cum prorſus urgerent. quod fit nimirum, cum in conflictu hæret pede pes, denſusq; uiro uir. & quando, ſecundum Heraclidas Euripidis,

— ποὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδί,
ἀνὴρ δ᾽ ἐπ᾽ ἀνδρὶ στὰς καρτερεῖ μάχῃ.

Theocritus Thalyſijs,

— Βούρινα ὃς ἐκ ποδὸς ἄνυε κράνας
εὖ γ᾽ ἐνερεισάμενος πέτρᾳ γόνυ. —

Perfeciſſe Chalcona illum fontẽ ait, uel operi celeri, uel è primis fundamentis. Quidam addũt, uel ex fontis radice. Eſt enim & πούς, imum in monte. ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης, in catalogo. Polyb. lib. 3. τούτοις δ᾽ ἐκ ποδὸς τὴν δύναμιν ἔχων αὐτὸς ἐπηκολούθει, eueſtigiò cum copijs à tergo illos ſecutus fuit. ἐκ ποδῶν, extra pedes. & ἐκ ποδῶν γενέσθαι, ſecedere. Et prouerbiũ, ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.

Hoc est planè, quod Ouidius canit,

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Nam tum negat prouerbiũ amicos multos sese ostendere, aut obuiam ferre. Xenophon ἑλλην. 2. ἕως δὲ τοὺς πονηροὺς ἐκποδὼν ποιούμενοι κατεστήσαντο τὴν πολιτείαν: donec è medio sublatis improbis, constituere Rempub. possent. Dionysius autem Halicarn. lib. 2. ita, ὁ δὲ ἐκποδὼν συνακολουθῶν αὐτοῖς, συνεισπίπτει τοῖς φεύγουσιν εἰς τὸ τεῖχος, euestigio insequens. συμποδίζειν significat pedes colligare. Plato Theæteto, πρὶν θαυμάσας τὴν πολυάρατον σοφίαν συμποδισθῆς ὑπ' αὐτοῦ: donec in admiratione optabilis sapientiæ, ab illo quasi compedibus implicareris. πρόποδες dicti fuerunt, quibus essent grandes pedes. Et πρόποδας inter sidera, ante signũ Geminorum. Et πρὸ ποδῶν, in promtu, ante pedes. πολιτειῶν δ'. πάλαι ὦ μακάριε φαίνεται πρὸ ποδῶν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν κυλινδεῖσθαι: Iamdudum, optime tu, ab initio ante pedes uolui uidetur. In Suidæ collectaneis annotatur prouerbium, κατὰ πόδας βάσιν. quod dici perhibet de ijs, qui accurate & diligenter aliquid, non temerè & festinanter absoluant: id est pedetentim, ac placidè. In Xenophontis primo παιδείας λόγῳ, κατὰ πόδας significationẽ habet insecutionis: ὅτι δὲ ταχὺ ἐφευρεθείη ἄλλας κύνας εἶχον ὑποτεταγμένας πρὸς τὸ κατὰ πόδας αἱρεῖν: Statim autem reperto lepore, nimirum alias canes habebas instructas ad insequendũ & capiendum illum. Herod. τερψιχ. ἐόντων δὲ ἤδη ἐν Χίῳ κατὰ πόδας ἐληλύθεε Περσικὴ ἵππος πολλὴ διώκουσα τοὺς Ἴωνας: Cum iam in Chio essent, magna affuit multitudo equitum Persicorum, insequens illos per uestigia ipsorum. Polyb. lib. 1. εἵπετο κατὰ πόδας τοῖς πολεμίοις, uestigia hostium secutus fuit. Idem lib. 3. τῇ δὲ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ, postero, id est sequente die. παρὰ πόδας, euestigio. Idem lib. 5. βραχεῖς γὰρ δὴ πάνυ καιροὶ πάντας μὲν ἀνθρώπους ὡς ἐπίπαν ὑψοῦσι, καὶ πάλιν ταπεινοῦσι, μάλιστα δὲ τοὺς ἐν ταῖς βασιλείαις. ὄντως γάρ εἰσιν οὗτοι παραπλήσιοι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις. ἐκεῖναί τε γὰρ κατὰ τὴν τοῦ ψηφίζοντος βούλησιν ἄρτι χαλκοῦν καὶ παραυτίκα τάλαντον ἰσχύουσιν, οἵ τε περὶ τὰς αὐλὰς κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως νεῦμα μακάριοι, καὶ παρὰ πόδας ἐλεεινοὶ γίγνονται: Breuia enim momenta plerunq; extollunt homines, & deprimunt, in primis eos qui in familijs regum sunt. Reuera enim hi similes calculis mensularum, super quibus rationes computantur: illi enim pro eo atq; computatori libet, modò assem, modo talentum ualent. Et aulici iam beati, pro nutu regis, euestigio miseri sunt. In Theæteto, τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας, quę sunt ante & iuxta illum. Et, περὶ τῶν παρὰ πόδας, καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς διαλέγεσθαι, differere de ijs quæ sunt ante pedes & oculos. Lucianus, ὃν παρὰ πόδας εἰ ἐλέγχει, quæ redarguere in promtu est. Idem, παρὰ πόδα ἡ ἱστορία, in promtu est historia. Et Philocteta, πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται, facilè & euestigio magnam potentiã obtinet. Sed Il. ο. ταρβήσαν, πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός.

Exiimuere, animusq; pedes delapsus adusq; est.

In Teutonico dicunt delabi cor in calceamenta, de ingenti formidine. ὀλυμπίων ε'. ὁ δ' αὐτῷ πὰρ ποσὶ χοδὸν φάνη, propè iuxta pedes ille se huic ostendit. Et πυθίων γ'. est τὸ πὰρ ποδός, pręsens, id est conditio uitę humanę. χρὴ τὰ ἐοικότα πὰρ δαιμόνων μαστευέμεν θναταῖς φρασί, γνόντας τὸ πὰρ ποδός, οἵας εἰμὲν αἴσας: Decet petere à dis, humanis animis conuenienda, animaduertentes id quod præsens est, quod sit fatum nostrũ. ὑπὸ θρῆνυς ποσίν, est in solio Homerico. Hoc posteriores uno uerbo duplici uocarunt suppedaneum, & ὑποπόδιον: sicut σύναγρον, qui est Homero ὗς ἄγριος. In secundo autẽ Polybius ὑπὸ πόδα κατάστασιν dixit, statum eundem & immutatũ. Addit enim, διὰ τὸ μὴ λιπέσθαι τόπον εἰς ἀναχώρησιν ἑαυτοῖς: quòd non reliquissent locum sibi ad retrocedendum, seu ad receptum. Plutarchus autem contra Epicurũ disputans, quòd ne suauiter quidem secundum illius dogma uiui possit, τὰς μὲν θεμιστοκλέους καὶ μιλτιάδου πράξεις ὑπὸ πόδας τιθεμένου καὶ κατευτελίζοντος, qui calcet & eleuet. Pindaro πυθίων δ'. ἐκτὸς ἔχειν πόδα, significat expertẽ esse: φαντὶ δ' ἔμμεν τοῦτ' ἀνιαρότατον, καλὰ γινώσκοντ' ἀνάγκα ἐκτὸς ἔχειν πόδα: Aiunt hoc esse molestissimum, cogi aliquem expertem esse notorum bonorum. Sophocli Philoctete, uitare:

— κἂν σὲ λοίσθ' ὅτῳ φρονῇς,
ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα.

Sententia in qua si perseueraueris,

Fortasse

Fortasse poteris effugere infortunium.

ποδαγὸς, & ποδηγὸς, & ποδηγὴς, ductor. In Antigona à pedibus,

ἐγὼ δέ σοι ποδαγὸς ἑπόμην πόσει.

Virum comitabar assecla ego fidus tuum.

ποδηγέτις σκότῳ λαμπτὴρ, fax deductrix pedum in tenebris, Lycophroni. Et uerbum ποδηγετεῖν, sicut ποδηγεῖν. ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις est, uelox, & cum uentosis pedibus. Aeripes autem ceru a est Maroni, firmis ac solidis pedibus. Etsi placuit Seruio, esse συναίρεσιν, & integrum aëripes, quæ iam esset ποδήνεμος. ποδηνεκὲς δ' ἔρμα λέοντος, Ιλ. κ΄. Et scutum, ποδηνεκὲς ἔγχος ἀκόντων, Ιλ. ό. utrunque prolixum, & pedes attingens. ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς, est ποδώκης, agilis & celer. γυμνοποδεῖν, est nudis pedibus incedere. & γυμνόποδες, nudis pedibus incedens. & res γυμνοποδία. ἀκαμαντόπους ἀπήνη, currus indefessi cursus, Pindaro ὀλυμπιονίκῃ. Et τανύποδας Ἐρινῦς inuocat Sophocleus Aiax, Furias cum prolixis pedibus. χαλκόπους autem ὀδὸς, in Oedipo Colonæo, & Ἐρινῦς, est in Electra, id est ferripes. τρίπους, à tribus pedibus, quod retulimus. Hoc etiam diminutũ τριποδίσκιον. Sed τρίπους Δελφικὸς, est cortina Delphica, ut Aeneid. 3.

— Et mugire adytis cortina reclusis. & 6.

— Nec te Phœbi cortina fefellit.

Et rursum 3. græco utitur uerbo,

— Qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis.

Propertius lib. 4.

Si modò Auernalis tremulæ cortina Sibyllæ
Dixit, Auentino rura pianda Remo.

Fuit autẽ cortina Delphica, similis ahenis cum tribus pedibus, quibus insisteret, qui Gręcis est χαλκοῦς τρίπους. Idque nomen & quibusdã stellis inditum, supra Geminorum signum, quorum alterum Apollin astrologi nominant. De tripode autem Delphico placuit quædam ex Diodoro decerpta inserere huic loco, apud quem lib. 16. hęc ferè legũtur: Cum Delphis antiquis tẽporibus ingens terrę hiatus extitisset, qua postea parte templi penetralia, id est ἄδυτα, fuerũt, ascendentes capellę, nondum enim mons incolebatur, & accedentes propius ad hiatum, mox cùm sonos, tum gestus mirificos edere cœperunt. Hoc custodem gregis miratũ, uenisse & illum ad hiatum: eique idem quod capris accidit. Quo diuulgato, alij de uicinia complures, experiri uolentes quæ res esset, progressi ad hiatum illum, statim mente se alienari, et ut Græci aiunt, ἐνθουσιάζειν, id est, numine corripi senserunt: quam terræ diuinitatem attribuentes, multis annis in rebus quisque dubijs illo pro se oraculo fuit usus, cũ Telluris esse χρηστήριον, id est, officinam quandam responsorum, statuerent. Postea cum permulti in illo furore præcipites in hiatum ferrentur, placuit uaticinandi munus uirgini delegare, quam & προφῆτιν, & πυθίαν appellarunt. Vt tamen hæc illo fungi tutò posset, machinam quandã extruxerunt, super qua sine periculo posset exultare, & oracula reddere: quę cum tres bases haberet, τρίπους nomen obtinuit. Atque illius ueteris operis similes fermè sunt, & imaginem referunt lebetes ærei tripodes, quales postea excudere soliti fuerũt. Addit Diodorus, aliquãtisper huic muneri uirginem præfuisse, deinde quinquagenariam fœminam, sacerdotẽ constitutam. Sed hæc nihil ad rem. Quòd autem uerissima responsa dari crederentur Delphis, τὰ ἐκ τρίποδος, prouerbiali figura dici cœpta, quæ essent certissima. Cortinam quidã & uelum significare uolunt, cuius quidem Seruiana ridicula etymologia est. ut in uersu ex Aetna,

Carmineque irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,
Quæ tenuem impellens animã subremigat undam.

De quo tamen illi uiderint. Neque in Pœnulo significatio manifesta est,

Ita replebo atritate, ut atrior multo siet,
Quàm Aegyptij, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.

Diuus quidem Hieronymus in Mose, planè cortinam in significatione ueli usurpat. Sed de hoc satis. πούς est & τραπέζης id est pes mẽsæ, qui apud priscos fuere terni. Metamor. 8.

— Mensæ sed erat pes tertius impar.

ut potius τριτράπεζα, quàm τετράπεζα illa perhibẽda sit, si de numero ductum nomen esse uideatur. Propert. lib. 4.

Decidit inque suos mensa supina pedes.

Horatius dixit, I pedes quò te rapiunt. Theocritus, ἐς πόδας ἄγον. Camilla autem

pedem

pedem ex hoste reportat, ἀναχωρεῖ. Et Bibulus apud Ciceronem pedem porta non extulit, οὐκ ἐξῆλθεν ἔξω πόλεως. In Comœdijs seruus iocans ille quidem ait,

ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ.

Sed usitata est figura sermonis de toto, seu integro, ἐκ κεφαλῆς, ἢ ἀπὸ κεφαλῆς ἐς πόδας. ut & Ιλ. ψ.

ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. —

De mensę autem tribus pedibus extant quædam in epitoma Athenæi lib. 2. ubi & Cratini uersus refertur,

τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμιναι.

Trinis acernæ mensulæ cum cruribus.

Atque ibi docet, fuisse τετράποδας mēsas appellatas. ut apud Antiphanem,

ἐπειδ' ὁ τρίπους ἤρθη κατὰ χειρῶν τ' ἔχομεν.

Ast tripode sublato, & data manibus aqua.

Ibidem & Xenophontis locus, de 7. lib. ἀναβάσεως adducitur Et Epicharmea disputatio, quomodo mensa quadrupes possit esse τρίπους. Et Aristophanis elegantissimi uersus exponuntur,

— τράπεζαν ἡμῖν φέρε
τρεῖς πόδας ἔχουσαν, τέτταρας δὲ μὴ 'χέτω,
καὶ πόθεν ἐγὼ τρίπουν τράπεζαν λήψομαι;

Vnde colligi posse uidetur, remansisse nomen τρίποδος etiam in quadrupede mensa, quòd priscæ mensę ternos pedes habuissent, ut accidit in multis. Tale est enim tabellarius, talis liber, tale stipendium. ἀπὸ δὲ τραπέζης diminuitur τραπέζιον, mensula, quod apud Geometras est σχῆμα inęqualium tam laterum quàm angulorum quatuor. Ponebatur autē mensa ante epulas, & postea auferebatur: id est, παρετίθετο & ᾔρετο. & posita παρέκειτο. Pone puer mensulā, Plaut. Et, Mensæque remotæ, Maro. Et ἐπὶ δὲ παρέκειτο τράπεζα, Ιλ. α. δεύτεραι autem τράπεζαι. mensæ secundæ: quas, referēte Athenæo lib. 14. Philoxenus Cytherius in fabula, cui nomen indidit δεῖπνον, id est cœnæ, κέρας ἀμαλθείας, id est cornu copiæ, appellauit. Horatius:

— Tum pensilis uua secundas
Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.

Rursum pedes ferunt ingredietes. Ιλ. ς'.

τὴν μὲν ἄρ' ὀλυμπόνδε πόδες φέρον.

In Plautino autē ioco, odos dimissis pedibus fertur in cœlū. Vulcanus autem est κυλλοποδίων, id est, uitiatis pedibus. Et ὀρθοποδεῖν, rectè ingredi, apud Paulum ad Galatas 2. ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Et δίκη ὀπισθόπους, assecla nocentium. Nam secundum Horatium,

Rarò antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

χρυσόποδα interpretant̄ μεγαλόποσιν, cum magnis pedibus. λεπτόπους autem est, qui habet exiles pedes: de quo παροιμία, πρόδικος σκέλος. Apud Maronem,

Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit.

Nam laudatur ungula caua equi, ψοφοῦσα ὥσπερ κύμβαλον, secundum Simonem. ἀγκυλόπους δίφρος, ab operis, ut uidetur, & figurę expressione, apud Plutarch. in Mario, sella curulis. δύο γάρ εἰσι τάξεις ἀγορανομιῶν, ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ δίφρου τοῦ ἀγκυλόποδος, ἐφ' οὗ καθεζόμενοι χρηματίζουσιν, ἔχουσα τοὔνομα τῆς ἀρχῆς, τὴν δὲ ὑποδεεστέραν δημοτικὴν καλοῦσι: Sunt enim duo ordines ædilitatis: unus, cui nomen magistratus est, à sellis curulibus, in quibus residētes, ius dicere solent: inferiorē autem plebeiam uocant. In Timone Luciani est αὐτόπους, proprijs pedibus: ὁπόταν δ' οὖν αὐτόπους βαδίζῃς, tuis pedibus, ducente nemine. κοινόπουν παρουσίαν, Sophocles Electra, aduentum consortē, siue socium, dixit. κονιόποδες, & κονίπους, soleæ exilioris appellatio. λευκόποδες autē nominātur in equis. οἰδίπους et οἰδιπόδης, ærumnosi illius Thebani nomen. δασύπους, cuniculus, ab hirtis pedibus. σκιάπους, gentis σκιαπόδων, de qua paulo antè. Nomē est in Auibus Aristophanis. Et κένταυροι sunt ἱππόποδες, pedibus equinis. γεισίπους, & γεισιπόδισμα, est suggrundiorum fulcrum, cui illa innituntur quasi pede. Pollux lib. 1. & γεισιποδίζειν, τὰ γεῖσα fulcire. & γεισιπόδισις, suggrundatio. ὑποποδίζειν, retrocedere. & προποδίζειν, procedere. & ὑποποδισμοί, ac προποδισμοί stellarum, cum uidentur de signo aliquo uel ad pręcedentia, uel ad sequētia illæ pergere, quę sunt προηγούμενα & ἑπόμενα. ποδιαῖον autem διάστημα, interuallum spacio pedali. Barbari in 3. παιδείας κύρου, πεποδισμένους ἔχειν τοὺς ἵππους ἐπὶ ταῖς φάτναις, pedibus alligatos. Plin. lib. 11. cap. 45. Ita reliqua, ut libitum est, gradiuntur, leo & camelus tantum pedatim: hoc est, ut sinister pes non transeat dexterum, sed tantum subsequatur. Aristot. ἱστορίας ζώων β'. ἡ δὲ ἀρχὴ ἀπὸ τῶν δεξιῶν πᾶσι, κατὰ σκέλος δὲ βαδίζουσιν, ὅ, τε

λέων

λίων ἢ αἱ κάμηλοι ἀμφότεραι, αἵ τε Βακτριαναὶ, καὶ αἱ ἀράβιαι. Alias animātes, quib. pedes plures sunt, ingredi ait, & stare, ita ut priores & posteriores pedes simul directè κατὰ διάμετρον promoueant: progresionē autē ordiri à partibus dextris, solum leonem & camelos pedatim. Libro autem 9. βαδίζει ὑποχωρεῖ καὶ κατὰ σκέλος, καὶ κατὰ βραχὺ ἐπιστρεφόμενος. Plinius de leonibus: Contemtim restitansq́ cedit. ἀργυρόποδι φορείῳ, est apud Athenæum lib. 5. lectica cum pedibus argenteis, quod Athenioni obuiam ait missum ab Atheniensibus, ut illò in urbem deportaretur. Et ἶρις ἀελλόπος, ἡ ποδήνεμος. Et poetis δολιχόποδες, qui pedes longos habent. Et λαγώπους, et κορωνόπους, herbarum nomina. Lepus autem Varronianus leuipes est, et uulpes uolipes, sanè nugaciter, ut & lapis ledipes. γυμνόποδες sunt, qui nudis pedibus incedunt, & res γυμνοποδία. Et ἄποδες, uel omnino sine pedibus aues, uel cum breuissimis. Et ἵππων ἀερσιπόδων, Ιλ. ς. altè attollētium pedes. Et κλίναι ἀργυρόποδες, lectuli cum pedibus argenteis. Et apud Athenæum lib. 5. κλίναι χρυσαῖ σφιγγόποδες, lectuli aurei, cum pedibus implicitis, seu referētibus formam sphingum. Et lib. 2. dixit, τραπέζας ἐλεφαντόποδας, mensas cum pedibus eburneis. λυκόποδες, uel ab insigni scutorum, uel à caligis hirtis, satellitium tyrannicum. Et in Lysistrata Arist. fortes milites, ἄγετ' ὦ λυκόποδες, οἵπερ ἐπὶ λειψύδριον ἤλθομεν, ὅτ' ἦμεν ἔτι. ξυλινὸς πούς est καλλιόπη, quem accōmodasse sibi Hegesistratum, scripsit Herodotus. Ille igitur fuit ξυλόπους. χειρόποδας Pittacus ab Alcæo dictus. & σαράπους, quod πλατύπους, id est, magnis pedibus, quos ueluti trahens, id est σαίρων, incederet. Auium est alia σχιζόπους, id est digitata, diuiso nimirū pede: alia στεγανόπους, palmipes, ut Plinius. Est autem in uocabulo significatio cōtinuitatis. Tales & πλατυώνυχες uocantur: ut sunt olor, pelican, anser, anas, & aquaticæ ferè aues. πούς est & uersuū. Hi dicuntur πόδες μετρικοί. Cum enim celerior et tardior pedū sublatio & depositio, quæ est ἄρσις & θέσις, rationem inter se habuerit, tum ῥυθμὸς existere dicitur, qui sunt numeri. Et hinc ad connexionem syllabarum transfertur uocabulum pedum, quibus ad uersuum structuram utūtur. Est & in extructionibus podium. Lib. 3. & 6. Vitruu. Corinthij simplices habent columnas, aut in podio positas. Item 5. Supra podium columnæ cum capitulis & spiris. hoc erit πόδιον. πούς in naui nominatur. Et pes Latinis. Aeneid. 5.

Vnà omnes fecere pedem. —

id est ποδίαν, inquit Seruius, & interpretatur funem, quo tenditur uelum. Apud Plautū nauales pedes esse aiunt, remos. Legitur autē in Menæchmis hic uersus,

Asseruatote, hæc sultis, nauales pedes.

Quæ sanè durius cohærent, si remos dixit. Ὀδυσ. ι.

ἐν δ' ὑπέρας τε, κάλως τε, πόδας τ' ἐνέδησεν
ἐν αὐτῇ.

Implicuitq́ pedes, funesq́, grauesq́ rudentes.

& Ὀδυσ. κ.

αἰεὶ γὰρ πόδα νηὸς ἐνώμων. —
Semper enim ipse pedem tenui ratis. —

Sophocles Antigona,

αὕτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατὴς, πόδα
τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω
στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασι ναυτίλλεται.
Sic & gubernator nauis, tendens pedem,
Cum nihil remittit, dissipata mox trabe,
Versæ carinæ inuehitur undas per maris.

Euripides Oreste,

καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ
ἔβαψεν, ἔστη δ' αὖθις ἢν χαλᾷ πόδα.
Ac ui citato mergitur ratis pede:
Eademq́, si remiseris, stabilis manet.

In 6. Nemæorū, τὸ δὲ πὰρ ποδὶ ναὸς ἑλισσόμενον, αἰεὶ κυμάτων λέγεται παντὶ μάλιστα δονεῖν θυμόν. Interpretātur πόδα, temonem, seu clauum. Atq́ hunc circum commotos fluctus maximè ait nauigātium animos commouere. Catullus quasi uelum hoc nomine significaret, ita usus est:

— *Vtcunq́ Iuppiter*
Simul secundus incidisset in pedem.

Interpres Apollonij lib. 3. funes ueli, qui sunt κάλοι, in tria genera diuidit: aut enim detrahitur his uelum, & uocantur μυοσεῖαι: aut intenditur utrinq́ ad proram, & sunt πρότονοι: aut conuertitur & laxatur, hi sunt κατὰ τὰς γωνίας, ad angulos, & dicuntur πόδες, & ante hos πρόποδες. Etiam πούς montis. ὑπὸ πόδα νείατον Ἴδης. Et Ιλ. υ. πόδες πολυπίδακος Ἴδης καὶ κορυφαί. Pedes sunt & φθεῖρες, animal capitis fœdum. Et pediculi: horum semi

narium lendes, κονίδας. Et pedicosi, immundi. Pedarius senator, & pedaneus iudex. Pediculi autem sunt in fructibus, quibus dependent, apud Theophrastū, ut uidetur, μίσχοι. Ita enim in primo legitur ἱστορίας, τὰ μὲν μίσχον ἔχει, τὰ δὲ μή. Et 4. μίσχον δ᾽ ἔχει σφόδρα μακρόν. Plin. lib. 21. cap. 16. pediculo ualde longo. Aliqui μόσχον maluerunt. Pediolum etiam, & pedicinum, aiunt esse pedem. Pedale est ποδιαῖον. Sesquipedale, ποδιαῖον καὶ ἥμισυ. Propria sunt Pedio, et Pedianus. Verba autem, impedio, ἐμποδίζω, uel συμποδίζω. Expedio, ἐλεύθερον τίθημι. Cicero Acilio lib. 13. Quoquo modo autē se res habet, peto à te, ut honoris mei causa eum expedias, id est, πραγμάτων ἐλεύθερον θῇς, uel πραγμάτων ἀπαλλάξῃς. Silio: A te uehementer etiam atque etiam peto, ut quod habet in tua prouincia negocij, expedias: id est διαθέσθαι, uel συνεκπονήσῃς. Maroni, Expediam dictis, est διηγήσομαι. Dum curis uagor expeditis, Horatius: id est, ἐλεύθερος φροντίδων, is est ἀμέριμνος. Cicero Qu. fratri: Omnia sunt ad eum frangendum expedita: id est, προπαρεσκευασμένα. Impeditus, συμπεποδισμένος. Expeditus, εὔζωνος, καὶ ἐλεύθερος. Expeditio autē, ἐκστρατεία. Praepedio, ἐμποδίζω, & praepeditus. Suppedito, χορηγῶ. Compeditos autē uocarunt constrictos compedibus. Compedes enim sunt pedicae, πέδαι. Herodot. τῇ Τεγέῃ, τὰς δὲ πέδας αὐτῶν ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἀνεκρέμασαν ἐν ἀκροπόλει: Compedes, quibus reuincti fuerant, suspenderunt in arce. Virgil.

Tum gruibus pedicas, & ceruis uincula nectit.

Sunt enim pedicae, pedum uincula: sicut manicae, non solū tegumenta manuū, ut diximus, sed etiā uincula. Et πεδῆται, οἱ πεπεδημένοι, compedes gestantes, aut uincti. Pedum autē, καλαύροψ, quod est Theocrito λαγωβόλον. & oppidi nomen. Peda autem ueteribus uestigium, uel πέζα. unde Lucilianum repedare. & Columellae, impedare. Et pedamen, ac pedamentum, χάραξ, ac κάμαξ. πέδον, solum. & πεδίον. Hoc significat propriè, quod aperitur, & patescit: ut pes, id est πὸς ἄκρος, qua parte illa quasi planicies, & ueluti campus de crebris ossibus explicatur. Aristoteles πολύοστον uocat. Est autem magna similitudo pedis & brachij. Nam ad lacertum, id est βραχίονα, ὁ μηρός, id est femur, quadrat. Ad cubitum κνήμη, crus. Ad calcem, id est ταρσόν, manus, id est χεὶρ ἄκρα. Plinius lib. 11. cap. 45. Quae animal generant, genua ante se flectunt, & suffraginū artus in aduersum. Homini genua & cubiti cōtraria. Idem: Aues ut quadrupedes alas in priora curuant, suffragines in posteriora. Hic est nodus in cruribus auium: sed in quadrupedibus sunt suffragines, τὰ ὀπίσθια σκέλη. Aristoteles in 4. περὶ μορίων, dicit aues duo habere crura, sicut homines, ἐγκαμπῆ μὲν, καθάπερ τὰ τετράποδα ἔσω, καὶ οὐχ ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος ἔξω, τὰς δὲ πτέρυγας κατὰ τὰ πρόσθια σκέλη τῶν τετραπόδων ἐπὶ τὸ περιφερές. Hunc flexum uocat & ἐπὶ τὴν περιφέρειαν, & ἐπὶ τὸ κυρτὸν τῆς περιφερείας, quae est curuatio in priora. Illam autem suffraginum, ἐπὶ τὰ κοῖλα, ἐν τῷ περὶ πορείας. ubi & pedis definitionem posuit, & ἐτυμολογίαν. καλῶ γὰρ πόδα, inquit, μόριον ἐπὶ σημείῳ πεζῷ κινητικὸν κατὰ τόπον. καὶ γὰρ τὸ ὄνομα ἔοικεν εἰληφέναι ἀπὸ τοῦ πέδου οἱ πόδες: Appello pedem, membrum super puncto calcabili de loco mobili. Nam & nomen habere pedes uidentur à solo quod calcant. Est enim certè πεζεύειν, calcare. ut cum ait Aristoteles, non natare cancros, sed ferè πεζεύοντα διατελεῖν, id est, terra ingredi, & calcare solum, ut animalia terrestria. Ibidem esse semper parem numerum pedum, & hoc aliter fieri nō potuisse, nisi natura praua opera uellet edere, quod non facit. Quod autem docet, ingressionem fieri κατὰ διάμετρον, id Plato in Politico iam docuerat. Potest autē accipi hoc simpliciter, & crassa (ut dicitur) Minerua, ingressionem fieri duplicatis duobus pedibus, semper ita, quasi diametri linea alteram diametri lineam decussaret, id est, ut posteriores Graeci uocarunt, κατὰ χιασμόν, uel exquiri etiam paulo subtilius. Sicut enim in quadrato, cuius spacium est pedis unius, diametri linea est duûm pedū, non longitudine quidē, id est μήκει: sed δυνάμει, id est de illa, describitur quadratum, cuius spaciū sit pedum duûm: ita in hoc duûm pedum quadrato, est quatuor pedum linea diametri δυνάμει. Sic igitur Plato ait humanum genus à quadrupedum discerni τῇ διαμέτρῳ, καὶ τῇ διαμέτρου διαμέτρῳ.

διαμείψῃ. Ingressio autem fit, ut ait Aristoteles, ἐναλλὰξ, id est, uicibus & alternis. Plato autem genus quoddam fecit πεζονομικὴν, quod curaret & custodiret animantes terram calcantes, in Politico. Est autem prima hac in consideratione animalium distinctio, aliud esse ἄπουν, ut serpentum genus: aliud ὑπόπουν, ut gradientium. quæ & in primo θηρατευτικῆς nomina leguntur, ἅπαν ζῶον ἢ ὑπόπουν ἐστὶν, ἢ ἄπουν. Rursum τὰ ὑπόποδα, aut sunt δίποδα, quemadmodum homines scimus bipedes esse, & aues: aut πολύποδα, ut τὰ τετράποδα, quadrupedes animãtes, & cancros, ac uermes, & quæ ἔντομα uocantur. Præterea sunt pedes, μέρη ἀπηρτημένα, id est, demissa membra, quemadmodum & brachia, et in auibus alæ, id est πτέρυγες. Aristoteli, ut retulimus, placet esse nomen πέδος factum ἀπὸ τοῦ πέδου, quod quidem significat solum Latinis. πεδάρσιον est sublime, id est, supra terram elatum. πεδίακον, à planicie, partem terræ Atticæ nominatam tradunt. πεδιεῖς certè ciuitatis illius popularium fuisse perhibetur. Herodoto autem est αἰγύπτιος πεδιὰς, cãpestris. Sed πέδον solum planũ notat. & hinc πεδίον, campus. Virgilio est planicies, Aeneid. 11.

— Summoq; in uertice montis
Planicies ignota iacet. —

Apud Geometras est σχῆμα ἐπίπεδον, & ἀριθμὸς ἐπίπεδος: figura plana, & numerus planus: ut τρίγωνον κύκλος, & bis bina. In primo libro κύρου παιδείας, est ἰσόπεδον, apertus & patens campus, ἦν δὲ ποτε ἄρα ἀνάγκη γίνηται ἐν ἰσοπέδῳ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ὡπλισμένους καὶ ἀμφοτέρους μάχην συνάπτειν: conserere manus aperto Marte, in planicie. Hoc & ἄπεδον esse tradũt, augente α, non priuãte. et ἀπεδίζειν, complanare. στρατόπεδον propriè castra, id est, ubi exercitus tendit. Et in Aegypto loca attributa Caribus & Ionibus à Psammiticho, στρατόπεδα uocata fuisse, Herodotus scripsit αὐτόθι. Et στρατοπεδεύεσθαι, locare, ponere castra, quod metatione fiebat. unde & castra metari dixerunt, & castrorum metatores. στρατοπεδεία hæc fuerit. Significat tamẽ & exercitum ipsum, τὸ στρατόπεδον: sicut βουλὴ, & βουλευτήριον, & τοὺς βουλευτάς. & concio, locum, ac populum qui ibi adest, etiam ipsam concionantis orationem. ιλ. ψ.

ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα.

Constructum rogum fuisse ait quadratum, undiq; longum pedes centum. Ita fuit nimirum τὸ χωρίον, seu spacium interius, quam aream dixerunt, pedum quadratorum decies mil. Nam si quis distinguat ἔνθα καὶ ἔνθα, ἀπὸ τοῦ ἑκατόμπεδον, ut quadratum fuisse accipiat rogũ, qui pateret spacio pedum centum, tum latera essent denum pedum. Sed hoc à magnificentia illarum exequiarum abhorret. ἔμπεδον, firmum, fixum, stabile. Dicitur autem ἔμπεδος, et ἐμπεδὴς. ut ille ex Hipponacte, ἐμπεδὴς γάμορος ἀΐδας, certa mors, et immobilis, assignãs cuiq; suam terræ portionem. ιλ. κ΄.

— οὐδέ μοι ἦτορ
ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι. —

Negat suum animum constare sibi, sed esse perturbatum. Et ιλ. λ΄.

— νόος γε μὲν ἔμπεδος ἦεν.
— Sed mens integra manebat.

Verbum est ἐμπεδοῦν, firmare, & ratum facere. Iphigenia Taurica,

τὸν δ' ὅρκον, ὃν κατώμοσ', ἐμπεδώσομεν.
Iuris fidem iurandi firmabo dati.

Et ἐμπεδορκία, iusiurandũ ratum. Et uerbum ἐμπεδορκεῖν, iusiurandũ ratum præstare. In Demosthenis oratione aduersus Leocharem legitur, ἐνεργαζόμενοι καὶ ἐμπεδοτροφούμενοι τῇ τοῦ ἀρχιάδου οὐσίᾳ, de patrimonio Archiadæ fructus & alimoniam perpetuam percipientes. Sed quibusdam ἐμπαιδοτροφούμενοι legi posse uisum, id est, puerilem alimoniam percipientes, quod prouecti ætate illud pleriq; reliquissent. παρέρχεται & πεδαμείβεται, subit, sequitur, uenit, Pindaro. δάπεδον, undecunque sanè ductum: nam esse quasi γάπεδον, id est γήπεδον, falsum est: significat pauimentum, id est, complanatum & spaciosum locum in ædibus. ut ιλ. δ΄.

οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο
χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ. —

Atq; ego magis puto esse δάπεδον ἀπὸ τοῦ δαπτέω τοῦ κόπτω: sicut pauimentum à pauio, quod est ferio. Itidem ut ἔδαφος, & ἐδαφίζειν, æquare solo. Significat & ἔδαφος aream. Et ἠδαφισμένη γῆ, in Problematis Aristotelis, æquata & solidata area, quæ est ἅλως. γήπεδον autem est, ut inquit Eu-

quit Eustathius, quod ædibus additur, seu quod soli adiacet prædijs urbanis, ut sunt hortuli. οἰκόπεδον uerò, area destructarum ædiū, quod & ἐρείπιον dixerunt. Xenophon πύργους, καὶ πολλὰ οἰκιῶν ἔρημα ἔδαφη ἐντὸς τῶν τειχῶν καὶ οἰκόπεδα. Et Aeschines contra Timarchum, τῆς οἰκίας ταύτης ἕστηκε τὰ οἰκόπεδα, reliqua est area domus illius collapsæ. θειλόπεδον. Odyss. η.

τῆς ἕτερον μὲν θειλόπεδον λευρῷ ἐνὶ χώρῳ
τέρσεται ἠελίῳ. —

In una uineæ parte, exposita soli, dicit torreri & siccari uuas, quę sunt uuæ passæ, σταφίδα, & ἀσταφίδας. Theocritus, ἁ σταφυλὶς σταφὶς ἐστίν. Dioscorides & θειλοπεδευθεῖσαν σταφυλὴν, planè uuam passam uocat, lib. 5. ὁ δὲ ἐκ τῆς θειλοπεδευθείσης σταφυλῆς, ἢ ἐπὶ τῶν κλημάτων ὀπτηθείσης καὶ τριβομένης γινόμενος: uinum quod fit de uuá passa, seu in palmitibus tosta & trita: Et ἀλωαὶ οἰνόπεδα, uinea. ἀλίπεδον quidā interpretantur campum maritimum, quidam idoneum ad uolutabra equorum, quæ sunt ἀλινδήθρα: quidam etiam campum, ubi quondā fuerit mare. Decempeda, messoria uirga, longa pedes decē. & decempedator, messor agri. Hæc est Grecis ἄκαινα, quam in 3. Apollonius πελασγίδα uocat, qua & boues instigare solebant.

ἐργατίνης ὥς τίς τε πελασγίδι νύσσεν ἀκαίνῃ
οὐτάζων λαγόνας. —

Narrat interpres, ἄκαιναν esse inuentum Thessalorum, & pastoralem uirgam à Pelasgis repertam, δεκάπουν, id est, longitudine pedum decem, secundum Callimachum, cuius hunc uersum refert,

ἀμφότερον κέντρον τε βοῶν καὶ μέτρον ἀρούρης.

Pedissequus & pedissequa, est comes, ἀκόλουθος, καὶ ἡ ἅβρα. Calcaneum appellarunt πτέρναν. Et λὰξ esse uolūt digitis aut molli pede. Odyss. ο.

λὰξ ποδὶ κινήσας. — & Il. κ.
αὐτὰρ ὁ λὰξ προβάς. — & Odyss. ρ'.
ὡς φάτο, καὶ παριὼν λὰξ ἔνθορεν ἀφραδίῃσιν
ἰσχίῳ. —

Alij aliter fuerunt interpretati: sed constat, uocabulum significare ictum pedis. Hinc est πτερνίζειν, & λακτίζειν, calcitrare. πτερνίζειν etiam interpretātur ἀπατᾶν, id est fallere, seu circūducere, siue supplantare. λακτίζειν autem impingere calcem significat. Eurip. Bachis,

θύοιμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον ἢ θυμούμενος
πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν θεῷ.

Bacho se potius diuinos honores habere uelle ait, quàm quasi stimulis Deo recalcitrare, cum sit mortalis natus. Pindarus πυθίων β'. ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτιζέμεν τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος. Esse ait lubricum iter, calcitrare aduersum stimulos. Et in Actis, σκληρόν σοι πρὸς τὰ κέντρα λακτίζειν. Xenophon prædicendū esse censet equitibus, fore, ut λακτίζοντες ἵπποι, id est calcitrantes, reijciantur: non enim posse his esse locum in turma. Hi sunt λακτισταὶ, id est calcitrones. διαλακτίζειν, conculcare. Plutar. λόγον διαλακτίζειν ἀντιλέγοντα, euertere & conculcare contradicendo disputationem, συμποσ. γ'. Est & πτέρνα mali. Nam ex Architectonico Eratosthenis memorantur hæ partes mali. πτέρνα, quod calcē significat. θωράκιον, quæ est quasi lorica. ἠλακάτη, colus. καρχήσιον, carchesium. κεραῖαι, antennæ, quæ sunt cornua antennarū Maroni. ἴκριον, summus malus. πτέρνα etiam πόλεως. Et πύργων πτέρναι Lycophroni, fundamenta & bases. Eustathius autem ἐτυμολογεῖ τὴν πτέρναν ἀπὸ τοῦ πατεῖν τὴν ἔραν, à calcanda terra. πτερνοκοπεῖν, & plaudere pedibus, ut faciebant tumultuantes in theatris. Pollux lib. 4. interpretatur, τὰ ἑδώλια ταῖς πτέρναις κατακρούειν, id est, percutere calcibus sedilia. Id faciebant eijcientes, hoc est, explodentes actores. πτερνίδα etiam dixerunt uasculorum in medicina quasi nidum, id super quo collocari illa solerent. Et esse πτερνίδα ex genere accipitrum traditur. πτέρναν lenita pronunciatione, placuit plerisq; esse Latinorum pernam. Itaq; hoc nomē pedem, seu calcem significare reperitur. Et apud Athenæū lib. 6. Philoxenus πτερνοκόπτης, & Poll. lib. 4. πτερνοκοπεῖν, explodere. Et compernes, uitiosis calcibus, quibus hę inter eundum atteruntur, concurrentibus genibus. Atq; hoc nomen est pedis suilli, quem & petasona, & κωλῆνα, ut diximus, uocarunt. Athenæus pernā, quo Strabo usus fuerit lib. 3. græcum esse uocabulum putat. Sed ut aiebā, magis ita græcum mollitum fuit, ut una litera eximeretur. Nam & de Hispanicis pernis scripsit Strabo, quæ gens nunc etiā hoc nomine utitur. Et constat, Strabonem floruisse

floruisse Tiberij Cæsaris temporibus: ut latina uoce usum illum esse, nihil sit mirum. Nam quòd in Scipionis ætatem hunc Athenæus refert, in eo fallit. Athenæi uerba sunt in lib. 14. ἐπεὶ δὲ καὶ πετασῶνος μέρος ἑκάστῳ ἔκειτο, ἣν πέρναν καλοῦσι. Perna cùm alibi apud Plautum reperitur, tum Captiuis, Quanta pernis pestis ueniet. Horat. Serm. lib. 2.

Non ego temerè edi in luce profesta
Quicquam, præter olus, fumoso cum pede pernæ.

Calcaneum retinet cõspicuus neruus, & ualidissimus. τένοντα uocant, ut diximus, communi appellatione. Ιλ. χ.

ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε
ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης. —

In pede est πεδίον, idemque ὄρος, & πολυόστεον. Campum, & finem, seu terminum de multis ossibus compositum, uocabula notant. Hæc enim pars ossibus & neruis constat, ut ait Pollux, & desinit in digitos. Hi totidẽ sunt, quot in manu: sed cùm directiores, tum breuiores. Non enim solum fabricata hos natura fuit ad capiendum, sed etiam ad premendũ locum: id est, οὐ μόνον ψιλῆς ἕδρας, ἀλλὰ καὶ ἀντιλήψεως ἕνεκα, ut ait Galenus περὶ χρείας μορίων lib. 3. Sunt autem animalia Aristoteli πολυδάκτυλα, cum multis pedum digitis: & μακροδάκτυλα, cum longis. & τετραδάκτυλος πᾶς ὄρνις. Ita etiam πεντεδάκτυλος erit ἄνθρωπος. Hi ita numerantur, ut digiti in manu: id est μέγας, pollex. nam in pede hic ἀντίχειρ dici non poterit. & huic proximus, & medius deinceps, & proximus medio, & minimus, μικρὸς, Plin. lib. 7. cap. 2. Quorundã corpori partes nascuntur ad aliqua mirabiles: sicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cuius tactu lienosis medebatur. Hũc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque loculo in templo. In Plutarchi Pyrrho hæc leguntur: τοῖς δὲ σπληνιῶσιν ἐδόκει βοηθεῖν ἀλεκτρυόνα θύων λευκὸν, ὑπτίων δὲ κατακειμένων τῷ δεξιῷ ποδὶ πιέζων ἀτρέμα τὸ σπλάγχνον. οὐδεὶς δὲ ἦν πένης, οὐδ' ἄδοξος οὕτως, ὥστε μὴ τυχεῖν τῆς ἰατρείας δεηθείς. ἐλάμβανε δὲ καὶ τὸν ἀλεκτρυόνα θύσας, καὶ τὸ γέρας τοῦτο ἥδιστον ἦν αὐτῷ. λέγεται δὲ τοῦ ποδὸς ἐκείνου τὸν μείζονα δάκτυλον ἔχειν δύναμιν θείαν, ὥστε μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ λοιποῦ σώματος κατακαέντος ἀπαθῆ καὶ ἄθικτον ὑπὸ τοῦ πυρὸς εὑρεθῆναι. Lienosis remedio esse putabatur, si re diuina facta gallo gallinaceo, pressisset membrũ illud leniter pede dextro. Nemo autem neque tam pauper, neque tam ignobilis fuit, quin ab illo hanc medicinam obtineret. Accipiebat autẽ gallum ad sacrificium, & hoc præmium ipsi gratissimũ erat. Narrant hanc uim diuinam fuisse in pollice dextri pedis, Itaque post mortem, cõbusto toto corpore reliquo, digitus ille illęsus & intactus ab igne remãsisse fertur. Festo pollex est allux. unde allucinari, potius quàm à græco ἀλύειν, etsi hæc est significatio. Cicero Qu. fratri: Vt sermo, cum coràm sumus, nobis deesse non solet, sic epistolæ nostræ debent interdum allucinari. Ad iuncturam, ubi hæc planicies pedis tendit, ταρσὸς nominatur. In auerso autem imo pede propriè nominatur πτέρνα, calcaneus. Qui inseritur in os nominatũ, κυβοειδὲς, id est cubicum: intra quod & alterũ σκαφοειδὲς, id est, lintris simile, posuere medici ἀστράγαλον, id est talum. τὸ πεδίον à iunioribus medicis, ut Galenus ait, appellatum, uocarũt quidam montem pedis. Hic respondet τῷ μετακαρπίῳ in manu: ταρσὸς autem, qui ad iuncturã pertinet, τῷ καρπῷ, ut ait Galenus. Sed in usu linguæ Græcæ ταρσὸς significat extremum pedem, id est illud πεδίον. Herodotus Vrania, de Hegesistrato uincto, pede incluso catastæ, σταθμωσάμενος ὅκως ἐξελκύσεταί οἱ τὸ λοιπὸν τοῦ ποδὸς ἀπέταμε τὸν ταρσὸν ἑωυτοῦ: Dimẽso spacio, quo reliquum pedis educi posset, de pede suo tantum resecuit. Infra pedem totum, τύλωμα, callus, inquit Pollux. In hoc quod eminet iuxta digitos, στῆθος ποδὸς, id est quasi pectus, à quibusdã στηθὶς nominata. Postquam uola, cauum pedis, τὸ κοῖλον. Hoc Priscianus lib. 5. subtel interpretatur. τύλωμα est plãta, Galeno πέλμα, quod nomen Herodianus lib. 4. de camelis posuit, αἵ τε κάμηλοι μάλιστα ἔχοντες ἁπαλὰ τὰ πέλματα. Apud Suidam est ἐκπελματῶσαι, absque interpretatione, fortasse exterere, seu atterere plantas. Illud autem τύλωμα, seu πέλμα, solum dixere, & ita de epistola Anacharsidis interpretatur Cicero 5. Tuscul. δέρμα ποδῶν, solorum callum. Plautus Bachid. Qui soccis habeât auro suppactũ solum. Sub digitis rum-

pitur cutis, id est χίμετλον: ut sunt pustulæ, quales à frigore inuruntur. Aliqui perniones & perniunculos apud Plinium χίμετλα interpretātur. Est & mensura pes, quæ uel in pollices, quasi uncias 12. uel digitos 16. diuiditur. unde sunt mensurarum appellationes, δίπουν, τρίπουν, & cæteræ. Et passus Latinis, pedum quinq;, uel sanè breuior: de quo alibi apud Horat.

Metiri se quemq; suo modulo ac pede, uerum est.

In Lucianica autem imaginum defensione, sunt ἔκμετρα & ὑπὲρ τὸν πόδα, quæ dixerunt enormia & abhorrentia. A pedibus Planci, λειόποδας, ut opinor, Plauti, Scauri, Pansæ, quòd uola his non esset: quam qui non habeant, ueteratores esse Aristoteles ait. Scauros, distortis talis interpretatur Horatius: sicut Varos, distortis cruribus. Serm. lib. 1.

— Hunc Varum distortis cruribus, illum
Balbutit Scaurum prauis fultum malè talis.

Planta habet & uestigij appellationem, & significat φυτὸν. Vestigiū autem propriè est ἴχνος, signum pede terrę impressum. In Aiace, ut dictum, ἐξιχνοσκοπούμενος. Plutarchus autem in libello de utilitate, quæ ex inimicis percipiatur, ἐξιχνεύει τὰς ἁμαρτίας, inuestigat, aut peruestigat peccata. Hinc ἴχνια, uestigia & ἰχνηλατῆσαι, uestigare. & ἰχνοῦσα, Sardinia similis hominis uestigio. & ἰχνεύμων, bestia in Nilo. & κατ' ἴχνος, euestigio, id est, κατὰ πόδας. Vestigia autē ad signa quęuis transferuntur. Cicero pro Roscio Amer. Nonne his uestigijs ad caput maleficij perueniri solet? Cæsari significat punctum, lib. 7. Omnemq; Galliæ salutem in illo uestigio temporis positam arbitrarentur. Et euestigio, statim, παρὰ πόδα, ut dictum est. Lib. 4. de Gallis: Et his rumoribus atq; auditionibus permoti, de summis sæpe rebus consilia ineunt, quorum eos euestigio pœnitere necesse est, cum incertis rumoribus seruiant, & pleriq; ad uoluntatē eorum ficta respondeant. χίμετλον etiam eam pedis partem, in qua existit, nominari aliquos putauisse, scribit Pollux. Sed προσκόμματα δακτύλων, id est, cum impingunt, ac læduntur, seu offendunt digiti pedum, πταίσματα hæc ait uocata esse, & ab Aristophane ὑποπταίσματα: qui idem in fabula, cui nomen σφῆκες, προσκόψαι id uocarit, quod alij προσπταῖσαι, id est offendere. Sic enim ibi senes, ἢ προσέκοψέ που σκότῳ τὸν δάκτυλόν που, Num in tenebris digitum pedis læsit? Hoc apud ueteres ominosum erat. Et annotatur à Plutarcho, inter signa cædis Graccanæ, καὶ πρὶν ἐξελθεῖν προσέπταισε πρὸς τὸν οὐδὸν, σφοδρᾶς οὕτω τῆς πληγῆς γενομένης, ὥστε τὸν μὲν ὄνυχα τοῦ μεγάλου δακτύλου ῥαγῆναι, τὸ δ' αἷμα διὰ τοῦ ὑποδήματος ἔξω φέρεσθαι: Ac priusquā egrederetur, offendit ad limē, tam uehementi ictu, ut unguis maximi digiti rumperetur, sanguisq; infrà per calceum erumperet. Ouidiana autem sunt hæc,

Omina sunt aliquid: modò cum discedere uellet,
Ad limen digitos restitit icta Nape.

Pedibus accommodantur calcei & calceamenta, quę sunt uincula Maroni, lib. 8. κατὰ περίφρασιν,

— Tyrrhena pedum circundat uincula plantis.

Habet enim græcum uocabulum ὑπόδημα, significationem alligationis infrà: ut suprà διάδημα, gestamen in capite regium. ὑποδῆσαι, calceamētis indui. ὑποδεδεμένος, calceatus. quod nomē dicitur, ut togatus, barbatus, ocreatus, forma uerbali, cum non sint uerbalia, ut ait Priscianus. Calceo tamen, & excalceo, aliqui dixerunt. ἀνυποδησία, nuditas pedū. ἀνυπόδητος, discalceatus. Latinis sunt calcei. Pollux καλτίω nomine Rhinthonem Tarantinum Comicum ueterem, usum esse scribit. Et calceolarij, Plauto, sicut diabathrarij, sutores calceamentorum. Itē soleæ. Et Catullo est ferrea solea mulæ, suppactū solo ferrum. Item socci, crepidæ à crepitu: caligæ, calceamentū militare & spiculatorum. Cothurni etiam græco nomine usi fuerunt Latini,

Hunc socci cepere pedem, grandesq; cothurni.

Fuit enim ornatus hic tragicus, ille comicus. Græca calceamentorum nomina sunt plurima, quæ requiri poterunt de septimo libro Pollucis. ἐμβάδες, socci. Hoc calceamentum erat commune populi, acceptum à Thracibus, differens à cothurnis humilitate. ἀρβύλη, plebeium calceamentū, & uilis operis. In Oreste, σίγα, σίγα, λευκὸν ἴχνος ἀρβύλης τίθετε. In Thalysijs Theocriti sunt ἀρβυλίδες,

πᾶσα λίθος πταίοισα ποτ' ἀρβυλίδεσσιν ἀείδει.

Sandaliū, Græci σάνδαλον, & σανδάλιον, delicatum

delicatum calceamentum, & muliebre, quasi σκινδάλαμον, ut uidetur. σανίδες autem tabellæ sunt. βλαῦται & βλαυτία, simile calceamenti genus. κρουπέζια, ἀπὸ τῆς πέζης, & κρούματος, quod significat & offensionem, & sonum, propriè quidem τῶν αὐλημάτων, lignea calceamenta theatrica fuerunt. καρβατίνα, rusticum calceamentum. & Catullus carbatinas dixit. λακωνικαὶ, Laconicæ, à gente, rubra calceamẽta. ἐμβάται, quæ & ἐμβάδες, socci. ἔμβαθρα, ut διάβαθρα, ab ingrediendo. δρομίδες, à cursu. Cicero & Sicyoniorum calceorum meminit. Hæc σικυώνια sunt. Athen. lib. 4. scribit, Polysperchonta Macedonem ebrium saltitare consueuisse, indutum crocotula, & cum calceis Sicyonijs, id est, σικυώνια ὑποδήματα. Romanorum nobilium calcei habuerũt notam lunæ: unde & lunati appellati fuerunt, siue hæc litera C, seu cornua lunæ, id est σεληνίδες, esse debuerunt. Plutarchus quidem ἐκφαλαίοις ῥωμαϊκοῖς, σεληνίδας, id est lunulas, fuisse uult: et quid hoc insigne sibi uoluerit, exquirit. Calceorum autẽ materia, aluta, id est βύρσα est. & βυρσοδέψης, alutarius, seu cerdo. ὑπόδημα ῥάπτεται. Herod. ὁ σὺ ἔῤῥαψας μὲν σὺ, ὑπεδήσατο δὲ ὁ ἀρισταγόρης. Apud Platonem Theæteto sunt ἐμπαλιν ὑποδήματα, ἢ quibus perperam, uel peruersè calcei inducũtur, ut sinister pro dextro: quod pro diro omine Augustum habuisse, scripsit Suetonius. Et ὑπολύονται, Nebulis, περιέφυσαν περσικὰς ταύτας ὑπολύσας. Pollux βάσιν etiam pedem dici posse ait, & adducit de Platone, θεοὺς βάσεις ὑποτιθέντας πλείους. Hinc ait duci id quod dicitur βάσιμον, peruiũ. & ἄβατον, inuium. ut, Inuia uirtuti nulla est uia. Et βάσιν Musicorum, cum numerosè pes mouetur. Itemq́ βατῆρα, limen quod transimus. Adducitq́ uersum Amipsiæ,

ἐπ᾽ αὐτὸν ἥκεις τὸν βατῆρα τῆς θύρας.
Ad limen ipsum ianuæ nunc aduenis.

βεβῶτας etiã ex Platone & Xenophonte refert, id est ingressos. & διαβατήρια, sacra quædam. Dicere poteris, inquit, & ἐμβατήρια. & fluuiũ διάβατον, uadosum: et ἄβατον, sine uado. Demosthenis etiam διαβάται sunt, inquit: qua significatione, nescio. διαβῆτης est Aristophani in Nebulis, circinus. Hyperidẽ quoq́ ἐμβασίαν actionẽ appellasse. & ἐμβασίαν esse occupationẽ alienę domus, seu familię. Apud Herodotũ esse, ἐμβατεύων τῷ σμέρδιος ὀνόματος, uendicãs sibi nomẽ Smerdis. Hoc dicit de Mago, qui haberi uolebat pro fratre Cambysis, Thalia. Hæc Pollux. βάσις autem certè ingressionem notat, ἀπὸ τοῦ βαίνειν τοῦ βαδίζειν, quod uadere est. Soph. Aiace,

κεινὸς λακαίνης ὥστις εὔρινος βάσις.

& mox,

ἐπ᾽ ἀνδρὶ δυσμενεῖ βάσιν κυκλουμένῃ.

Et βάσις, cui statua insistit, bæc est basis. Et in triquetra figura basis, imum latus. Et βάσις ἐπίπεδος, in Timæo, planicies, cui corpora insistunt: hæc enim illis includi necesse est. βαδίζειν autẽ, & βαίνειν, & ἰέναι, ire est. Poeticum μολεῖν. ιλ. ς΄.

ἥφαιστε πρόμολ᾽ ὧδε.— prodi Vulcane.

Et αὐτόμολοι, transfugæ. In Auibus Aristoph. est,

διὰ ταῦτα τὴν δὲ τὴν βάδην βαδίζομεν.
Ideoq́ nos nunc istud exequimur iter.

Demosth. κατὰ διονυσοδώρου, αἱ τιμαὶ τοῦ σίτου ἐπ᾽ ἔλαττον ἐβάδιζον, frumẽti precia deminuebantur. Apud Homerum est πάτος, ιλ. ζ΄.

ὃν θυμὸν κατέδων πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.
Ipse suum cor edens, hominum uestigia uitans.

ut uertit Cicero. Vt igitur ἀπὸ τοῦ πάτου, πατεῖν, ingredi, & calcare: ita ἀπὸ τοῦ βάδου βαδίζειν. ut si latinè fiat à uia, uiare: unde uiator. Aiace Soph. τὴν δίκην πατεῖν, conculcare, id est opprimere, ius & fas. Et ἔμβαδον, quòd & χωρίον dixere Geometræ, spaciũ σχήματος, seu figuræ. ut τρίγωνα ὀρθογώνια Pythagorici, cuius unum latus, includens angulũ rectum pedum 3. & alterum 4. hoc iam habebit tertium τὴν ὑποτείνουσαν τὴν ὀρθὴν 5. & capiet 12. Sit unum de includentibus angulũ rectum lateribus ped. 5. alterum 12. erit ἡ τῆς ὑποτεινούσης 13. & ἔμβαδον 30. Huius exemplo est Galenus usus μεθόδου primo. ιλ. autem ό. aduerbium hoc est,

ἔμβαδον ἵξεσθαι ἣν πατρίδα γαῖαν ἕκαστος.

ut pedibus reuertatur in patriam quisq́ suam. βαίνω, ingredior, incedo, accedo.

βαίνει δίκης ἄντικρυς, μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις.

Alicubi tamẽ reperitur στείχω. nam idem hoc uerbũ significat: à quo sunt στοιχεῖα, elementa.

elementa (de quibus Plato Theæteto) principia quædam rerum, & res simplices, in quibus cogitatio insistit, ut omnis scientiæ esse oportet. Veluti grammaticæ literæ sunt Platoni, huius mundi esse placuit aerem, ignem, aquam, terrã. Sic autem hæc principia appellarunt, quia certo ordine & ratione procedentia omnia alia constituerent. Et στοιχεῖα, ac στοιχειώσεις, sunt εἰσαγωγαὶ disciplinarũ & artium, id est, prima quædam documenta & rudimenta: qualia sunt Geometriæ Euclidis, quẽ & στοιχειωτὴν, id est, talium rudimentorũ autorem nominarunt. Solem etiam quispiam στοιχεῖον appellauit, iocãs, ut opinor, quòd manifestò indies accedere & recedere uideretur. σύστοιχα sunt consentanea. ἀντίστοιχα, opposita: ut in literis τ habet ἀντίστοιχον crassum θ. In Andromacha, de sene,

σκιᾷ γὰρ ἀντίστοιχος ὢς φωνὴν ἔχεις.

id est ἀντίστροφος. Ad umbram opponi illum posse dicit. Et Ιλ. λ'. τριστοιχί, tribus ordinibus. Et Οδυσς. μ'. τρίστοιχοι ὀδόντες Scyllæ. Sed βαίνω, ut dixi, gressionem notat εὖ βεβηκώς, est firmũ & illabefactatum. Herod. Polymn. παραδεξάμενος παρὰ πατρὸς τὴν τυραννίδα κάδμος εὖ βεβηκυῖαν, ἑκών τε εἶναι καὶ δεινοῦ ἐπιόντος οὐδενὸς, ἀλλ' ὑπὸ δικαιοσύνης ἐν μέσον κώοισι καταθεὶς τὴν ἀρχὴν οἴχετο ἐς σικελίην: Acceptum regnum à patre, bene constitutũ, sua sponte, cum nulla calamitate urgeretur, tantummodo iustitiæ amore, in mediũ reposuit ciuibus, & discessit in Siciliam. In quinto libro de Animalibus, βαίνειν significat animalium coitum, ὁ μὲν ἐλέφας ἄρχεται βαίνεσθαι δίκα ἐτῶν. ὁ δὲ ἄῤῥην βαίνει πεντέτης ἢ ἑξέτης. Plin. lib. 8. Pudore nunquam nisi in abdito coeunt, mas quinquennis, fœmina decẽnis. Initur autem biennio. Erit igitur βαίνειν, inire. ἐμβαίνω, ineo. κίνδυνον παλαίας β. εἰς τὸν αὐτὸν ἡμῖν κίνδυνον ἐμβαίνειν, idem periculum adire. Et Luciano, εὐσταθὴς ἔμβασις ποδὸς. &, πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνειν. ἐπεμβαίνω, premo & insulto. Electra Soph.

ἐχθροῖσιν αὐτὸς ζῶν τ' ἐπεμβῆναι ποδί.
Vt uiuus hostibus pede insultet suo.

Et Aiace,

οὐ γὰρ θανόντι καὶ προσεμβῆναί σε χρή;
Non mortuo insultare te insuper decet?

εἰσβαίνω, introeo. ἐκβαίνω, exeo & absum. Iphigenia Taurica, ἐξέβην γὰρ ἄλλοσε, alibi eram. Halicarnaseus lib. 6. ἐπάνειμι δὲ ὅθεν εἰς τὴν ἐξέβην λόγον, redeo unde digressus fui. ἔκβασις, exitus, Demostheni ἐκβάν. Olynth. 1. πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον ἐκβὰν, ἕκαστον τῶν προϋπαρχόντων, ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται. De euentu plerunque iudicium fieri ait. Atille,

— Careat, inquit, successibus opto,
Quisquis ab euentu facta probanda putat.

ἀπόλλων ἐκβάσιος, consecratus ab Argonautis ad Cyzicum, ut Apollonius lib. 1. Itemque ἐμβάσιος, in littore consecratus, cum nauem ascensuri essent. παρεκβαίνειν, excedere. Plutar. συμποσιακῶν 4. ἐν τοῖς ἁπλαῖς καὶ μονοτρόποις ἐδωδαῖς, οὐ παρεκβαίνει τὴν φύσιν ἡ ὄρεξις. παρέκβασις est euagatio, ut cum oratio à proposito recedit, & aliena quædã persequitur. συμβαίνειν, accidere. συμβεβηκός, accessorium. ut ad corpus accedit color, et animi συμβεβηκὸς est eruditio. Et σύμβασις, conuentio, seu consensio. Et Thucyd. lib. 5. λόγος ξυμβατήριος, pacis & compositionis. & ξυμβατικόν, pacificum. Idem, ξύμβασιν προὐθυμεῖτο, compositionis cupidus erat. Phœnissis,

καὶ σύμβασίν τιν' οἶδ' ἐπεὶ τέκνοις δίδου.

Et συνέβαινε, in Ranis, conueniebat: οὐ γὰρ ἀθηναίοισι συνέβαιν' αἰσχύλος. Non potuisse conuenire inter Athenienses & Aeschylum dicit. Et κλεοῖ, συνέβησαν εἰς ταὐτό. Et Thucyd. lib. 5. ξυνέβησαν τοῖς λακεδαιμονίοις. Stoicorum sunt συμβάματα, & παρασυμβάματα. de quibus Lucianus βίων πράσει. ut sit claudicatio σύμβαμα: pedem claudũ lædi, παρασύμβαμα. Hoc iam erit σύμπτωμα & παρασύμπτωμα. Etiam imperfectam enunciationem, παρασύμβαμα uocarunt. ut sit hoc σύμβαμα, μωρὸς μωρὰ λέγει: & παρασύμβαμα, μωρὸς μωρὰ μέλλει: deest enim λέγειν. προβαίνειν, accedere. Ιλ. ε. αὐτὰρ ὁ λὰξ προβὰς, calce insistẽs. προβαίνειν, pcedere & succedere. quod Plauto est prouenire. ἀναβαίνειν & καταβαίνειν, ascendere & descendere. Equitum hæc uerba sunt, ut apud Xenophontem de Re equestri. Et oppugnatores ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὸ τεῖχος, conscendunt muros. Et βουκέφαλος ἀναβαινόμενος πρὸς μόνου ἀλεξάνδρου, apud Arrianum lib. 5. quem solus Alexãder cõscendebat, ὅτι τοὺς ἄλλους πάντας ἀπηξίου ἀμβάτας, quòd alios omnes sessores respueret. ἀνάβασις, equestre uocabulum

cabulum est. & ἀνάβασις, in Persas. καταβαίνειν, in Vespis, aggredi. καταβατέον γ' ἐπ' αὐτούς, aggrediendi sunt. Iubebantur Athenis descendere de editiore loco ij, quorum iudices orationem audire amplius nolebant. Ea erat interpellatio lingua Attica talis, κατάβα: id enim significat καταβαίνε. Aristophanes Vespis,

κατάβα, κατάβα, κατάβα. καταβήσομαι
καί τοι τὸ κατάβα τοῦτο πολλοὺς δὴ πάνυ
ἐξηπάτηκεν, ἀτὰρ ὅμως καταβήσομαι.

Iubet senex descendere deprecãtes pro cane catulos, quos filius in illo ludo iudicij produxerat. Ita enim paulo antè,

— ποῦ τὰ παιδία;
ἀναβαίνετ' ὦ πονηρά. —

Ac uelle se quidem descendere manifesto cum discrimine ait: multos enim hoc uerbo esse deceptos, qui postea damnati fuerint sententijs iudicum. Annotauit Laertius, cum Plato dicturus pro Socrate, ita ordiretur, ut se diceret omnium natu minimum uerba facere uelle, acclamasse iudices, κατάβα τοίνυν, neque passos esse plura illũ loqui. In epistola Pauli ad Ephesios praeclarè scriptum est de Christo, ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι, καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν. Hic est filius Dei, qui descendit de coelo, & adiunxit sibi naturam humanam, & resuscitatus in uitam, morte in carne obita, ascendit in coelum Dominus & saluator noster Iesus Christus, cui debetur laus, praedicatio, adoratio, & cultus sempiternus. ιλ. ά. Thetis,

ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν Οὔλυμπόν τε.

coelum ascendit. Ascendunt, id est ἀναβαίνουσιν etiam naues. ιλ. ά.

οἱ μὲν ἔπειτ' ἀναβάντες ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα.

διαβαίνειν, transire, prodire, & consistere. ut in carmine Tyrtaei,

ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ.

Hinc διάβαθρα, de quibus diximus. Et διάβασις, transitus, & traiectus. Et ipsos pontes διαβάσεις uocarunt. Xenoph. de Re equestri, προδιαβῆναι αὐτὸν τὴν τάφρον. Prius ipsum equitem transire fossam, & ita adducere equum iubet, nondũ assuefactum ad saltus. διαβήτης, est dictus. hic est circinus, cuius duo brachia ita disponuntur, ut unũ figatur in superficie quacunque, alterum ad certum interuallum extendatur, & ita circumactum describat περιφέρειαν, id est lineam, quae in planicie ambiat circulum, id est κύκλον. Inuentum Perdicis, quem aiunt fuisse sororis Daedali filium, de quo Ouid. lib. 7.

— Ex uno duo ferrea brachia nodo
Iunxit, ut aequali spacio distantibus illis,
Altera pars staret, pars altera duceret orbem.

μεταβαίνειν, trãsire de uno loco in alium. & μετάβασις, transitus. & μεταβατικὰ uerba, quorũ significatio transit ad alia quędam. ut ἐχειρώσατο, ζηλῶ σε τῆς εὐβουλίας. transit enim ab accusatiuo ad genitiuum. & Οδυσσ. ό.

δῶρόν τοι καὶ ἐγώ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι.

transit ab accusatiuo ad genitiuum. Quibus hoc non accidit, ea sunt ἀμετάβατα. ut γρηγορῶ, uigilo. κοιμῶμαι, dormio. παραβαίνειν, praeterire. Thucyd. ς. παραβήσεσθαι τοὺς ὅρκους, transgressuros esse iusiurãdum: id est, uiolaturos foedus. & παράβασις, error. & apud poetas παραιβασίαι. Hesiod. Theogonia de Parcis,

αἵ τ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραιβασίας ἐφέπουσιν.
Quae peccata animaduertunt hominumque deûmque.

Comica autem παράβασις, chori quaedam processio ad spectatores, & allocutio quaedam fuit in fabulis. Quia autem hęc plerumque à poetis exponebatur uersibus anapaesticis, ideo & ἀνάπαιστοι illa appellatur. Erat autem παράβασις τελεία & ἁπλοῦς. τελεία habebat & uersuum quasdam caesuras, eiusque partis nomen erat κομμάτιον. Et uersus longos, πνῖγος uocabatur, quod notat aestum et suffocationem. Et παράβασιν eiusdem nominis cum genere. Disponebatur autem strophis & antistrophis, & ijs quae ἐπιρρήματα ac ἀντεπιρρήματα dicebantur: itemque quae ᾠδαί, & ἀντῳδαί: quarũ una pluribus'ue partium quae deficiebatur, ea ἁπλοῦς perhibebatur. De hoc & uerbo παραβαίνειν, usi sunt in significatione processus. & Aristoph. σφηξὶ generaliter, στρέφε παράβαινε κύκλῳ, uerte, & circumquaque procede. ἀντιβαίνειν, contraire, & aduersari. ἐπιβαίνειν, conscendere. & ἐπιβάται, nauiũ propriè cõscensores, ut equorum ἀναβάται. In nauibus quidem ἐπιβάται dicebãtur, qui aut sua, aut conducta naui uterẽtur. Itemque copiae nauales, & qui non essent secundũ Thucydidem πρόσκωποι, id est remiges. Hos uocat ipse πλείονας. In procemio, ἐπιβαίνειν τείχους, dixit Arrianus lib. 2. & ἐπιβατεύειν, idem. transferturque ad

coitum propriè animalium. Et Homerus dixit,

— συῶν ὑπεμβεβαῶτα κάπρον. Ὀδυσ. ψ´.

In Conuiuio Xenophontis hæc leguntur, ὅτε γὰρ ὑπ᾽ αὐτῷ βιβλίῳ ἐμβατεύητέ τι, si quando in uno libro percurritis aliquid: uel, lectioni insistitis. ὑπερβῆσαι, μεταβατικῶς, admittere, traducere, aut perducere. Ὀδυσ. ψ´.

— θεοί, οἵ τε δύνανται
ἄφρονα ποιῆσαι καὶ ἐπίφρονά περ μάλ᾽ ἐόντα
καί τε χαλιφρονέοντα σαοφροσύνης ἐπέβησαν.

— Dij, quorum est ista potestas,
Vt stolidum reddant, cuius sapientia summa est,
Adq; bonam frugem dementia corda reducant.

Et mox inquit Euryclia,

ἀλλ᾽ ἕπεο, ὄφρα σφῶϊν ἐϋφροσύνης ἐπιβῆτον
ἀμφοτέρω φίλον ἦτορ. —

Sequere, inquit, ut iam ambo ad lætitiam adducatis animum uestrum, id est, ut exhilaretis uos. Similiter & βῆσεν ac βῆσαι reperitur apud Homerũ, ἐν δ᾽ ἑκατόμβην βῆσε θεῷ. &, ἐν δ᾽ αὐτὴν Χρυσηΐδα καλλιπάρῃον βήσομεν: imposuit hecatomben, & imponemus Chryseida. Homericum est & ἐπιβασκέμεν. Ἰλ. β´.

— οὐ μὲν ἔοικεν
ἀρχὸν ἐόντα κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν.

Non decet, inquit Thersites, principem uirum subditos obijcere malis. quod diceretur aliter, ἐμβιβάζειν, seu ἐπιβιβάζειν κακοῖς. Placet enim Grammaticis esse βιβῶ: unde μακρὰ βιβάς, Ἰλ. η´. Aiax. Et μακρὰ βιβῶσα, anima Achillis, Ὀδυσ. λ´. Vsitatum autem uerbũ in lingua Græca, ἀναβιβάζειν, producere. καταβιβάζειν, reducere. Et circuli lunares, ἀναβιβάζων καὶ καταβιβάζων, qui indicantur nominibus capitis & caudæ draconis. Item ἀναβιβαζόμενος qui imponitur equo: & qui imponit, ἀναβιβάζει. Ἑλληνικῶν ε´. ἀπεβίβασε τὸ στράτευμα τῆς ἀνδρίας χώρας εἰς γαύρειον, exposuit copias ad Gaurium in regione Andria. Et νόμιμον ἰ. συνδιαβιβάζειν, per fluuium διάβατον, id est uadosum, traducere secum. ὑπερβιβασμὸς etiam Grãmaticis est, quæ eadem μετάθεσις est: ut κρατερός, καρτερός. συμβιβάζειν, conferre. & συμβίβασις, conciliatio. Plato Hippia minore, ἐπιθυμῶν μαθεῖν ὅτι λέγει, διαπυνθάνομαι, καὶ ἐπανερωτῶ, καὶ συμβιβάζω τὰ λεγόμενα ἵνα μάθω: In cupiditate cognoscẽdi, quid dicatur, & percontor, & iterum atq; iterum considero, & confero ea quæ dicuntur, ut intelligere possim. βιβάζειν habet significationem admissionis animalium ad coitum. Aristot. de animalib. ζ´. de suibus, θυῶσαι δὲ οὐ δεῖ εὐθὺς βιβάζειν πρὶν ἂν μὴ τὰ ὦτα καταβάλλῃ. Plin. lib. 8. cap. 51. Ne prima subatione, neq; ante flaccidas aures coitus fiat. περιβαίνειν, obire. idem & ἀμφιβαίνειν. & significat protectionem, Ἰλ. ι´.

ἐδ᾽ ἔτλη περιβῆναι ἀδελφειοῦ κταμένοιο.

& postea,

ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ αὐτῷ βαῖνε λέων ὥς ἀλκὶ πεποιθώς.

Ibidem ἀμφίβασις inclusionem notat:

δεῖσε δ᾽ ὅγ᾽ ἀμφίβασιν κρατερὴν Τρώων ἐγεράχων.

Aiacem dicit metuisse, ne à Troianis circumueniretur. Et ἀμφισβαίνα, serpentis monstrosæ nomen, quæ prorsum & retrorsum incedit: geminum enim huic caput, id est, ut Plinius ait lib. 8. cap. 23. ad caput & ad caudam. Rursum Ἰλ. ε´.

ὡς Αἴας περὶ Πατρόκλῳ ἥρωϊ βεβήκει.

ἐκβαίνειν, discedere. Ἰλ. ζ´.

ὡς ἄρα φωνήσας ἀπέβη κορυθαίολος Ἕκτωρ.

quod & διάβασιν mediam habet. Ἰλ. β´.

ὡς ἄρα φωνήσας ἀπεβήσετο. —

Sicut & προσεβήσετο ibidem,

αὐτὸς μὲν ῥα θεᾶ προσεβήσετο μακρὸν Ὄλυμπον.

Volunt & exitus significationem habere τὴν ἀπόβασιν. ut si dicatur, τὸ πρᾶγμ᾽ ἀπέβη οὕτως, hic rei fuit exitus. Theocritus ὕλας, ὃν ἐλαθινὸν ἄνδρ᾽ ἐκβαίη, euaderet in egregium uirum. ἐκβατήριον etiam nescio quos fuisse ludos equestres traditur. ἀναβάθρα, scalæ nauales, in Toxari Luciani. Est & nauticum uerbum. Thucyd. lib. 2. καὶ ἐν μεθώνῃ τῆς λακωνικῆς ἐκβάντες τῷ τείχει προσέβαλον: Et copijs ad Methonam Laconicam expositis, mœnia oppugnare cœperunt. Et mox, καὶ ἐκβάσεις ποιησάμενος, τῆς παραθαλασσίας ἔστιν ἃ ἐδῄωσε: Copijs expositis, maritima quædam loca uastauit. ὑποβαίνειν, subire. ὑποκαταβαίνειν, Hippocr. Aphoris. ποσὸν ὑποκαταβαίνειν ὁκόσον ἂν ἡ νόσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων ᾖ: Tantum à tenui uictu paulatim recedi iubet, quantũ remiserit morbus, ut ab extremo periculo absit. ὑπερβαίνειν, trãsire & præterire. ὑπερβαίνοντας ἤδη τὰ τείχη, Arrianus dixit, muros transcendisse, & ita peruenisse in urbem, lib. 6. Xenophon autem de conscensione equestri, ὑπερβαίνοντα ἤδη τοῖς δεξιοῖς πλευρᾶς τῶν ἵππων

τὴν ὁδὸν, transferat. Et ὑπερβασίαι Hesiodo, peccata. Et ὑπερβατὸν uocãt Grammatici longiorem sententiæ transitum, interruptumq́ contextum illius. Βατήρ, Polluci limen. Suidas adducit senarium hunc,

αὐτὸν ὑπέρκρακας τὸν βατῆρα τοῦ λόγου:

interpretans limitem, unde prosilirent πένταθλοι, id est quinquertiones. Id poterit, ut opinor, accipi, rem tetigisti. ἅρμασι τετραβάμοσιν, curribus quadriiugis. Phœniss. στρατὸν ἱπποβάμονα, equestres copias. Et Ranis, ῥήματα ἱπποβάμονα, grãdia uerba. In Rheso, δίβαμος εἰμί, bigradus sum, ut tardigradus. Est autẽ βαθμός, gradus. & cantica graduum, ψαλμοὶ βαθμῶν. Et ἀναβαθμοὶ sunt ἀναβάσεις, ascensiones. In theatro erant ἀναβαθμοὶ & βάθρα, sedes et sedilia. Et Epicrates præsidem πρωτόβαθρον dixit, ut retulit Pollux lib. 4. ἀνάβασις autem est, sicut εἰσβολὴ πυρετοῦ, id est incrementum, & correptio. & ἀναβαίνουσιν οἱ πυρετοὶ ἐπὶ τὴν ἀκμήν. Galeno de Febrium differentia lib. 1. βητάρμονες, saltatores, facto uocabulo de gressus concinnitate. Ὀδυσ. θ'.

ἀλλ' ἄγε Φαιήκων βητάρμονες ὅσσοι ἄριστοι

παίσατε. —

δύσβατον χωρίον, salebrosum. Polyb. lib. 2. ἐρημώδη, dixit, καὶ δύσβατον τὴν ἀνακχώρησιν. πρόβατα placet Grammaticis appellatas esse omnes pecudes, eo quòd priores βαίνουσι, id est gradus, alij sequantur. Sed propriè oues πρόβατα dicuntur. Hesiodi est,

μήτ' ἐν ὁδῷ, μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ προβάδην οὐρήσῃς.

Vetat meiere procedentẽ: hoc enim fieri uult à subsidentibus, aut applicãtibus se ad parietem. πρόσβατον, & ἀπρόσβατον, quò accedi potest, aut non potest. Hoc uerbum in futuro habet mediam διαβήσομαι. ut Phœnissis,

καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται διὰ αἵματος.

& Alcestide,

τὸ γὰρ τύχης γὰρ ἀφανὲς οἷ προβήσεται.

In præterito perfecto actiuam. ιλ. κ'.

ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε. — & ιλ. ζ'.

— ὡς ἀλέγιζον ἱκέσθαι.

Compositæ sunt tales formæ: ἀεροβατῶ, Aristophani Nebulis, aẽre ingredior. σχοινοβατεῖν, per extentum funem ingredi. & σχοινοβάτης, funambulus. ἀκροβατεῖν, progredi summis digitis terræ insistentem, Icaromenippo. χ[illegible] re. & χωροβάτης, geometricum [illegible] ad librationes accõmodatum [illegible] truuium lib. 8. πυλοβατεῖν, per [illegible] gredi. ναυβάται sunt Soph. Aiace, [illegible] nauales. βάδην est pedetentim. [illegible] δίας β'. ὅτι βάδην ὑπακούειν, ἀλλ' [illegible] χων: Quoties uoco, non accedit ille, sed accurrit. Et lib. 3. ἦγε [illegible] βάδην, δρόμον ἤγαγε: non pedetẽtim magis ducebat, sed curriculo. ἀναβάδην significationem habet extensionis, aut secessus, & contentionis, & impetus. ἀναβάδην ἀναπαύομαι, quidam de loco editiore interpretati fuerunt. Et Acharnensibus, ἀναβάδην ποιεῖ τραγῳδίαν, totus est in componendis tragœdijs. ἀναβάδην, Aristot. de Animal. ζ'. αἱ ἄρκτοι ὀχεῖαι ποιοῦνται, οὐκ ἀναβάδην, ἀλλὰ κατακεκλιμμέναι. Plin. lib. 8. Non uulgari quadrupedum more, sed ambobus cubantibus. βάθρον, fundamentũ. Aiace, Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον, sedem tenens Salaminis. Cyclope,

— ἐς ἐσχάτους γὰρ ἥκω

πόνους ἀφῖγμαι κἀπὶ κινδύνου βάθρα.

Ad certissima et maxima pericula se adire ait. ὑπόβαθρον, fulcrum, uel potius solum. Xenoph. ἀπομνημ. β'. οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις: Mollia stragula, & lectuli molles, & ea quæ lectulis supponũtur, ut mollia sint curas. ἐπιβάθρα etiam γέφυρα πολιορκητική, id est, pons oppugnatorius. & ἐμβάται, Xenoph. de Re equestri, calcei. & ἐπιβατήρια ὄργανα, machinæ paratæ ad mœniorum conscensionem. διαβατήρια, sacra ante expeditionem, propriè Lacedæmoniorum. Thucyd. lib. 5. ὡς δὲ αὐτοῖς τὰ διαβατήρια θυομένοις οὐ προὐχώρει: cum expeditionis causa sacrificantes, non litarent. Et paulo pòst, ὡς οὐδ' ἐνταῦθα τὰ διαβατήρια αὐτοῖς ἐγένετο: cum ne ibi quidem sacra addicerent, ut expeditio susciperetur. ἐμβατήρια autem dicebãtur ᾄσματα, seu αὐλήματα, ad quæ ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες, committere prælium solebant, ut ostendit Thucyd. lib. 5. Etiam Pindaricã ἐπιβδαν hinc deducunt, postridianam diem feriarum, quasi ἐπιβαίνουσαν ταῖς ἑορταῖς. Est & ζῶον τὸ πεζόβατον, quæ pedes habent. πεζόβιον dicitur μεταβατικῶς: ut Oreste, πορθμὸν δ' αὐτὴν ἐκκλείτων ἀπὸ πυλάδος δακρύων.

Hoc est planè, quod Ouidius canit,

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Nam tum negat prouerbiũ amicos multos sese ostendere, aut obuiam ferre. Xenophon ἑλλην. 2. ἕως δὴ τοὺς πονηροὺς ἐκποδὼν ποιησάμενοι κατεστήσαντο τὴν πολιτείαν: donec e medio sublatis improbis, constituere Rempub. possent. Dionysius autem Halicarn. lib. 2. ita, ὁ δ᾽ ἐκποδὼν συνακολουθῶν αὐτοῖς, συνεισπίπτει τοῖς φεύγουσιν εἰς τὸ τεῖχος, euestigio insequens. συμποδίζειν significat pedes colligare. Plato Theæteto, πρὶν θαυμάζεις τὴν πολυάρατον σοφίαν συμποδισθῇς ὑπ᾽ αὐτοῦ: donec in admiratione optabilis sapientiæ, ab illo quasi compedibus implicareris. προπόδας dicti fuerunt, quibus essent grandes pedes. Et πρόπους inter sidera, ante signũ Geminorum. Et πρὸ ποδῶν, in promtu, ante pedes. πολιτειῶν δ΄. πάλαι ὦ μακάριε φαίνεται πρὸ ποδῶν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν κυλινδεῖσθαι: Iamdudum, optime tu, ab initio ante pedes uolui uidetur. In Suidæ collectaneis annotatur prouerbium, κατὰ πόδας βάσιν. quod dici perhibet de ijs, qui accurate & diligenter aliquid, non temerè & festinanter absoluant: id est pedetentim, ac placidè. In Xenophontis primo παιδείας κύρου, κατὰ πόδας significationẽ habet insecutionis: ὅτι δὲ ταχὺ ἐφευρεθέν ἄλλας κύνας ἔχειν ἀποτεταγμένας πρὸς τὸ κατὰ πόδας αἱρεῖν: Statim autem reperto lepore, nimirum alias canes habebas instructas ad insequendũ & capiendum illum. Herod. τερψιχ. ἐόντων δὲ ἤδη ἐν χίῳ κατὰ πόδας ἐληλύθει περσέων ἵππος πολλὴ διώκουσα τοὺς παίονας: Cum iam in Chio essent, magna affuit multitudo equitum Persicorum, insequens illos per uestigia ipsorum. Polyb. lib. 1. εἵπετο κατὰ πόδας τοῖς πολεμίοις, uestigia hostium secutus fuit. Idem lib. 3. τῇ δὲ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ, postero, id est sequente die. παρὰ πόδας, euestigio. Idem lib. 5. βραχεῖς γὰρ δὴ πάνυ καιροὶ πάντας μὲν ἀνθρώπους ὡς ἐπίπαν ὑψοῦσι, καὶ πάλιν ταπεινοῦσι, μάλιστα δὲ τοὺς ἐν ταῖς βασιλείαις. ὄντως γάρ εἰσιν οὗτοι παραπλήσιοι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις. ἐκεῖναί τε γὰρ κατὰ τὴν τοῦ ψηφίζοντος βούλησιν ἄρτι χαλκοῦν καὶ παραυτίκα τάλαντον ἰσχύουσιν, οἵ τε περὶ τὰς αὐλὰς κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως νεῦμα μακάριοι, καὶ παρὰ πόδας ἐλεεινοὶ γίγνονται: Breuia enim momenta plerunq; extollunt homines, & deprimunt, in primis eos qui in familijs regum sunt. Reuera enim hi similes calculis mensularum, super quibus rationes computantur: illi enim pro eo atq; computatori libet, modò assem, modò talentum ualent. Et aulici iam beati, pro nutu regis, euestigio miseri sunt. In Theæteto, τὰ δ᾽ ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας, quę sunt ante & iuxta illum. Et, περὶ τῶν παρὰ πόδας, καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς διαλέγεσθαι, differere de ijs quæ sunt ante pedes & oculos. Lucianus, ὧν παρὰ πόδας οἱ ἔλεγχοι, quæ redarguere in promtu est. Idem, παρὰ πόδα ἡ ἱστορία, in promtu est historia. Et Philocteta, πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται, facilè & euestigio magnam potentiã obtinet. Sed ιλ. ό.

τάρβησαν, πᾶσι δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός.
Extimuere, animusq; pedes delapsus adusq; est.

In Teutonico dicunt delabi cor in calceamenta, de ingenti formidine. ὀλυμπίων α΄. ὁ αὐτῷ πὰρ ποσὶ χεδὸν φάνη, propè iuxta pedes ille se huic ostendit. Et πυθίων γ΄. est τὸ πὰρ ποδὸς, pręsens, id est conditio uitę humanę. χρὴ τὰ ἐοικότα πὰρ δαιμόνων μαστευέμεν θναταῖς φρασί, γνόντας τὸ πὰρ ποδὸς, οἵας εἰμὲν μοίρας: Decet petere à dis, humanis animis conuenientia, animaduertentes id quod præsens est, quod sit fatum nostrũ. ὑπὸ θρήνυς ποσίν, est in solio Homerico. Hoc posteriores uno uerbo duplici uocarunt suppedaneum, & ὑποπόδιον: sicut σύαγρον, qui est Homero ὗς ἄγριος. In secundo autẽ Polybius ὑπὸ πόδα κατάστασιν dixit, statum eundem & immutatũ. Addit enim, διὰ τὸ μὴ λελοιπέναι τόπον εἰς ἀναχώρησιν ἑαυτοῖς: quòd non reliquissent locum sibi ad retrocedendum, seu ad receptum. Plutarchus autem contra Epicurũ disputans, quòd ne suauiter quidem secundum illius dogma uiui possit, τὰς μὲν θεμιστοκλέους καὶ μιλτιάδου πράξεις ὑπὸ πόδας τιθέμενος καὶ κατευτελίζοντος, qui calcet & eleuet. Pindaro πυθίων δ΄. ἐκτὸς ἔχειν πόδα, significat expertẽ esse: φαντὶ δ᾽ ἔμμεν τοῦτ᾽ ἀνιαρότατον, καλὰ γινώσκοντ᾽ ἀνάγκᾳ ἐκτὸς ἔχειν πόδα: Aiunt hoc esse molestissimum, cogi aliquem expertem esse notorum bonorum. Sophocli Philoctete, uitare:

— κἂν τὰ λοίφ᾽ οὕτω φρονῇς,
ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα.

Sententia in qua si perseueraueris,

Fortasse poteris effugere infortunium.

ποδαγὸς, & ποδηγὸς, & ποδηγὴς, ductor. In Antigona à pedibus,

ἐγὼ δέ σοι ποδαγὸς ὑπόμενον πόσει.

Virum comitabar assecla ego fidus tuum.

ποδηγέτης σκότῳ λαμπὰς, fax deductrix pedum in tenebris, Lycophroni. Et uerbum ποδηγετεῖν, sicut ποδηγεῖν. ποδήνεμος ὠκέα ἶρις est, uelox, & cum uentosis pedibus. Aeripes autem cerua est Maroni, firmis ac solidis pedibus. Etsi placuit Seruio, esse συνώνυμον, & integrum aëripes, quæ iam esset ποδήνεμος. ποδηνεκὲς δ' ἔρυμα λέοντος, ιλ. κ'. Et scutum, ποδηνεκὲς ἔγχος ἀκόντων, ιλ. ό. utrũq; prolixum, & pedes attingens. ποδαρκὴς δῖος ἀχιλλεὺς, est ποδώκης, agilis & celer. γυμνοποδεῖν, est nudis pedibus incedere. & γυμνόπους, nudis pedibus incedens. & res γυμνοποδία. ἀκαμαντόποδος ἀπήνη, currus indefessi cursus, Pindaro ὀλυμπιονίκ. Et τανύποδας ἐρινῦς inuocat Sophocleus Aiax, Furias cum prolixis pedibus. χαλκόπους autem ὁδὸς, in Oedipo Colonæo, & ἐρινὺς, est in Electra, id est ferripes. τρίπους, à tribus pedibus, quod retulimus. Hoc etiam diminutũ τριποδίσκιον. Sed τρίπους δελφικὸς, est cortina Delphica, ut Aeneid. 3.

— Et mugire adytis cortina reclusis. & 6.

— Nec te Phœbi cortina fefellit.

Et rursum 3. græco utitur uerbo,

— Qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis.

Propertius lib. 4.

Si modò Auernalis tremulæ cortina Sibyllæ
Dixit, Auentino rura pianda Remo.

Fuit autẽ cortina Delphica, similis ahenis cum tribus pedibus, quibus insisteret, qui Gręcis est χαλκοῦς τρίπους. Idq; nomen & quibusdã stellis inditum, supra Geminorum signum, quorum alterum Apollin astrologi nominant. De tripode autem Delphico placuit quædam ex Diodoro decerpta inserere huic loco, apud quem lib. 16. hęc ferè legũtur: Cum Delphis antiquis tẽporibus ingens terrę hiatus extitisset, qua postea parte templi penetralia, id est ἄδυτα, fuerũt, ascendentes capellę, nondum enim mons incolebatur, & accedentes propius ad hiatum, mox cùm sonos, tum gestus mirificos edere cœperunt. Hoc custodem gregis miratũ, uenisse & illum ad hiatum: eiq; idem quod capris accidit. Quo diuulgato, alij de uicinia complures, experiri uolentes quæ res esset, progressi ad hiatum illum, statim mente se alienari, et ut Græci aiunt, ἐνθουσιάζειν, id est, numine corripi senserunt: quam terræ diuinitatem attribuentes, multis annis in rebus quisque dubijs illo pro se oraculo fuit usus, cũ Telluris esse χρηστήριον, id est, officinam quandam responsorum, statuerent. Postea cum permulti in illo furore præcipites in hiatum ferrentur, placuit uaticinandi munus uirgini delegare, quam & προφῆτιν, & πυθίαν appellarunt. Vt tamen hæc illo fungi tutò posset, machinam quandã extruxerunt, super qua sine periculo posset exultare, & oracula reddere: quę cum tres bases haberet, τρίπους nomen obtinuit. Atq; illius ueteris operis similes fermè sunt, & imaginem referunt lebetes æreí tripodes, quales postea excudere soliti fuerũt. Addit Diodorus, aliquãtisper huic muneri uirginem præfuisse, deinde quinquagenariam fœminam, sacerdotẽ constitutam. Sed hæc nihil ad rem. Quòd autem uerissima responsa dari crederentur Delphis, τὰ ἐκ τρίποδος, prouerbiali figura dici cœpta, quæ essent certissima. Cortinam quidã & uelum significare uolunt, cuius quidem Seruiana ridicula etymologia est. ut in uersu ex Aetna,

Carmineq; irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,
Quæ tenuem impellens animã subremigat undam.

De quo tamen illi uiderint. Neq; in Pœnulo significatio manifesta est,

Ita replebo atritate, ut atrior multo fiet,
Quàm Aegyptij, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.

Diuus quidem Hieronymus in Mose, planè cortinam in significatione ueli usurpat. Sed de hoc satis. πὼς est & τραπέζης id est pes mẽsæ, qui apud priscos fueré terni. Metamor. 8.

— Mensæ sed erat pes tertius impar.

ut potius τρισάπεζα, quàm τετράπεζα illa perhibẽda sit, si de numero ductum nomen esse uideatur. Propert. lib. 4.

Decidit inq; suos mensa supina pedes.

Horatius dixit, I pedes quò te rapiunt. Theocritus, ᾇ πόδες ἄγον. Camilla autem

pedem

pedem ex hoste reportat, ἀναχωρῶ. Et Bibulus apud Ciceronem pedem porta non extulit, οὐκ ἐξῆλθεν ἔξω πόλεως. In Comœdijs seruus iocans ille quidem ait, ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ. Sed usitata est figura sermonis de toto, seu integro, ἐκ κεφαλῆς, ἢ ἐκ κεφαλῆς ἐς πόδας. ut & Ιλ. ψ.

ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. —

De mensæ autem tribus pedibus extant quædam in epitoma Athenæi lib. 2. ubi & Cratini uersus refertur,

τράπεζαι τρισκελεῖς σφφνδάμιναι.

Trinis acernæ mensulæ cum cruribus.

Atque ibi docet, fuisse τετράποδας mēsas appellatas. ut apud Antiphanem,

ἐπειδ' ὁ τρίπους ἤρθη κατὰ χειρῶν τ' ἄχομεν.

Ast tripode sublato, & data manibus aqua.

Ibidem & Xenophontis locus, de 7. lib. ἀναβάσεως adducitur Et Epicharmea disputatio, quomodo mensa quadrupes possit esse τρίπους. Et Aristophanis elegantissimi uersus exponuntur,

— *τράπεζαν ἡμῖν φέρε*

τρεῖς πόδας ἔχουσαν, τέσσαρας δὲ μὴ 'χέτω,

καὶ πόθεν ἐγὼ τρίπουν τράπεζαν λήψομαι;

Vnde colligi posse uidetur, remansisse nomen τρίποδος etiam in quadrupede mensa, quòd priscæ mensæ ternos pedes habuissent, ut accidit in multis. Tale est enim tabellarius, talis liber, tale stipendium. ἐκ δὲ τραπέζης diminuitur τραπέζιον, mensula, quod apud Geometras est σχῆμα inæqualium tam laterum quàm angulorum quatuor. Ponebatur autē mensa ante epulas, & postea auferebatur: id est, τίθεσθαι & αἴρεσθαι. & posita τίθεσθαι. Pone puer mensulā, Plaut. Et, Mensæque remotæ, Maro. Et ἐπὶ δὲ τίθεικα τραπέζας, Ιλ. ω. δεύτεραι autem τράπεζαι. mensæ secundæ: quas, referēte Athenæo lib 14. Philoxenus Cytherius in fabula, cui nomen indidit δεῖπνον, id est cœnæ, κέρας ἀμαλθείας, id est cornu copiæ, appellauit. Horatius:

— *Tum pensilis uua secundas*

Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.

Rursum pedes ferunt ingredietes. Ιλ. ς'. τὴν μὲν ἀρ' οὔλυμπόν δὲ πόδες φέρον. In Plautino autē ioco, odos dimissis pedibus fertur in cœlū. Vulcanus autem est κυλλοποδίων, id est, uitiatis pedibus. Et ὀρθοποδεῖν, rectè ingredi, apud Paulum ad Galatas 2. ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Et δίκη ὀπισθόπους, assecla nocentium. Nam secundum Horatium,

Rarò antecedentem scelestum

Deseruit pede pœna claudo.

σφυρόποδα interpretanť μεγαλόπουν, cum magnis pedibus. λεπτόπους autem est, qui habet exiles pedes: de quo τὸ θρυλλούμενον, πόδα ἔχων σκέλος. Apud Maronem,

Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit.

Nam laudatur ungula caua equi, ψοφοῦσα ὥσπερ κύμβαλον, secundum Simonem. ἀγκυλόπους δίφρος, ab operis, ut uidetur, & figuræ expresione, apud Plutarch. in Mario, sella curulis. δύο γάρ εἰσι τάξεις ἀγορανομιῶν, ἡ μὲν ἐκ τῶν δίφρων τῶν ἀγκυλοπόδων, ἐφ' ὧν καθεζόμενοι χρηματίζουσι, ἔχουσα τοὔνομα τὴν ἀρχήν, τὴν δὲ ὑποδεεστέραν δημοτικὴν καλοῦσι: Sunt enim duo ordines ædilitatis: unus, cui nomen magistratus est, à sellis curulibus, in quibus residētes, ius dicere solent: inferiorē autem plebeiam uocant. In Timone Luciani est αὐτόπους, proprijs pedibus: ὁπόταν δ' ὦν αὐτόπους ἐκ δίξης, tuis pedibus, ducente nemine. κοινόπουν ἐξουσίαν, Sophocles Electra, aduentum consortē, siue socium, dixit. κοινόπους, & κοινόπους. solex exilioris appellatio. λευκόποδες autē nominātur in equis. οἰδίπους et οἰδιπόδης, ærumnosi illius Thebani nomen. δασύπους, cuniculus, ab hirtis pedibus. σκιάπους, gentis σκιαπόδων, de qua paulo antè. Nomē est in Auibus Aristophanis. Et ἱππόπουροι sunt ἱππόποδες, pedibus equinis. γεισίπους, & γεισιπόδισμα, est suggrundiorum fulcrum, cui illa inniruntur quasi pede. Pollux lib. 1. & γεισιποδίζειν, τὰ γεῖσα fulcire. & γεισιποδισμός, suggrundatio. ὑποποδίζειν, retrocedere. & προποδίζειν, procedere. & ὑποποδισμοί, ac προποδισμοὶ stellarum, cum uidentur de signo aliquo uel ad præcedentia, uel ad sequētia illæ pergere, quæ sunt προηγούμενα & ἑπόμενα. ποδιαῖον autem διάστημα, interuallum spacio pedali. Barbari in 3. ποδάγρας λύειν, πεποδισμένους ἔχειν τοὺς ἵππους ἐπὶ ταῖς φάτναις, pedibus alligatos. Plin. lib. 11. cap. 45. Ita reliqua, ut libitum est, gradiuntur, leo & camelus tantum pedatim: hoc est, ut sinister pes non transeat dexterum, sed tantum subsequatur. Aristot. ἰσοβαρὲς ζώων β'. ἡ δ' ἀρχὴ ἐκ τῶν δεξιῶν πᾶσι, κατὰ σκέλος δὲ βαδίζειν, ὅ, τι λέων

λέων τε καὶ κάμηλοι ἀμφότεραι, αἵ τε Βακτριαναὶ, καὶ αἱ ἀράβιαι. Alias animātes, quib. pedes plures sunt, ingredi ait, & stare, ita ut priores & posteriores pedes simul dí rectè κατὰ διάμετρον promoueant: progreſsionē autē ordiri à partibus dextris, solum leonem & camelos pedatim. Libro autem 9. βάδιλω ὑποχωρεῖ καὶ κατὰ σκέλος, τε κατὰ βραχὺ ὑποστρεφόμενος. Plinius de leonibus: Contemtim restitansq; cedit. ἀργυρόποδου φορεῖου, est apud Athenæum lib. 5. lectica cum pedibus argenteis, quod Athenioni obuiam ait missum ab Atheniensibus, ut illò in urbem deportaretur. Et ἱερὸς ἀἴλλοπος, ἀποδλώμενος. Et poetis δολιχόποδες, qui pedes longos habent. Et λαγώπους, et κορωνόπους, herbarum nomina. Lepus autem Varronianus leuipes est, et uulpes uolipes, sanè nugaciter, ut & lapis ledipes. γυμνόποδες sunt, qui nudis pedibus incedunt, & res γυμνοποδία. Et ἄποδες, uel omnino sine pedibus aues, uel cum breuiſsimis. Et ἵππων ἀερσιπόδων, Ιλ. ς. altè attollētium pedes. Et κλίναι ἀργυρόποδες, lectuli cum pedibus argenteis. Et apud Athenæum lib. 5. κλίναι χρυσαῖ σφιγγόποδες, lectuli aurei, cum pedibus implicitis, seu referētibus formam sphingum. Et lib. 2. dixit, τραπέζας ἐλεφαντόποδας, mensas cum pedibus eburneis. λυκόποδες, uel ab insigni scutorum, uel à caligis hirtis, satellitium tyrannicum. Et in Lysistrata Arist. fortes milites, ἄγετ' ὦ λυκόποδες, εἶπερ ὑδὶ λεψύδριον ἤλθομεν, ὅτ' ἦμεν ἔτι. ξυλινὸς πὸς est καλλιόπη, quem accōmodasse sibi Hegesistratum, scripsit Herodotus. Ille igitur fuit ξυλόπους. χειροπόδης Pittacus ab Alcæo dictus. & σαράπους, quod πλατύπους, id est, magnis pedibus, quos ueluti trahens, id est σαίρων, incederet. Auium est alia σχιζόπους, id est digitata, diuiso nimirū pede: alia στεγανόπους, palmipes, ut Plinius. Est autem in uocabulo significatio cōtinuitatis. Tales & πλατυώνυχες uocantur: ut sunt olor, pelican, anser, anas, & aquaticæ ferè aues. πὸς est & uersuū. Hi dicuntur πόδες μετρικοί. Cum enim celerior et tardior pedū sublatio & depositio, quæ est ἄρσις & θέσις, rationem inter se habuerit, tum ῥυθμὸς existere dicitur, qui sunt numeri. Et hinc ad connexionem syllabarum transfertur uocabulum pedum, quibus ad uersuum structuram utūtur. Est & in extructionibus podium. Lib. 3. & 6. Vitruu. Corinthij simplices habent columnas, aut in podio positas. Item 5. Supra podium columnæ cum capitulis & spiris. hoc erit ποδίον. πὸς in naui nominatur. Et pes Latinis. Aeneid. 5.

Vnà omnes fecere pedem. —

id est ποδίαν, inquit Seruius, & interpretatur funem, quo tenditur uelum. Apud Plautū nauales pedes esse aiunt, remos. Legitur autē in Menæchmis hic uersus,

Asseruatote, hæc sultis, nauales pedes.

Quæ sanè durius cohærent, si remos dixit. Οδυσ. ἑ.

ἐν δ' ὑπέρας τε, κάλως τε, πόδας τ' ἐνέδησεν ἐν αὐτῇ.

Implicuitq; pedes, funesq;, grauesq; rudentes.

& Οδυσ. κ'.

ἀεὶ γὰρ πόδα νηὸς ἐνώμων. —

Semper enim ipse pedem tenui ratis. —

Sophocles Antigona,

αὕτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατὴς, πόδα
τείνας ὑπείκει μηδὲν ὑπτίοις κάτω
στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασι ναυτίλλεται.

Sic & gubernator nauis, tendens pedem,
Cum nihil remittit, diſsipata mox trabe,
Versæ carinæ inuehitur undas per maris.

Euripides Oreste,

καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ
ἔβαψεν, ἔστη δ' αὖθις ἢν χαλᾷ πόδα.

Ac ui citato mergitur ratis pede:
Eademq;, si remiseris, stabilis manet.

In 6. Nemæorū, τὸ δὲ πὰρ ποδὶ ναὸς ἑλισσόμενον, ἀεὶ κυμάτων λέγεται παντὶ μάλιστα δονεῖν θυμόν. Interpretātur πόδα, remonem, seu clauum. Atq; hunc circum commotos fluctus maximè ait nauigātium animos commouere. Catullus quasi uelum hoc nomine significaret, ita usus est:

— Vtcunq; Iuppiter
Simul secundus incidisset in pedem.

Interpres Apollonij lib. 3. funes ueli, qui sunt κάλοι, in tria genera diuidit: aut enim detrahitur his uelum, & uocantur μεσουρίαι: aut intenditur utrinq; ad proram, & sunt πρότονοι: aut conuertitur & laxatur, hi sunt κατὰ τὰς γωνίας, ad angulos, & dicuntur πόδες, & ante hos πρόποδες. Etiam πὸς montis. ὑπὸ πόδα νείατον Ἴδης. Et Ιλ. ύ. πόδες πολυπίδακος Ἴδης καὶ κορυφαί. Pedes sunt & φθεῖρες, animal capitis fœdum, Et pediculi: horum semi

narium lendes, κονίδες. Et pedicosi, immundi. Pedarius senator, & pedaneus iudex. Pediculi autem sunt in fructibus, quibus dependent, apud Theophrastū, ut uidetur, μίσχοι. Ita enim in primo legitur ἱστορίας, τὰ μὲν μίσχον ἔχει, τὰ δὲ μή. Et 4. μίσχον δὲ ἔχει σφόδρα μακρόν. Plin. lib. 21. cap. 16. pediculo ualde longo. Aliqui μόσχον maluerunt. Pediolum etiam, & pedicinum, aiunt esse pedem. Pedale est ποδιαῖον. Sesquipedale, ποδιαῖον καὶ ἥμισυ. Propria sunt Pedio, et Pedianus. Verba autem, impedio, ἐμποδίζω, uel συμποδίζω. Expedio, ἐλεύθερον τίθημι. Cicero Acilio lib. 13. Quoquo modo autē se res habet, peto à te, ut honoris mei causa eum expedias, id est, πραγμάτων ἐλεύθερον θῇς, uel πραγμάτων ἀπαλλάξῃς. Silio: A te uehementer etiam atq; etiam peto, ut quod habet in tua prouincia negocij, expedias: id est διαθέσθαι, uel συνεκπονήσῃς. Maroni, Expediam dictis, est διηγήσομαι. Dum curis uagor expeditis, Horatius: id est, ἐλεύθερος φροντίδων, is est ἀμέριμνος. Cicero Qu. fratri: Omnia sunt ad eum frangendum expedita: id est, παρεσκευασμένα. Impeditus, συμπεποδισμένος. Expeditus, εὔζωνος, καὶ ἐλεύθερος. Expeditio autē, ἐκστρατεία. Præpedio, ἐμποδίζω. & præpeditus. Suppedito, χορηγῶ. Compeditos autē uocarunt constrictos compedibus. Compedes enim sunt pedicæ, πέδαι. Herodot. [illegible], τὰς δὲ πέδας αὐτῶν ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἀνεκρέμασαν ἐν ἀκροπόλει: Compedes, quibus reuincti fuerant, suspenderunt in arce. Virgil.

Tum gruibus pedicas, & ceruis uincula nectit.

Sunt enim pedicæ, pedum uincula: sicut manicæ, non solū tegumenta manuū, ut diximus, sed etiā uincula. Et πεδῆται, οἱ πεπεδημένοι, compedes gestantes, aut uincti. Pedum autē, καλαύροψ, quod est Theocrito λαγωβόλον. & oppidi nomen. Peda autem ueteribus uestigium, uel πέζα. unde Lucilianum repedare. & Columellæ, impedare. Et pedamen, ac pedamentum, χάραξ, ac κάμαξ. πέδον, solum. & πεδίον. Hoc significat propriè, quod aperitur, & patescit: ut pes, id est ποὺς ἄκρος, qua parte illa quasi planicies, & ueluti campus de crebris ossibus explicatur. Aristoteles πολυόστεον uocat. Est autem magna similitudo pedis & brachij. Nam ad lacertum, id est βραχίονα, ὁ μηρὸς, id est femur, quadrat. Ad cubitum κνήμη, crus. Ad calcem, id est ταρσόν, manus, id est χεὶρ ἄκρα. Plinius lib. 11. cap. 45. Quæ animal generant, genua ante se flectunt, & suffraginū artus in aduersum. Homini genua & cubiti cōtraria. Idem: Aues ut quadrupedes alas in priora curuant, suffragines in posteriora. Hic est nodus in cruribus auium: sed in quadrupedibus sunt suffragines, τὰ ὀπίσθια σκέλη. Aristoteles in 4. περὶ μορίων, dicit aues duo habere crura, sicut homines, ἐγκαμμένα, καθάπερ τὰ τετράποδα ἔσω, καὶ οὐχ ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος ἔξω, τὰς δὲ πτέρυγας κατὰ τὰ πρόσθια σκέλη τῶν τετραπόδων ὑπὸ τὸ περιφερές. Hunc flexum uocat & ὑπὸ τὴν περιφέρειαν, & ὑπὸ τὸ κυρτὸν τῆς περιφερείας, quæ est curuatio in priora. Illam autem suffraginum, ὑπὸ τὰ κοῖλα, ἐν τῷ περὶ πορείας. ubi & pedis definitionem posuit, & ἐτυμολογίαν. καλῶ γὰρ πόδα, inquit, μέρος ὑπὸ σημείῳ πεζῷ κινητικὸν κατὰ τόπον. καὶ γὰρ τὸ ὄνομα ἔοικεν εἰληφέναι ἐκ τοῦ πέδου οἱ πόδες: Appello pedem, membrum super puncto calcabili de loco mobili. Nam & nomen habere pedes uidentur à solo quod calcant. Est enim certè πεζεύειν, calcare. ut cum ait Aristoteles, non natare cancros, sed ferè πεζεύοντα διατελεῖν, id est, terra ingredi, & calcare solum, ut animalia terrestria. Ibidem esse semper parem numerum pedum, & hoc aliter fieri nō potuisse, nisi natura praua opera uellet edere, quod non facit. Quod autem docet, ingressionem fieri κατὰ διάμετρον, id Plato in Politico iam docuerat. Potest autē accipi hoc simpliciter, & crassa (ut dicitur) Minerua, ingressionem fieri duplicatis duobus pedibus, semper ita, quasi diametri linea alteram diametri lineam decussaret, id est, ut posteriores Græci uocarunt, κατὰ χιασμόν, uel exquiri etiam paulo subtilius. Sicut enim in quadrato, cuius spacium est pedis unius, diametri linea est duûm pedū, non longitudine quidē, id est μήκει: sed δυνάμει, id est de illa, describitur quadratum, cuius spaciū sit pedum duûm: ita in hoc duûm pedum quadrato, est quatuor pedum linea diametri δυνάμει. Sic igitur Plato ait humanum genus à quadrupedum discerni τῇ διαμέτρῳ, καὶ τῇ τῆς διαμέτρου διαμέτρῳ.

δημιόντρον. Ingressio autem fit, ut ait Aristoteles, ἐναλλὰξ, id est, uicibus & alternis. Plato autem genus quoddam fecit πεζονομικόν, quod curaret & custodiret animantes terram calcantes, in Politico. Est autem prima hac in consideratione animalium distinctio, aliud esse ἄπουν, ut serpentum genus: aliud ὑπόπουν, ut gradientium. quæ & in primo θεραπευτικῆς nomina leguntur, ἄπουν ζῷον ἢ ὑπόπουν ὂν, ἢ ἄπουν. Rursum τὰ ὑπόποδα, aut sunt δίποδα, quemadmodum homines scimus bipedes esse, & aues: aut πολύποδα, ut τὰ τετράποδα, quadrupedes animãtes, & cancros, ac uermes, & quæ ἔντομα uocantur. Præterea sunt pedes, μέρη ἀπηρτημένα, id est, demissa membra, quemadmodum & brachia, et in auibus alæ, id est πτέρυγες. Aristoteli, ut retulimus, placet esse nomen πεδὸς factum ἀπὸ τοῦ πέδον, quod quidem significat solum Latinis. πεδάρσιον est sublime, id est, supra terram elatum. πεδιακὸν, à planicie, partem terræ Atticæ nominatam tradunt. πεδιεῖς certè ciuitatis illius popularium fuisse perhibetur. Herodoto autem est αἴγυπτος πεδιὰς, cãpestris. Sed πέδον solum planũ notat. & hinc πεδίον, campus. Virgilio est planicies, Aeneid. 11.

— Summoq; in uertice montis
Planicies ignota iacet. —

Apud Geometras est σχῆμα ἐπίπεδον, & ἀριθμὸς ἐπίπεδος: figura plana, & numerus planus: ut τρίγωνον κύκλος, & bis bina. In primo libro κύρου παιδείας, est ἰσόπεδον, apertus & patens campus, ὃν δεῖ ποτε ἄρα ἀνάγκη γίγνηται ἐν ὑπὲρ ἰσοπέδῳ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ὡπλισμένους καὶ ἀμφοτέρους μάχην συνάπτειν: conserere manus aperto Marte, in planicie. Hoc & ἄπεδον esse tradũt, augente α, non priuãte. et ἀπεδίζειν, complanare. στρατόπεδον propriè castra, id est, ubi exercitus tendit. Et in Aegypto loca attributa Caribus & Ionibus à Psammiticho, στρατόπεδα uocata fuisse, Herodotus scripsit [illegible]. Et στρατοπεδεύεσθαι, locare, ponere castra, quod metatione fiebat. unde & castra metari dixerunt, & castrorum metatores. στρατοπεδεία hæc fuerit. Significat tamẽ & exercitum ipsum, τὸ στρατόπεδον: sicut βουλὴ, & βουλευτήριον, & οἱ βουλευταί. & concio, locum, ac populum qui ibi adest, etiam ipsam concio-

nantis orationem. ιλ. ψ'.

ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα.

Constructum rogum fuisse ait quadratum, undiq; longum pedes centum. Ita fuit nimirum τὸ χωρίον, seu spacium interius, quam aream dixerunt, pedum quadratorum decies mil. Nam si quis distinguat ἔνθα καὶ ἔνθα, ἀπὸ τοῦ ἑκατόμπεδον, ut quadratum fuisse accipiat rogũ, qui pateret spacio pedum centum, tum latera essent denum pedum. Sed hoc à magnificentia illarum exequiarum abhorret. ἔμπεδον, firmum, fixum, stabile. Dicitur autem ἐμπεδὸς, et ἐμπεδῶς. ut ille ex Hipponacte, ἔμπεδος γάμορος ἀΐδης, certa mors, et immobilis, assignãs cuiq; suam terræ portionem. ιλ. χ'.

— οὐδέ μοι ἦτορ
ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι. —

Negat suum animum constare sibi, sed esse perturbatum. Et ιλ. λ'.

— νόος γε μὲν ἔμπεδος ἦεν.
— Sed mens integra manebat:

Verbum est ἐμπεδοῦν, firmare, & ratum facere. Iphigenia Taurica,

τὸν δ' ὅρκον, ὃν κατώμοσ', ἐμπεδώσομεν.
Iuris fidem iurandi firmabo dati.

Et ἐμπεδορκία, iusiurandũ ratum. Et uerbum ἐμπεδορκεῖν, iusiurandũ ratum præstare. In Demosthenis oratione aduersus Leocharem legitur, ἐνεργαζόμενοι καὶ ἐμπεδοτροφούμενοι τῇ τοῦ ἀρχιάδου οὐσίᾳ, de patrimonio Archiadæ fructus & alimoniam perpetuam percipientes. Sed quibusdam ἐμπαιδοτροφούμενοι legi posse uisum, id est, puerilem alimoniam percipientes, quod prouecti ætate illud pleriq; reliquissent. πεδέρχεται & πεδαμείβεται, subit, sequitur, uenit, Pindaro. δάπεδον, undecunque sanè ductum: nam esse quasi γάπεδον, id est γήπεδον, falsum est: significat pauimentum, id est, complanatum & spaciosum locum in ædibus. ut ιλ. δ'.

οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο
χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ. —

Atq; ego magis puto esse δάπεδον ἀπὸ τοῦ δάπτειν τοῦ κόπτειν: sicut pauimentum à pauio, quod est ferio. Itidem ut ἔδαφος, & ἐδαφίζειν, æquare solo. Significat & ἔδαφος aream. Et ἠδαφισμένη γῆ, in Problematis Aristotelis, æquata & solidata area, quæ est ἅλως. γήπεδον autem est, ut in

quit Eu-

Tale est parasiti auspicium. Sticho: Mustela murem mihi abstulit præter pedes. Et apud Gręcos de his librū edidit Polles quispiam. ἔφοδος significat id quod apertum est, ut meatus. Hippocrates περὶ διαιτῶν ς. τὰς ἐφόδους ἀναστομοῦσθαι οἷον ῥῖνας: meatus aperiri iubet, ut sunt nariū. Thucyd. lib. ς. ἡσυχία ἦν καὶ ἔφοδος πρὸς ἀλλήλους, erat quies & commeatus ipsis inter sese. Polyb. lib. ς. ἀγωνιῶν τὴν τῶν ἐναντίων ἔφοδον, solicitus de aggressione, seu impressione hostiū. Etiam prooemij obliqua uia, qua aliquis occultè insinuare sese in animos auditorū studet, ἔφοδος dicta. Aristoteles autem τοπικῶν α. ita, ἐπαγωγὴ δὲ ἡ ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα ἐπὶ τὰ καθόλου ἔφοδος, de singulis ad genus progressio. ἐξ ἐφόδου, derepētè, prima aggressione, seu primo impetu. ἐξ ἐφόδου προσβάλλειν τῷ τείχει, Arrianus. Polyb. lib. ς. συνάψαντες τοῖς πολεμίοις καὶ συμμίξαντες ἐξ ἐφόδου: statim uel rectà prælio commisso, & consertis manibus. Idem, τὰς πόλεις ἐξ ἐφόδου παρελάμβανε, capiebat oppida prima aggressione. ἐφοδεύειν, obire. κάθοδος, reuersio, ut cum exules redeunt. ἑλλην. α. de Hermocrate Syracusano, παρασκευάζεται πρὸς τὴν εἰς συρακούσας κάθοδον ξένους τε καὶ τριήρεις. Ad reditum in patriam cōparasse illum dicit milites & naues. Thucyd. lib. s. καὶ ψηφισαμένων αὐτῶν ἀλκιβιάδου κάθοδον καὶ ἄδειαν: & facto decreto de reditu Alcibiadis, & impunitate. μεθοδεύειν significat machinari, & architectari. & μεθοδεία, occulta & fraudulenta circūuentio. Paulus Ephesijs, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. Veteres interpretantur ἐπιβουλάς, ἐνέδρας, δόλους, mala cōsilia, insidias, fraudes. μέθοδος, uia artis. Aristot. τοπικῶν α. de dialectica, ἐξεταστικὴ γὰρ οὖσα πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχει. Vestigatricem esse hanc ait, & ad omnium artium initia ac causas deducere. Galeni est μέθοδος θεραπευτική, ratio & uia artis medicæ. & μεθοδική, medicorum professio: de qua μεθοδικοὶ dicti, sicut & λογικοί, & ἐμπειρικοί. Plato Phædone, πᾶς ἄν ἐμοί γε δοκεῖ, ἔφη, συγχωρῆσαι, ὦ σώκρατες, ἐκ ταύτης τῆς μεθόδου, καὶ ὁ δυσμαθέστατος, ὅτι ὅλῳ καὶ παντί, ὁμοιότερόν ἐστι ψυχὴ τῷ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντι μᾶλλον ἢ τῷ μή: De his rationibus nemo non, inquit, concessurus uidetur, ô Socrates, etiam tardissimo ingenio præditus, quòd penitus & omnino similior sit anima illi quod semper eodem modo sese habet, quàm quod non habet. Et νόμων α. πειράσομαι οὖν ἐγὼ διεῖναι τὴν περὶ ἁπάντων τῶν τοιούτων ὀρθὴν μέθοδον ὑμῖν δηλοῦν: Et conabor, si possim, de his omnibus ueram rationem & uiam explicare. Cicero quoq; cum ait, Omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, μέθοδον uidetur esse interpretatus.

παρόδος,

quit Eustathius, quod aedibus additur, seu quod soli adiacet praedijs urbanis, ut sunt hortuli. οἰκόπεδον uerò, area destructarum aediũ, quod & ἐρείπιον dixerunt. Xenophon πύργους, καὶ πολλὰ οἰκιῶν ἔρημα ἔδαφη ἐντὸς τῶν τειχῶν καὶ οἰκόπεδα. Et Aeschines contra Timarchum, τῆς οἰκίας ταύτης ἕστηκε τὰ οἰκόπεδα, reliqua est area domus illius collapsae. θαλόπεδον. Odyss. ά.

τῆς ἕτερον μὲν θειλόπεδον λευρῷ ἐνὶ χώρῳ
τέρσεται ἠελίῳ. —

In una uineae parte, exposita soli, dicit torreri & siccari uuas, quę sunt uuae passae, σταφίδα, & ἀσταφίδα. Theocritus, ἁ σταφυλὶς σταφὶς ἦν. Dioscorides & θειλοπεδευθεῖσαν σταφυλὴν, planè uuam passam uocat, lib. ε. ὁ δὲ ἐκ τῆς θειλοπεδευθείσης σταφυλῆς, ἢ ὑπὸ τῶν κλημάτων ἐπιφλεχθείσης καὶ τριβομένης γινόμενος: uinum quod fit de uuá passa, seu in palmitibus tosta & trita. Et ἀλωαὶ οἰνόπεδος, uiriea. ἁλίπεδον quidã interpretantur campum maritimum, quidam idoneum ad uolutabra equorum, quae sunt ἁλινδήθραι: quidam etiam campum, ubi quondã fuerit mare. Decempeda, messoria uirga, longa pedes decẽ. & decempedator, messor agri. Haec est Gręcis ἄκαινα, quam in 3. Apollonius πελασγίδα uocat, qua & boues instigare solebant.

ὀργυιήνας ὥς τίς τε πελασγίδι νύσσων ἀκαίνῃ
ἐπιτάζων λαγόνας. —

Narrat interpres, ἄκαιναν esse inuentum Thessalorum, & pastoralem uirgam à Pelasgis repertam, δεκάπουν, id est, longitudine pedum decem, secundum Callimachum, cuius hunc uersum refert,

ἀμφότερον κέντρον τε βοῶν καὶ μέτρον ἀρούρης.

Pedissequus & pedissequa, est comes, ἀκόλουθος, καὶ ἡ ἅβρα. Calcaneum appellarunt πτέρναν. Et λὰξ esse uolũt digitis aut molli pede. Odyss. ό.

λὰξ ποδὶ κινήσας. — & Il. κ.
αὐτὰρ ὁ λὰξ προβάς. — & Odyss. ρ'.
ὡς φάτο, καὶ προσιὼν λὰξ ἔμβαλεν ἀφραδίῃσιν
ἰσχίῳ. —

Alij aliter fuerunt interpretati: sed constat, uocabulum significare ictum pedis. Hinc est πτερνίζειν, & λακτίζειν, calcitrare. πτερνίζειν etiam interpretãtur ἀπατᾶν, id est fallere, seu circũducere, siue supplantare. λακτίζειν autem impingere calcem significat. Eurip. Bachis,

θύοιμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον ἢ θυμούμενος
πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν θεῷ.

Bacho se potius diuinos honores habere uelle ait, quàm quasi stimulis Deo recalcitrare, cum sit mortalis natus. Pindarus Πυθίων β'. ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτιζέμεν τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος. Esse ait lubricum iter, calcitrare aduersum stimulos. Et in Actis, σκληρόν σοι πρὸς τὰ κέντρα λακτίζειν. Xenophon praedicendũ esse censet equitibus, fore, ut λακτίζοντες ἵπποι, id est calcitrantes, reijciantur: non enim posse his esse locum in turma. Hi sunt λακτισταὶ, id est calcitrones. ἀπολακτίζειν, conculcare. Plutar. λόγον ἀπολακτίζειν ἀντιλέγοντα, euertere & conculcare contradicendo disputationem, συμποσ. γ'. Est & πτέρνα mali. Nam ex Architectonico Eratosthenis memorantur hae partes mali. πτέρνα, quod calcẽ significat. θωράκιον, quae est quasi lorica. ἠλακάτη, colus. καρχήσιον, carchesium. κεραῖαι, antennae, quae sunt cornua antennarũ Maroni. ἴκριον, summus malus. πτέρνα etiam πόλεως. Et πύργων πτέρναι Lycophroni, fundamenta & bases. Eustathius autem ἐτυμολογεῖ τὴν πτέρναν ἀπὸ τοῦ πατεῖν τὴν ἔραν, à calcanda terra. πτερνοκοπεῖν, & plaudere pedibus, ut faciebant tumultuantes in theatris. Pollux lib. 4. interpretatur, τὰ ἰδώλια ταῖς πτέρναις κατακρούειν, id est, percutere calcibus sedilia. Id faciebant eijcientes, hoc est, explodentes actores. πτερνίδα etiam dixerunt uasculorum in medicina quasi nidum, id super quo collocari illa solerent. Et esse πτερνίδα ex genere accipitrum traditur. πτέρναν lenita pronunciatione, placuit plerisq; esse Latinorum pernam. Itaq; hoc nomẽ pedem, seu calcem significare reperitur. Et apud Athenaeũ lib. 6. Philoxenus πτερνοκόπης, & Poll. lib. 4. πτερνοκοπεῖν, explodere. Et compernes, uitiosis calcibus, quibus hę inter eundum atteruntur, concurrentibus genibus. Atq; hoc nomen est pedis suilli, quem & petasona, & κωλῆνα, ut diximus, uocarunt. Athenaeus pernã, quo Strabo usus fuerit lib. 3. graecum esse uocabulum putat. Sed ut aiebã, magis ita graecum mollitum fuit, ut una litera eximeretur. Nam & de Hispanicis pernis scripsit Strabo, quae gens nunc etiã hoc nomine utitur. Et constat, Strabonem floruisse

floruisse Tiberij Cæsaris temporibus: ut latina uoce usum illum esse, nihil sit mirum. Nam quòd in Scipionis ætatem hunc Athenæus refert, in eo fallit. Athenæi uerba sunt in lib. 14. ἐπὶ ᾧδε καὶ πετασῶν μέρος ἑκάστῳ κεῖται, καὶ πέρναι κωλῆν. Perna cùm alibi apud Plautum reperitur, tum Captiuis, Quanta pernis pestis ueniet. Horat. Serm. lib. 2.

Non ego temerè edi in luce profesta
Quicquam, præter olus, fumoso cum pede pernæ.

Calcaneum reuincit cõspicuus neruus, & ualidissimus. τένοντα uocant, ut diximus, communi appellatione. Ιλ. χ.

ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε
ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης. —

In pede est πέδιον, idemque ὄρος, & πολυόστεον. Campum, & finem, seu terminum de multis ossibus compositum, uocabula notant. Hæc enim pars ossibus & neruis constat, ut ait Pollux, & desinit in digitos. Hi totidẽ sunt, quot in manu: sed cùm directiores, tum breuiores. Non enim solum fabricata hos natura fuit ad capiendum, sed etiam ad premendũ locum: id est, οὐ μόνον ψιλῆς ἕδρας, ἀλλὰ καὶ ἀντιλήψεως ἕνεκα, ut ait Galenus περὶ χρείας μορίων lib. 3. Sunt autem animalia Aristoteli πολυδάκτυλα, cum multis pedum digitis: & μακροδάκτυλα, cum longis. & τετραδάκτυλος πᾶς ὄρνις. Ita etiam πεντεδάκτυλος erit ἄνθρωπος. Hi ita numerantur, ut digiti in manu: id est μέγας, pollex. nam in pede hic ἀντίχειρ dici non poterit. & huic proximus, & medius deinceps, & proximus medio, & minimus, μικρός, Plin. lib. 7. cap. 2. Quorundã corpori partes nascuntur ad aliqua mirabiles: sicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cuius tactu lienosis medebatur. Hũc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque loculo in templo. In Plutarchi Pyrrho hæc leguntur: τοῖς δὲ σπληνιῶσιν ἐδόκει βοηθεῖν ἀλεκτρυόνα θύων λευκόν, ὑπτίων δὲ κατακειμένων τῷ δεξιῷ ποδὶ πιέζων ἠρέμα τὸ σπλάγχνον. οὐδεὶς δὲ ἦν πένης, οὐδ᾽ ἄδοξος οὕτως, ὥστε μὴ τυχεῖν τῆς ἰατρείας δεηθείς. ἐλάμβανε δὲ καὶ τὸν ἀλεκτρυόνα θύσας, καὶ τὸ γέρας τοῦτο ἥδιστον ἦν αὐτῷ. λέγεται δὲ τοῦ ποδὸς ἐκείνου τὸν μείζονα δάκτυλον ἔχειν δύναμιν θείαν, ὥστε μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ λοιποῦ σώματος κατακαέντος ἀπαθῆ καὶ ἄθικτον ὑπὸ τοῦ πυρὸς εὑρεθῆναι: Lienosis remedio esse putabatur, si re diuina facta gallo gallinaceo, pressisset membrũ illud leniter pede dextro. Nemo autem neque tam pauper, neque tam ignobilis fuit, quin ab illo hanc medicinam obtineret. Accipiebat autẽ gallum ad sacrificium, & hoc præmium ipsi gratissimũ erat. Narrant hanc uim diuinam fuisse in pollice dextri pedis, Itaque post mortem, cõbusto toto corpore reliquo, digitus ille illęsus & intactus ab igne remãsisse fertur. Festo pollex est allux. unde allucinari, potius quàm à græco ἀλύειν, etsi hæc est significatio. Cicero Qu. fratri: Vt sermo, cum coràm sumus, nobis deesse non solet, sic epistolæ nostræ debent interdum allucinari. Ad iuncturam, ubi hæc planicies pedis tendit, ταρσὸς nominatur. In auerso autem imo pede propriè nominatur πτέρνα, calcaneus. Qui inseritur in os nominatũ, κυβοειδής, id est cubicum: intra quod & alterũ σκαφοειδής, id est, lintris simile, posuere medici ἀστράγαλον, id est talum. τὸ πέδιον à iunioribus medicis, ut Galenus ait, appellatum, uocarũt quidam montem pedis. Hic respondet τοῦ μετακαρπίου in manu: ταρσὸς autem, qui ad iuncturã pertinet, τοῦ καρποῦ, ut ait Galenus. Sed in usu linguæ Græcæ ταρσὸς significat extremum pedem, id est illud πέδιον. Herodotus Vrania, de Hegesistrato uincto, pede incluso catastæ, σταθμωσάμενος ὅκως ἐξελκύσει οἱ τὸ λοιπὸν τοῦ ποδὸς ἀπέταμε τὸν ταρσὸν ἑωυτοῦ: Dimẽso spacio, quo reliquum pedis educi posset, de pede suo tantum resecuit. Infra pedem totum, τύλωμα, callus, inquit Pollux. In hoc quod eminet iuxta digitos, στῆθος ποδός, id est quasi pectus, à quibusdã πτενδίς nominata. Post quam uola, cauum pedis, τὸ κοῖλον. Hoc Priscianus lib. 5. subtel interpretatur. τύλωμα est plãta, Galeno πέλμα, quod nomen Herodianus lib. 4. de camelis posuit, αἵ τε κάμηλοι μάλιστα ἔχουσι ἁπαλὰ τὰ πέλματα. Apud Suidam est ἐκπελματῶσαι, absque interpretatione, fortasse exterere, seu atterere plantas. Illud autem τύλωμα, seu πέλμα, solum dixere, & ita de epistola Anacharsidis interpretatur Cicero 5. Tuscul. δέρμα ποδῶν, solorum callum. Plautus Bachid. Qui soccis habeat auro suppactũ solum. Sub digitis rum-

pitur cutis, id est χίμετλον: ut sunt pustulæ, quales à frigore inuruntur. Aliqui perniones & perniunculos apud Plinium χίμετλα interpretātur. Est & mensura pes, quæ uel in pollices, quasi uncias 12. uel digitos 16. diuiditur. unde sunt mensurarum appellationes, δίπουν, τρίπουν, & cæteræ. Et passus Latinis, pedum quinq;, uel sanè breuior: de quo alibi apud Horat.

Metiri se quemq; suo modulo ac pede, uerum est.

In Lucianica autem imaginum defensione, sunt ἔκμετρα & ὑπὲρ τὸν πόδα, quæ dixerunt enormia & abhorrentia. A pedibus Planci, λειόποδες, ut opinor, Plauti, Scauri, Pansæ, quòd uola his non esset: quam qui non habeant, ueteratores esse Aristoteles ait. Scauros, distortis talis interpretatur Horatius: sicut Varos, distortis cruribus. Serm. lib. 1.

— Hunc Varum distortis cruribus, illum
Balbutit Scaurum prauis fultum malè talis.

Planta habet & uestigij appellationem, & significat φυτόν. Vestigiū autem propriè est ἴχνος, signum pede terræ impressum. In Aiace, ut dictum, ἐξιχνοσκοπούμενος. Plutarchus autem in libello de utilitate, quæ ex inimicis percipiatur, διιχνεύειν τὰς ἁμαρτίας, inuestigat, aut peruestigat peccata. Hinc ἴχνια, uestigia & ἰχνηλατῆσαι, uestigare. & ἰχνοῦσα, Sardinia similis hominis uestigio. & ἰχνεύμων, bestia in Nilo. & κατ' ἴχνος, euestigio, id est, κατὰ πόδας. Vestigia autē ad signa quęuis transferuntur. Cicero pro Roscio Amer. Non'ne his uestigijs ad caput maleficij perueniri solet? Cæsari significat punctum, lib. 7. Omnemq; Galliæ salutem in illo uestigio temporis positam arbitrarentur. Et euestigio, statim, παρὰ πόδα, ut dictum est. Lib. 4. de Gallis: Et his rumoribus atq; auditionibus permoti, de summis sæpe rebus consilia ineunt, quorum eos euestigio pœnitere necesse est, cum incertis rumoribus seruiant, & plerìq; ad uoluntatē eorum ficta respondeant. χίμετλον etiam eam pedis partem, in qua existit, nominari aliquos putauisse, scribit Pollux. Sed ἐρείσματα δακτύλων, id est, cum impingunt, ac læduntur, seu offendunt digiti pedum, πταίσματα hæc ait uocata esse, & ab Aristophane ἀπὸ πταίσματα: qui idem in fabula, cui nomen σφῆκες, προσκόψαι id uocarit, quod alij προσπταῖσαι, id est offendere. Sic enim ibi senes, ἢ προσέκοψεν ἐν σκότῳ τὸν δάκτυλόν που, Num in tenebris digitum pedis læsit? Hoc apud ueteres ominosum erat. Et annotatur à Plutarcho, inter signa cædis Graccanæ, καὶ πρὶν ἐξελθεῖν προσέπταισε πρὸς τὸν οὐδὸν, σφοδρᾶς οὕτω τῆς πληγῆς γενομένης, ὥστε τὸν μὲν ὄνυχα τοῦ μεγάλου δακτύλου ῥαγῆναι, τὸ δ' αἷμα ὑπὸ, διὰ τοῦ ὑποδήματος ἔξω φέρεσθαι: Ac priusquā egrederetur, offendit ad limē, tam uehementi ictu, ut unguis maximi digiti rumperetur, sanguisq; infrà per calceum erumperet. Ouidiana autem sunt hæc,

Omina sunt aliquid: modò cum discedere uellet,
Ad limen digitos restitit icta Nape.

Pedibus accommodantur calcei & calceamenta, quę sunt uincula Maroni, lib. 8. κατὰ πελμάτων,

— Tyrrhena pedum circumdat uincula plantis.

Habet enim græcum uocabulum ὑπόδημα, significationem alligationis infrà: ut suprà διάδημα, gestamen in capite regium. ὑποδῆσαι, calceamētis indui. ὑποδεδημένος, calceatus. quod nomē dicitur, ut togatus, barbatus, ocreatus, forma uerbali, cum non sint uerbalia, ut ait Priscianus. Calceo tamen, & excalceo, aliqui dixerunt. ἀνυποδησία, nuditas pedū. ἀνυπόδετος, discalceatus. Latinis sunt calcei. Pollux καλτὶς nomine Rhinthonem Tarantinum Comicum ueterem, usum esse scribit. Et calceolarij, Plauto, sicut diabathrarij, sutores calceamentorum. Itē soleæ. Et Catullo est ferrea solea mulæ, suppactū solo ferrum. Item socci, crepidæ à crepitu: caligæ, calceamentū militare & spiculatorum. Cothurni etiam græco nomine usi fuerunt Latini,

Hunc socci cepere pedem, grandesq; cothurni.

Fuit enim ornatus hic tragicus, ille comicus. Græca calceamentorum nomina sunt plurima, quæ requiri poterunt de septimo libro Pollucis. ἐμβάδες, socci. Hoc calceamentum erat commune populi, acceptum à Thracibus, differens à cothurnis humilitate. ἀρβύλη, plebeium calceamentū, & usus operis. In Oreste, σῖγα, σῖγα. λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης τίθετε. In Thalysijs Theocriti sunt ἀρβυλίδες,

πᾶσα λίθος πταίοισα ποτ' ἀρβυλίδεσσιν ἀείδει.

Sandaliū, Græci σάνδαλον, & σανδάλιον, delicatum

delicatum calceamentum, & muliebre, quasi σανίδαλον, ut uidetur. σανίδες autem tabellæ sunt. βλαῦται & βλαυτία, simile calceamenti genus. κρουπέζια, ἀπὸ τοῦ πέζης, & κρούματος, quod significat & offensionem, & sonum, propriè quidem τῶν αὐλημάτων, lignea calceamenta theatrica fuerunt. καρβατίνα, rusticum calceamentum. & Catullus carbatinas dixit. λακωνικαὶ, Laconicæ, à gente, rubra calceamēta. ἐμβάται, quæ & ἐμβάδες, socci. ἔμβαθρα, ut διάβαθρα, ab ingrediendo. δρομάδες, à cursu. Cicero & Sicyoniorum calceorum meminit. Hæc σικυώνια sunt. Athen. lib. 4. scribit, Polysperchonta Macedonem ebrium saltitare consueuisse, indutum crocotula, & cum calceis Sicyonijs, id est, σικυώνια ὑποδήματα. Romanorum nobilium calcei habuerūt notam lunæ: unde & lunati appellati fuerunt, siue hæc litera C, seu cornua lunæ, id est σεληνίδες, esse debuerunt. Plutarchus quidem κεφαλαίοις ῥωμαϊκοῖς, σεληνίδας, id est lunulas, fuisse uult: et quid hoc insigne sibi uoluerit, exquirit. Calceorum autē materia, aluta, id est βύρσα est. & βυρσοδέψης, alutarius, seu cerdo. ὑπόδημα ῥάπτεται. Herod. ὦ Ἱστιαῖε, τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρραψας μὲν σύ, ὑπεδήσατο δὲ ὁ Ἀρισταγόρης. Apud Platonem Theæteto sunt ἔμπαλιν ὑποδήματα, ἢ quibus perperam, uel peruersè calcei inducūtur, ut sinister pro dextro: quod pro diro omine Augustum habuisse, scripsit Suetonius. Et ὑπολύεται, Nebulis, ποδαίφυσαν πρόσιχοι ταύτας ὑπολύσας. Pollux βάσιν etiam pedem dici posse ait, & adducit de Platone, θεὸς βάσεις ὑποτιθέντες πλείους. Hinc ait duci id quod dicitur βάσιμον, peruiū. & ἄβατον, inuium. ut, Inuia uirtuti nulla est uia. Et βάσιν Musicorum, cum numerose pes mouetur. Itemq; βατῆρα, limen quod transimus. Adducitq; uersum Amipsiæ,

ἐπ' αὐτὸν ἥκεις τὸν βατῆρα τῆς θύρας.
Ad limen ipsum ianuæ nunc aduenis.

βεβῶτας etiā ex Platone & Xenophonte refert, id est ingressos. & διαβατήρια, sacra quædam. Dicere poteris, inquit, & καταβάσια. & fluuiū διάβατον, uadosum: et ἄβατον, sine uado. Demosthenis etiam διαβάται sunt, inquit: qua significatione, nescio. διαβάτης est Aristophani in Nebulis, circinus. Hyperidē quoq; ἐμβατείαν actionē appellasse. & ἐμβατείαν esse occupationē alienę domus, seu familię. Apud Herodotū esse, ἐμβατεύων τῷ Σμέρδιος ὀνόματι, uendicās sibi nomē Smerdis. Hoc dicit de Mago, qui haberi uolebat pro fratre Cambysis, Thalia. Hæc Pollux. βάσις autem certè ingressionem notat, ἀπὸ τοῦ βαίνειν τοῦ βαδίζειν, quod uadere est. Soph. Aiace,

κοινὸς λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.

& mox,

ἐπ' ἀνδρὶ δυσμενεῖ βάσιν κυκλούμενα.

Et βάσις, cui statua insistit, hæc est basis. Et in triquetra figura basis, imum latus. Et βάσις ἐπίπεδος, in Timæo, planicies, cui corpora insistunt: hæc enim illis includi necesse est. βαδίζειν autē, & βαίνειν, & ἰέναι, ire est. Poeticum μολεῖν. ιλ. σ'.

ἄφαιστε πρόμολ' ὧδε.— prodi Vulcane.

Et αὐτόμολοι, transfugæ. In Auibus Aristoph. est,

διὰ ταῦτα τήν δε τὴν βάδην βαδίζομεν.
Ideoq; nos nunc istud exequamur iter.

Demosth. κατὰ Διονυσοδώρου, αἱ τιμαὶ τοῦ σίτου ἐπ' ἔλαττον ἐβάδιζον, frumēti precia deminuebantur. Apud Homerum est πάτος, ιλ. ζ.

ὃν θυμὸν κατέδων πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.
Ipse suum cor edens, hominum uestigia uitans.

ut uertit Cicero. Vt igitur ἀπὸ τοῦ πάτου, πατεῖν, ingredi, & calcare: ita ἀπὸ τοῦ βάδου βαδίζειν. ut si latinè fiat à uia, uiare: unde uiator. Aiace Soph. τὴν δίκην πατεῖν, conculcare, id est opprimere, ius & fas. Et ἐμβαδὸν, quod & χωρίον dixere Geometræ, spaciū σχήματος, seu figuræ. ut τρίγωνον ὀρθογώνιον Pythagorici, cuius unum latus, includens angulū rectum pedum 3. & alterum 4. hoc iam habebit tertium τὴν ὑποτείνουσαν τὴν ὀρθὴν 5. & capiet 12. Sic unum de includentibus angulū rectum lateribus ped. 5. alterum 12. erit τὸ τῆς ὑποτεινούσης 13. & ἐμβαδὸν 30. Huius exemplo est Galenus usus μεθόδου primo. ιλ. autem ὁ. aduerbium hoc est,

ἐμβαδὸν ἵξεσθαι ἣν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι.

ut pedibus reuertatur in patriam quisq; suam. βαίνω, ingredior, incedo, accedo.

βαίνει δίκης ἄστυ, μάλα τοι κακὸν ἀνθρώποις ὕβρις.

Alicubi tamē reperitur στοιχεῖ. nam idem hoc uerbū significat: à quo sunt στοιχεῖα, elementa.

cabulum est. & ἀνάβασις, in Persas. καταβαίνειν, in Vespis, aggredi. καταβατέον γ' ἐπ' αὐτοῦ, aggrediendi sunt. Iubebantur Athenis descendere de editiore loco ij, quorum iudices orationem audire amplius nolebant. Ea erat interpellatio lingua Attica talis, κατάβα: id enim significat κατάβηθι. Aristophanes Vespis,

κατάβα, κατάβα, κατάβα. καταβήσομαι
καί τοι τὸ κατάβα τοῦτο πολλοὺς δὴ πάνυ
ἐξηπάτηκεν, ἀτὰρ ὅμως καταβήσομαι.

Iubet senex descendere deprecātes pro cane catulos, quos filius in illo ludo iudicij produxerat. Ita enim paulo antè,

— ποῦ τὰ παιδία;
ἀναβαίνετ' ὦ πονηρά. —

Ac uelle se quidem descendere manifesto cum discrimine ait: multos enim hoc uerbo esse deceptos, qui postea damnati fuerint sententijs iudicum. Annotauit Laertius, cum Plato dicturus pro Socrate, ita ordiretur, ut se diceret omnium natu minimum uerba facere uelle, acclamasse iudices, κατάβα τοίνυν, neq; passos esse plura illū loqui. In epistola Pauli ad Ephesios praeclarè scriptum est de Christo, ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι, καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν. Hic est filius Dei, qui descendit de coelo, & adiunxit sibi naturam humanam, & resuscitatus in uitam, morte in carne obita, ascendit in coelum Dominus & saluator noster Iesus Christus, cui debetur laus, praedicatio, adoratio, & cultus sempiternus. Ιλ. ά. Thetis,

ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν Οὔλυμπόν τε.

coelum ascendit. Ascendunt, id est ἀναβαίνουσιν etiam naues. Ιλ. ά.

εἰ μή πῃ δ' ἀναβαίνῃς ἐπὶ πλέον ὑγρὰ κέλευθα.

διαβαίνειν, transire, prodire, & consistere. ut in carmine Tyrtaei,

ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ.

Hinc διάβαθρα, de quibus diximus. Et διάβασις, transitus, & traiectus. Et ipsos pontes διαβάσεις uocarunt. Xenoph. de Re equestri, προδιαβῆναι αὐτὸν τὴν τάφρον. Prius ipsum equitem transire fossam, & ita adducere equum iubet, nondū assuefactum ad saltus. διαβήτης, est dictus. hic est circinus, cuius duo brachia ita disponuntur, ut unū figatur in superficie quacunq;, alterum ad certum interuallum extendatur, & ita circumactum describat περιφέρειαν, id est lineam, quae in planicie ambiat circulum, id est κύκλον. Inuentum Perdicis, quem aiunt fuisse sororis Daedali filium, de quo Ouid. lib. 7.

— Ex uno duo ferrea brachia nodo
Iunxit, ut aequali spacio distantibus illis,
Altera pars staret, pars altera duceret orbem.

μεταβαίνειν, trāsire de uno loco in alium. & μετάβασις, transitus. & μεταβατικὰ uerba, quorū significatio transit ad alia quędam. ut ἀχαριστῶ, ζηλῶ σε τῆς σοφίας. transit enim ab accusatiuo ad genitiuum. & Ὀδυσ. δ.

δῶρον τοι καὶ ἐγὼ τέκνον φίλε τοῦτο δίδωμι.

transit ab accusatiuo ad genitiuum. Quibus hoc non accidit, ea sunt ἀμετάβατα. ut γρηγορῶ, uigilo. κοιμῶμαι, dormio. παραβαίνειν, praeterire. Thucyd. 5. παραβήσεσθαι τοὺς ὅρκους, transgressuros esse iusiurādum: id est, uiolaturos foedus. & παράβασις, error. & apud poetas παραιβασίαι. Hesiod. Theogonia de Parcis,

αἵ τ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραιβασίας τ' ἐφέπουσι.

Quae peccata animaduertunt hominumq; deumq;.

Comica autem παράβασις, chori quaedam processio ad spectatores, & allocutio quaedam fuit in fabulis. Quia autem hęc plerūq; à poetis exponebatur uersibus anapaesticis, ideo & ἀνάπαιστοι illa appellatur. Erat autem παράβασις τελεία & ἁπλῆς. τελεία habebat & uersuum quasdam caesuras, eiusq; partis nomen erat κομμάτιον. Et uersus longos, πνῖγος uocabatur, quod notat aestum et suffocationem. Et παράβασιν eiusdem nominis cum genere. Disponebatur autem strophis & antistrophis, & ijs quae ἐπιρρήματα ac ἀντεπιρρήματα dicebantur: itemq; quae ᾠδαὶ, & ἀντῳδαί: quarū una pluribus'ue partium quae deficiebatur, ea ἁπλῆς perhibebatur. De hoc & uerbo παραβαίνειν, usi sunt in significatione processus. & Aristoph. σφηξὶ generaliter, στρέφε παράβαινε κύκλῳ, uerte, & circumquaq; procede. ἀντιβαίνειν, contraire, & aduersari. ἐπιβαίνειν, conscendere. & ἐπιβάται, nauiū proprie cōscensores, ut equorum ἀναβάται. In nauibus quidem ἐπιβάται dicebātur, qui aut sua, aut conducta naui uterētur. Itemq; copiae nauales, & qui non essent secundū Thucydidem πρόσκωποι, id est remiges. Hos uocat ipse ναύτας. In prooemio, ἐπιβαίνειν τείχους, dixit Arrianus lib. 2. & ἐπιβατεύειν, idem. transferturq; ad

 coitum

coitum propriè animalium. Et Homerus dixit,

— συῶν ἐπιβήτορα κάπρον. Ὀδυσ. ψ'.

In Conuiuio Xenophontis hæc leguntur, ὅτι γὰρ ἐπ' αὐτῷ βιβλίῳ ἐμβατεύητέ τι, si quando in uno libro percurritis aliquid: uel, lectioni insistitis. ἐπιβῆσαι, μεταβατικῶς, admittere, traducere, aut perducere. Ὀδυσ. ψ'.

— θεοί, οἵ τε δύνανται
ἄφρονα ποιῆσαι καὶ ἐπίφρονά περ μάλ' ἐόντα
καί τε χαλιφρονέοντα σαοφροσύνης ἐπέβησαν.

— Dij, quorum est ista potestas,
Vt stolidum reddant, cuius sapientia summa est,
Adq; bonam frugem dementia corda reducant.

Et mox inquit Euryclia,

ἀλλ' ἕπεσθ', ὄφρα σφῶϊν ἐϋφροσύνης ἐπιβῆτον
ἀμφοτέρω φίλον ἦτορ. —

Sequere, inquit, ut iam ambo ad lætitiam adducatis animum uestrum, id est, ut exhilaretis uos. Similiter & βήσειν ac βῆσαι reperitur apud Homerū, ἐν δ' ἑκατόμβην βῆσε θεῷ. &, ἂν δ' αὐτὴν Χρυσηΐδα καλλιπάρῃον βήσομεν: imposuit hecatomben, & imponemus Chryseida. Homericum est & ἐπιβάσκειν. Ιλ. β'.

— οὐ μὲν ἔοικεν
ἀρχὸν ἐόντα κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν.

Non decet, inquit Thersites, principem uirum subditos obijcere malis. quod diceretur aliter, ἐμβιβάζειν, seu ἐπιβιβάζειν κακοῖς. Placet enim Grammaticis esse βίβημι: unde μακρὰ βιβάς, Ιλ. η'. Aiax. Et μακρὰ βιβῶσα, anima Achillis, Ὀδυσ. λ'. Vsitatum autem uerbū in lingua Græca, ἀναβιβάζειν, producere. καταβιβάζειν, reducere. Et circuli lunares, ἀναβιβάζων καὶ καταβιβάζων, qui indicantur nominibus capitis & caudæ draconis. Item ἀναβιβαζόμενος is qui imponitur equo: & qui imponit, ἀναβιβάζει. Ἑλληνικῶν α'. ἀποβιβάσας τὸ στράτευμα τῆς Ἀνδρίας χώρας εἰς Γαύρειον, exposuit copias ad Gaurium in regione Andria. Et νόμιμον ἡ. συνδιαβιβάζειν, per fluuium διάβατον, id est uadosum, traducere secum. ὑπερβιβασμὸς etiam Grāmaticis est, quæ eadem μετάθεσις est: ut κρατερός, καρτερός. συμβιβάζειν, conferre. & συμβίβασις, conciliatio. Plato Hippia minore, ἐπιθυμῶν μαθεῖν ὅτι λέγει, διαπυνθάνομαι, καὶ ἐπανερωτῶ, καὶ συμβιβάζω τὰ λεγόμενα ἵνα μάθω: In cupiditate cognoscēdi, quid dicatur, & percontor, & iterum atq; iterum considero, & confero ea quæ dicuntur, ut intelligere possim. βιβάζειν habet significationem admissionis animalium ad coitum. Aristot. de animalib. ζ'. de suibus, θυῶσαι δ' ἐν δ' εὐθὺς βιβάζειν πρὶν ἂν μὴ τὰ ὦτα καταβάλλῃ. Plin. lib. 8. cap. 51. Ne prima subatione, neq; ante flaccidas aures coitus fiat. περιβαίνειν, obirè. idem & ἀμφιβαίνειν. & significat protectionem, Ιλ. ε'.

ὃς δ' ἔτλη περιβῆναι ἀδελφειοῦ κταμένοιο.

& postea,

ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ βαῖνε λέων ὥς ἀλκὶ πεποιθώς.

Ibidem ἀμφίβασις inclusionem notat:

δεῖσε δ' ὅγ' ἀμφίβασιν κρατερὴν Τρώων ἀγερώχων.

Aiacem dicit metuisse, ne à Troianis circumueniretur. Et ἀμφισβαίνα, serpentis monstrosæ nomen, quæ prorsum & retrorsum incedit: geminum enim huic caput, id est, ut Plinius ait lib. 8. cap. 23. ad caput & ad caudam. Rursum Ιλ. ε'.

ὡς λέων περὶ Πατρόκλῳ ἥρωϊ βεβήκει.

ἐκβαίνειν, discedere. Ιλ. ζ'.

ὡς ἄρα φωνήσας ἀπέβη κορυθαίολος Ἕκτωρ.

quod & διάθεσιν mediam habet. Ιλ. β'.

ὡς ἄρα φωνήσας ἀπεβήσετο. —

Sicut & περιεβήσετο ibidem,

νῶϊ μὲν ῥὰ διὰ προβήσετο μακρὸν Ὄλυμπον.

Volunt & exitus significationem habere τὴν ἀπόβασιν. ut si dicatur, τὸ πρᾶγμ' ἀπέβη οὕτως, hic rei fuit exitus. Theocritus ὕλας, ἐν ἐλαθιδ... ἄνδρ' ἐκβαίη, euaderet in egregium uirum. ἐκβατήριον etiam nescio quos fuisse ludos equestres traditur. ἀποβάθρα, scalæ nauales, in Toxari Luciani. Est & nauticum uerbum. Thucyd. lib. 2. καὶ ἐν Μεθώνῃ τῆς Λακωνικῆς ἀποβάντες τῷ τείχει προσέβαλον: Et copijs ad Methonam Laconicam expositis, mœnia oppugnare cœperunt. Et mox, καὶ ἀποβάσεις ποιησάμενος, τῆς παραθαλασσίου γῆς ἐδῄωσε: Copijs expositis, maritima quædam loca uastauit. ὑποβαίνειν, subire. ὑποκαταβαίνειν, Hippocr. Aphoris. ποσὸν ὑποκαταβαίνειν ὁκόσον ἂν ἡ νόσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων ᾖ: Tantum à tenui uictu paulatim recedi iubet, quantū remiserit morbus, ut ab extremo periculo absit. ὑπερβαίνειν, trāsire & præterire. ὑπερβαίνοντες ὑπὲρ τὰ τείχη, Arrianus dixit, muros transcendisse, & ita peruenisse in urbem, lib. 6. Xenophon autem de conscensione equestri, ὑπερβαίνοντα ἐπὶ τὰς δεξιὰς πλευρὰς τὴν κνή-

τὴν κνήμην, transferat. Et ὑπερβασίαι Heſiodo, peccata. Et ὑπέρβατον uocãt Grammatici longiorem ſententiæ tranſitum, interruptumq́ contextum illius. βατήρ, Polluci limen. Suidas adducit ſenarium hunc,

αὐτὸν ἐκήρυξας τὸν βατῆρα τοῦ λόγου:

interpretans limitem, unde proſilirent πένταθλοι, id eſt quinquertiones. Id poterit, ut opinor, accipi, rem tetigiſti. ἅρμασι τετραβάμοσιν, curribus quadriiugis. Phœniſs. στρατὸν ἱπποβάμονα, equeſtres copias. Et Ranis, ῥήματα ἱπποβάμονα, grãdia uerba. In Rheſo, δίβαμος εἰμί, bigradus ſum, ut tardigradus. Eſt autẽ βαθμός, gradus. & cantica graduum, ψαλμοὶ βαθμῶν. Et ἀναβαθμοὶ ſunt ἀναβάσεις, aſcenſiones. In theatro erant ἀναβαθμοὶ & βάθρα, ſedes et ſedilia. Et Epicrates præſidem πρωτόβαθρον dixit, ut retulit Pollux lib. 4. ἀνάβασις autem eſt, ſicut ἀσθενὴ πυρετοῦ, id eſt incrementum, & correptio. & ἀναβαίνουσιν οἱ πυρετοὶ ἤδη τὴν ἀκμήν. Galeno de Febrium differentia lib. 1. βητάρμονες, ſaltatores, facto uocabulo de greſſus concinnitate. Οδυσ. θ'.

ἀλλ' ἄγε φαιήκων βητάρμονες ὅσσοι ἄριστοι
παίσατε. —

δύσβατον χωρίον, ſalebroſum. Polyb. lib. 2. ὑπερμνῆσαι, dixit, καὶ δύσβατον τὴν ἀναχώρησιν. πρόβατα placet Grammaticis appellatas eſſe omnes pecudes, eo quòd priores βάσεις, id eſt gradus, alij ſequantur. Sed propriè oues πρόβατα dicuntur. Heſiodi eſt,

μήτ' ἐν ὁδῷ, μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ προβάδην οὐρήσῃς.

Vetat meiere procedentẽ: hoc enim fieri uult à ſubſidentibus, aut applicãtibus ſe ad parietem. πρόσβατον, & ἀπρόσβατον, quò accedi poteſt, aut non poteſt. Hoc uerbum in futuro habet mediam διαβήσειν. ut Phœniſsis,

καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται διὰ αἵματος.

& Alceſtide,

τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς οἷ προβήσεται.

In præterito perfecto actiuam. Ιλ. κ'.

ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε. — & Ιλ. ζ'.
— ὡς ἠλίκιον ἐβεβήκει.

Compoſitæ ſunt tales formæ: ἀεροβατῶ, Ariſtophani Nebulis, aẽre ingredior. σχοινοβατεῖν, per extentum funem ingredi. & σχοινοβάτης, funambulus. ἀκροβατεῖν, progredi ſummis digitis terræ inſiſtentem, Icaromenippo. χωροβατεῖν, peragrare. & χωροβάτης, geometricum organum ad librationes accõmodatum, apud Vitruuium lib. 8. πηλοβατεῖν, per cenum ingredi. ναυβάται ſunt Soph. Aiace, ſocij nauales. βάδην eſt pedetentim. Κύρου παιδείας β'. ὅτι βάδην ὑπήκουσεν, ἀλλ' ἀεὶ τρέχων: Quoties uoco, non accedit ille, ſed accurrit. Et lib. 3. Κῦρος ὑπολαβόμενος τὸ βάδην, δρόμον ἡγεῖτο: non pedetẽtim magis ducebat, ſed curriculo. ἀναβάδην ſignificationem habet extenſionis, aut ſeceſſus, & contentionis, & impetus. ἀναβάδην ἀναπαύομαι, quidam de loco editiore interpretati fuerunt. Et Acharnenſibus, ἀναβάδην ποιεῖ τραγῳδίαν, totus eſt in componendis tragœdijs. ἀνάβαδον, Ariſtot. de Animal. ζ'. αἱ ἄρκτοι ὀχεῖαι ποιοῦνται, οὐκ ἀνάβαδον, ἀλλὰ κατακεκλιμέναι. Plin. lib. 8. Non uulgari quadrupedum more, ſed ambobus cubantibus. βάθρον, fundamentũ. Aiace, Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον, ſedem tenens Salaminis. Cyclope,

— κρείσσους γὰρ ἰλίου
πόνους ἀφίγμαι κἀπὶ κινδύνων βάθρα.

Ad certiſsima et maxima pericula ſe adire ait. ὑπόβαθρον, fulcrum, uel potius ſolum. Xenoph. ἀπομνημ. β'. οὐ μόνον τὰς στρώμνας μαλακάς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις: Mollia ſtragula, & lectuli molles, & ea quæ lectulis ſupponũtur, ut mollia ſint curas. ἐπιβάθρα etiam γέφυρα πολιορκητική, id eſt, pons oppugnatorius. & ἐμβάται, Xenoph. de Re equeſtri, calcei. & ἐπιβατήρια ὄργανα, machinæ paratæ ad mœniorum conſcenſionem. διαβατήρια, ſacra ante expeditionem, propriè Lacedæmoniorum. Thucyd. lib. 5. ὡς δ' αὐτοῖς τὰ διαβατήρια θυομένοις οὐ προὐχώρει: cum expeditionis cauſa ſacrificantes, non litarent. Et paulo pòſt, ὡς οὐδ' ἐνταῦθα τὰ διαβατήρια αὐτοῖς ἐγένετο: cum ne ibi quidem ſacra addicerent, ut expeditio ſuſciperetur. ἐμβατήρια autem dicebãtur ᾄσματα, ſeu αὐλήματα, ad quæ ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες, committere prælium ſolebant, ut oſtendit Thucyd. lib. 5. Etiam Pindaricã ἐπιβδαν hinc deducunt, poſtridianam diem feriarum, quaſi ἐπιβαίνουσαν ταῖς ἑορταῖς. Eſt τῶν ζώων τὸ πορευτικόν, quæ pedes habent. πορθμεῖον dicitur μεταβατικῶς: ut Oreſte, πορθμεῖα δ' αὐτὸν ἐκκλέπτων ἀπὸ πυλάδης δακρύων.

Adduci narrat Orestem nuncius à Pylade lacrymante, de consilio euocatorum. Hoc uerbũ deducitur ἀπὸ τοῦ πόρου, quod uadi, & meatus, & copiæ habet significationem. unde est in Phœnissis, ἐγὼ πορίσω χρυσόν, ego suppeditabo aurum. Et ἄπορον, idem quod ἀμήχανον, inexplicabile. & πορεία, iter. & εὔποροι, diuites. & εὐπορία, copię. & εὔποροι αἱ ὁδοί, itinera peruia & expedita, Xenoph. ἀναβάσεως ε. Et πόρια, inquit Pollux, ὀχήματα, id est uehicula. Diodoro sunt nauigia, lib. 20. μετὰ δὲ τὸ Δημήτριον παρασκευασάμενον πόρια πρὸς τὴν παρακομιδὴν τῶν τε στρατιωτῶν καὶ τῆς παρασκευῆς, ἀνήχθη σὺν τῷ στόλῳ. Et mox, οὐκ ἔχων ἱκανὰ πόρια πρὸς τὴν τῶν στρατιωτῶν διάβασιν, cum non haberet satis nauigiorum ad traijciendum milites. εὐπορεῖν, copiæ uerbum est: ἀπορεῖν, inopiæ & dubitationis. εὐθυπορεῖν, prorsus incedere, ut Plautus. πορεύεσθαι, ambulare, proficisci. Et in Ioanne, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, id est procedit. Sunt igitur ζῶα πορευτικά, ut & ἑρπυστικά, quæ gradiuntur, quæque serpunt, & μόνιμα, quæ sunt Gazæ stabilia. Mercatores etiam ἔμποροι sunt, & horum oppida ἐμπόρια. & negotia, ἐμπορίαι, & ἐμπορεύματα. ἐμπορεύεσθαι autem & iter facere, & commercium habere significat. Aristophan. ἀχαρνεῦσι,

ὦ θῦμ' ἄνευ σκανδίκων ἐμπορευτέα.

Et ex Euripide adducuntur hi uersus,

ὅστις γὰρ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

Quicunq; cum tyranno habet commercium,
Fit seruus, quamuis liber ille aduenerit.

Etiam πολεῖν habet significationem ingressionis, estque id quod uersari dicitur latinè. Inde πρόσπολοι, & ἀμφίπολοι, ministeria obeuntes, & famuli. περίπολοι, custodes, qui obeũt certa loca. περίπολος, publica nauis Rhodiorum, cuius meminit Arrianus lib. 2. ἀμφίπολος quidem usitatè famulã significat, & ita nomine Homerus usus est. Sunt tamen & custodes ἀμφίπολοι. Et πρόπολος, qui curat, aut seruat, propriè in fanis. Aristoph. Nebulis, σεαυτὸν παράδος θαρρῶν τοῖς ἡμετέροις προπόλοισι, sacris quibusdam ministris: ut & apud Herodotum, etsi alij aliter Aristophanicum uocabulum interpretantur. πρόπολος autem in fauis apium nominatur. οἰωνοπόλοι dicebantur auspices. & ὀνειροπόλοι, somniatores. & ὀνειροπολεῖν, somniare. Et in Nebulis, ὀνειροπολεῖ ἵππους καὶ ἱππικήν, equos & rem equestrem somniat. Cœli sunt πόλοι, circũ quos illud conuertitur, uertices Latinis. ιλ. ς'. in clipeo Achillis Vulcanus

—ἐτίθει νειὸν μαλακήν, πίειραν ἄρουραν
εὐρεῖαν τρίπολον. —

πωλεῖσθαι Homericum est. Odyss. δ'.

πωλεῖταί τις δεῦρο γέρων. — & ιλ. δ'.
ὃς ῥ' ὅ γε κοιρανέων ἐπεπωλεῖτο στίχας ἀνδρῶν.

Idem est στρωφᾶσθαι. χωρεῖν, capere. ut si dicatur, ὅτι χοῖνιξ χωρεῖ κοτύλας τέσσαρας. Sed hæc significatio nihil ad pedes. χωρεῖν igitur etiam procedere & pergere significat. χώρει σὺ δεῦρο, accede tu. Et Sophoc. Aiace, χωρῶ πρὸς οἶκον. Aristoph. Nebulis, οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσι, fœnus crescit. Plato Theæteto, καὶ ὁμόσε χωρήσονται, cõgredientur cominus. ἀποχωρεῖ τις τινός, discedit ab aliquo, seu recedit. ἀναχωρεῖν, ἀμεταβάτως, recedere. Thucyd. lib. 2. ἀναχωρήσαντες οἱ ἀθηναῖοι τροπαῖον ἔστησαν. διαχωρήματα & διαχωρήσεις, sicut ὑποχωρήματα & ὑποχωρήσεις, excremẽta quę transeunt per anum: sicut & urina per ea loca, unde emittitur, Plautus Persa,

Di faciant ut id bibatis, quod nos nunquã transeat.

Verbo διαχωρεῖν usus est Xenoph. ἀναβάσεως 4. καὶ κάτω διεχώρει αὐτοῖς, aluus soluebatur: uel, infrà reddebatur. διαχωρήματα tamen & διαχώρους, interualla etiam sunt. ἐγχωρεῖν, locum, fas, potestatem, tempus esse. Plato Phædone, ἀλλὰ μηδὲν ἐπείγου, ἔτι γὰρ ἐγχωρεῖ: Ne festina, satis enim temporis reliquũ est. Idem πολιτειῶν γ'. οὐ γὰρ οἶμαι σώματι σῶμα θεραπεύουσιν, οὐ γὰρ ἂν ἐνεχώρει κακὰ εἶναί ποτε καὶ γενέσθαι, ἀλλὰ ψυχῇ σῶμα, ᾗ οὐκ ἐγχωρεῖ κακὴν γενομένην τε καὶ οὖσαν, εὖ τι θεραπεύειν, ὀρθῶς ἔφη. Δικαστὴς δὲ γε ὦ φίλε, ψυχῇ ψυχῆς ἄρχει, ᾗ οὐκ ἐγχωρεῖ ἐκ νέας ἐν πονηραῖς ψυχαῖς τεθράφθαι καὶ ὡμιληκέναι, καὶ πάντα ἀδικήματα αὐτὴν ἠδικηκυῖαν διεξεληλυθέναι, ὥστε ὀξέως ἀφ' αὑτῆς τεκμαίρεσθαι τὰ τῶν ἄλλων ἀδικήματα, οἷον κατὰ σῶμα νόσους, ἀλλ' ἄπειρον αὐτὴν καὶ ἀκέραιον δεῖ κακῶν ἠθῶν νέαν οὖσαν γεγονέναι, εἰ μέλλει καλὴ κἀγαθὴ οὖσα, κρινεῖν ὑγιῶς τὰ δίκαια. Hũc locum integrum ascribere uisum fuit, quẽ & interpretari conati sumus: Non enim certè medici corpus curant corpore: sic enim nunquam fieret, ut hæc aut essent,

essent, aut redderentur uitiosa. Sed corpus curant animo: qui si uitiosus sit, aut reddatur, iam rectè curare non poterit. Certè inquit. Iudex uerò imperium habet in animam animæ, quam fas non est ab initio inter improbos animos educari, & cum his uersari, & omnia ipsam facinora mala per iniuriam perpetrare, ut acutè ex sese coniecturã de aliorum malis facinorib. facere possit, ueluti de corporis morbis: sed ipsam teneram, expertem moris improbi, & sinceram produci oportet: siquidem honestate & uirtute prædita, iudicium sanum de iustitia facere debeat. προχωρεῖν, succedere, quod & succedere. ut, Meditor esse affabilis, & bene procedit. Et Lucian. ταῦτα μὲν ἤδη κατὰ ῥοῦν προχωρεῖ δέ μοι. Eurip. autem Phœnissis,

οὐκ ἐν χορείαις, οὐδ᾽ ἐν παρθενεύμασι
νῦν σοι προχωρεῖ δαιμόνων κατάστασις.

Non ita se fortunam dare ait, neq; rem eo loci esse, ut inter æquales illa uirgines ludat. προσχωρεῖν, accedere, & adiungere sese. ἀναχωρεῖν, reuerti. & ἐπαναχωρεῖν, reuerti domum, aut ad se. ὑποχωρεῖν & παραχωρεῖν, concedere. ἐκχωρεῖν, moueri, seu cedere loco. ut ἐκχωρῆσαι ἀστράγαλον, luxatum esse talum, id est, loco cessisse. ὑποχωρεῖν, retrocedere, & refugere. Thucyd. lib. 2. μηδ᾽ ἵνα ὄχλον ὑποχωρεῖν. ἔρχομαι & uenio & eo significat, & habet futuri quoq; temporis indicationẽ. ἔρχεται εἰς μηδέν, quod euanescit & recidit ad nihilum. παρέρχεσθαι est præterire & differre. περιέρχεσθαι, circumuenire. μετέρχεσθαι, ulcisci, & animaduersionis significationem habet. idemq; ἐπεξέρχομαι. ὑπέρχεσθαι significat & insidiosam aggressionem, & blandam submissionem. ut in Critone Plat. ὑπερχόμενος πάντας ἀνθρώπους βιώσῃ καὶ δουλεύων, omnibus mortalibus obnoxius & subiectus uitã deges. Etiam εἶμι, unde ἰέναι, eundi significationem habet, tam præsentis, quàm futuri temporis.

νῦν δ᾽ εἶμι φθίην δ᾽, ἐπεὶ πολὺ φέρτερόν ἐστιν
οἴκαδ᾽ ἴμεν. — Aristoph. Nebulis.

ἰτητέον, eundum est. & ἴθι, ito. & εἶ. Lysistrata, οὐκ εἶ πάλιν; non redis intrò? & ἀπρόσιτον, inaccessum. διεξιέναι etiam narrando exequi notat. Plato πολιτειῶν γ΄. χορείας γάρ τί ἄν τις διεξίοι τῶν τοιούτων, quis uelit cœtus in sacris istorum commemorare? μέτειμι est μετέρχομαι. Plato πολιτικῷ, καὶ σὲ αὐτὸ τούτων ἐσαῦθις μέτειμι, ob ista te mox ulciscar. ἐπάνειμι, redeo. ἴτης etiã & ἰταμοί, qui sunt procaces & proterui, ducuntur ἀπὸ τοῦ ἰέναι. Apud Thucyd. lib. 5. est, ᾔεσαν ἐς λόγους, colloquebantur. & ἰέναι ἐς τὴν ξυμμαχίαν, ad belli societatem accedere. & προϊόντος τοῦ χρόνου, procedente tempore. & ιλ. φ΄. καπνὸς ἰὼν εἰς οὐρανὸν εὐρὺν ἵκανε. Et Symposio Xenoph. καὶ διὰ πυρὸς ἰέναι, etiam per ignẽ penetrarem. & ἐπιόντων τῶν πολεμίων, accedentibus hostibus. itemq; προσιόντων. Comitia autem interpretatur Charisius ἀρχαιρεσίας. φοιτᾶν, incedere: ut ὀδυσσ. λ΄. umbra Achillis φοίτα μακρὰ βιβῶσα. & frequẽtare: ut φοιτᾶν ἐπὶ σκηνήν, præsto esse ad tabernaculum. & φοιτᾶν εἰς διδασκαλεῖον, frequẽtare ludum. & φοιτηταί sunt μαθηταί, sectatores. In Soph Aiace,

ἐγὼ δὲ φοιτῶντ᾽ ἄνδρα μανιάσι νόσοις.

interpretantur furentem, & annotant φοῖτον significare rabiẽ. Inde esse uolunt φοιταλέον. ut in Hippolyto Eurip. ματρὸς ὀρείας φοιταλέου, de Cybela. Et φοιταλὶς Medea, Apoll. lib. 4. uesana. Hinc quibusdam & φοιτάδας appellatas esse meretrices placet, ab insania libidinis, quales sunt illæ quidem, & ita à Teutonicis peculiari appellatione nominantur: sed quòd uel à uiris frequententur, uel uiros ipsæ sectentur, ita dici potuerũt. οἴχομαι, abeo. Soph. Aiace,

ἀλλ᾽ οἴχεταί τοι πρὸς τὸ κέρδιστον τραπείς.

Plato πολιτειῶν β΄. διαλέγεσθαι ὡς περὶ οἰχομένου, loqui cœpisse tanquam de absente, uel eo qui abiisset. Sunt & mortui οἱ οἰχόμενοι. Eurip. Alcestide, οἰχομένας δέ σου μάτερ ὄλωλεν οἶκος: te erepta nobis morte, domus periit. Et apud Plautum: Ratio apparet, argentum οἴχεται, id est, absumtum est. Deq; pernicie & morte, Latini interitus & exitii uerbis usi sunt. Clamat igitur in illa aliquis lingua, occidisse se, & esse absumtum. Et in Captiuis γνωμολογῶν seruulus ait, Qui per uirtutẽ perierat, non interit. Herodot. καλλιόπτα dixit, οἰχωκότας ἐς βαρβάρους, qui discessissent. Et Aiace Soph. οἴχωκ᾽ ὄλωλα, perii, interii. Et ibidem, ἐμοὶ λιπὼν ἀνίας καὶ γόους διοίχεται, mihi relictis doloribus & lacrimis interiit. Apud Homerum Thersitis hu-

meri ſunt ἐκ γὰρ τοῦ ἐπὶ πολὺ οὕτω συνεσχηκότι. ubi tamen aliqui maluerunt συνεσχηκότι: ut appareat, οἰχωκὼς fuiſſe Græcis uſitatũ, quamuis ſit οἰχέομαι. παρῳχημένον, preteritum. Xenoph. ἑλλην. α. τῶν παρῳχημένων κακῶν, de ſuperatis aduerſis. ὀδυσ. φ. ἀνδρὸς ἀποιχομένοιο πολὺν χρόνον, longo tempore abſentis. ἄττειν, titubare, nutare, currere. ἄττειν δεῦρο κἀκεῖσε, huc illuc uagari. Et in epiſtola Platonis, ἄττει τότε μὲν οὕτως, τότε δὲ ἄλλως. Et ἀστέρες διάττοντες, diſcurrentes ſtellæ, quod eſt ſignum uentorum. In Ariſtoph. Pace ſunt διατρέχοντες ἀστέρες. Hinc ducunt Grammatici uerbum ἀίσσω, quod habet ſignificationem impetus. Aiace Soph. δίδοικα δ' ἐγὼ κατ' ὄχλον ἀίσσει. ἀναΐξαι, prorumpere. ἐπαΐξαι, irrumpere. ἀπαΐξαι, celeriter ſe auferre. Apud Homerũ Tireſias ſolus ſapit. τοὶ δὲ σκιαὶ ἀίσσουσι. Cęteri umbrarum uagantur modo, ut Cicero. σεύεσθαι etiam concitari & erumpere eſt. & συθεὶς, incitatus. Et Aiace, ᾤχετ' ἔρρων μόνος, prorupit ſolus. Et σοῦς hinc ducitur. Etiam σφαδάζειν titubare ſignificat. Et ἀσφάδαστον πήδημα, Soph. Aiace. Petit enim contingere ſibi celerem mortem de ictu, ne diu iactetur ſaucius. Etiam καλπάζειν Suidas interpretatur, delicatè incedere. ut Maroni, Incedit regina. ὁδὸς uia eſt, ſeu iter. Iter quidem ab eundo factum, quod ueteres itiner dixerunt. Significat & ſectam in ſacris literis, ſeu certam rationem, & inſtitutum uitæ, & genus, ſeu profeſsionem doctrinæ. In Actis, κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου. Et cap. 19. ἐγένετο κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τάραχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ. Ariſtoph. Nebulis, ὁδὸν ἀτραπὸν dixit, uiam quam ingrederetur. ὁδηγὸς, ductor. Act. 1. περὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν. ὁδηγεῖν, ducere. ὁδεύειν improbatur, ut ueteribus doctis inuſitatũ. ὁδοῦσθαι, dirigi iter. & εὐοδοῦσθαι, proſperè dirigi, ſacrarum literarum eſt. εὔχομαι σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν, καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ ψυχή. Ioann. Caio. ὁδοιπορία, iter. ὁδοιπορικὸν, quod ad iter pertinet: ut carmen, iter aliquod celebrans. Viaticum, ἐφόδιον. Hic erit & commeatus. Demoſth. κατ' ἀριστοκράτους, νῦν δ' οἱ μὲν τὰ κοινὰ διοικοῦντες ἐκ πτωχῶν εἰσὶν εὔποροι, καὶ πολλοῦ χρόνου τροφὴν ἄφθονον εἰσὶν ἡτοιμασμένοι, ὑμῖν δὲ οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας ἐφόδιά ἐστιν ἐν τῷ κοινῷ: Nunc adminiſtratores Reip. de mendicis opulenti extiterunt, & longi tẽporis cibaria præpararũt: uobis autem ne unius quidem diei cõmeatus in ærario eſt. Et περὶ παραπρ. τρεῖς μῆνας ὅλους ἀποδημήσαντες, καὶ χιλίας δραχμὰς λαβόντες ἐφόδιον παρ' ὑμῶν. Et ἐφόδιον δυοῖν μηνοῖν, ἑλληνικῶν α. duorum menſium ſtipendium. τὸν ὁδηθέντα interpretantur uenundatum. In Cyclope Eurip. ὡς ὁδηθεὶς μακράν. & accipi hoc poteſt, ut in lõginquas regiones abductus uenires. Nam poſtea ſignificat uerbum planè uenditionem.

— εἴ τι τὶς θέλει
Βορὰν ὁδῆσαι ναυτίλοις κεχρημένοις.
— *Seu quis fortè uult*
Venundare indigentibus nautis cibos.

& mox,

ὅδηκον ἡμῖν σῖτον, οὗ σπανίζομεν.

Copiam ſibi fieri cupit frumenti, cuius penuria laborarent. Et rurſum,

— μὴ τὰ δ' ἐξοδᾶν γ' ἐγὼ
ξένοισι χρήματα. —

Negat ſe facultates Cyclopis diſtraxiſſe, & uẽdidiſſe illis hoſpitibus. ὁδοποιεῖν, uiam ſternere, ſeu facere & reddere peruium. Demoſth. πρὸς καλλικλέα, τὸ ὕδωρ τά τε χωρία ἐλυμαίνετο, καὶ μᾶλλον ὡδοποίει: Aqua corrumpebat fundum, & reddebat magis peruiũ. Ariſtot. α. μετὰ τὰ φυσικὰ, προϊόντων δὲ, οὕτως αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ὡδοποίησε: Progredientibus autem illis, ita res ipſa uiam fecit. Xenoph. ἀναβάσεως 4. ποιεῖν τὰς ὁδοὺς, aperire uias. Et Hippocrati περὶ φύσιος παιδίου, τὸ πνεῦμα ὁδὸν ποιέεται, καὶ χωρεῖ ἔξω: uiam ſibi ſpiritus facit, & erumpit. Et προοδοποιεῖν, præparare uiam. ἔξοδος, egreſsio, & nomẽ libri Moſaici, quo Hebræorum egreſsio ex Aegypto narratur. Soph. Aiace, ἐξόδους ἕρπειν κενὰς, ut excitet itinere leui, id eſt incogitante & futili. Demoſth. κατ' ἀλυμποδώρου, ἔχουσαν καὶ ἱμάτια καλὰ, καὶ ἐξόδους λαμπρὰς ἐξιοῦσαν: pulcras ueſtes habentem, & ſplendidè prodeuntem in publicum, ἑλληνικῶν α. ἐξῆλθον δὲ τινὲς τοῦ χειμῶνος καὶ ἄλλας ἐξόδους, etiam alias quaſdam illa hyeme excurſiones fecerunt. Herodotus πολυμν. τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἔξοδον ποιεύμενοι, ſuſcipientes expeditionem lethalem. Thucyd. lib. 5. σπονδὰς ἐπ' ἐξόδῳ εἶναι, propè eſſe, ut finirentur. ἐξοδεύειν. Polyb. lib. 5. ὁ τῶν ἀχαιῶν ναύαρχος ἐξοδεύσας εἰς πολύκειαν.

λύκειον, profectus Molycriam, uel copijs adductis. Etiã ἐξόδια est ἔξοδος. ἐξόδιοι νόμοι, modi tibicini theatrici exeunte choro. ἄνοδος, aduẽtus. & ἄνοδον, inuiũ. & ἀνοδία, qua uia non est. ἄμφοδος, circuitus. Xenophõti ἄμφοδος χαλεπή, ἀναβάσ. ς. & angiportum. ἄφοδος, secessus. & significat, sicut ἀπόπατος, secessum ad aluum exonerandum. et uerbum ἀφοδεύειν, ad opus hoc secedere. εἴσοδος, aditus. Herod. πολυμν. ἐπεὶ δὲ οὐδαμῇ ἐδύναντο παραλαβεῖν οἱ πέρσαι τὴν ἔσοδον πειρώμενοι, cum nullis conatibus Persæ aditu potiri possent. Plato Critone, εἴσοδος τῆς δίκης, ὡς τὸ δικαστήριον ὡς εἰσῆλθες: Accessio ad causę accessionem, cum ad iudicium uenisti. Et εἴσοδος, ianua. Nebulis, παρὰ τὴν εἴσοδον, propter ianuam. Est autẽ ab eundo ianua, qua itur. διέξοδος, uia. ut in Sophoclis uersibus, qui & à Plutarcho adducuntur,

λάθοι γάρ τοι καὶ ἀνέμων διεξόδους
θήλειαν ὄρνιν, πλὴν ὅταν τόκος παρῇ.

Aues uentorum tum demum uias sentire, cum instet partus, ait. λόγοι διεξοδικοί, copiosa oratio, qualis est oratoria, non concisa, neque breuis, qualis dialectica. δίοδος, uia. Aristoph. ἐκκλησιαζούσαις, αἱ δὲ γυναῖκες κατὰ τὰς διόδους προσπίπτουσαι, in uijs applicantes se, uel irruentes. Et ὄρνισι, transitus:

— ἢν ἰέναι βουλώμεθα
Πυθῶδε Βοιωτοὺς δίοδον αἰτούμεθα.

Si uelint Delphos petere, orari ait Bœótos, ut transire liceat, id est commeatum. Erat enim inter Delphos & Athenas media Bœotia. Et διοδεύειν, transire. ἐνόδιον, quod incidit, seu offertur in uia. ut οἰώνισμα ἐνόδιον, diuinatio de eo quod in itinere obseruatur. Id etiam ipsum Latinis auspiciũ est, ut Gręcis ὄρνις. Aristoph.

ὄρνιν τε νομίζετε πάνθ' ὅσαπερ περὶ μαντείας διακρίνει.

Xenophon Hierone, τὴν πόλιν τείχεσί τε καὶ ναοῖς, καὶ παραστάσι, καὶ ἀγοραῖς, καὶ λιμέσι κατεσκευασμένην: urbis præclarè facta mœnia, templa, porticus, forum multiplex, portus. στάσις statum significat. Polyb. lib. 2. κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς στάσιν ἔμενον ἐπὶ τῶν ἄκρων, ueteri loco remanebant. Et rhetorum στάσεις, Cicero status interpretatur, Tuscul. 3. κατὰ κτησιφῶντος, ὁρᾶτε σύμπαντες περὶ τῆς στάσεως πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζομένους. στάσις, seditio. Herodot. οὐρανίη, στάσις γὰρ ἔμφυλος, πολέμου ὁμοφρονέοντος τοσούτῳ κάκιόν ἐστι, ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης: Intestina seditio, tãto malum est grauius bello consentientibus ciuibus, quanto ipsum bellum pace. στασιῶται, seditiosi & factiosi. In Theæteto iocans Plato, στασιώτας ὅλου appellat Melissum & Parmenidem, qui uniuersitatem rerum consistere perhiberent. Thucyd. lib. α´. sunt λόγοι στασιωτικοί, turbulenta oratio. Et στασιώδεις, seditiosi. & καταστασιασθῆναι, factione opprimi. στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ, equus qui in stabulo includitur. Hinc ἱπποστάσιον, τὸ ἱππῶνα, id est equile: sicut βοστάσιον, bubile dixerunt. στάσιμον, stabile. Etiam στατὴρ hinc ducitur. Et στῆμον, uerbali forma, stamen. Et σταθμός, quod & pondo significat. Herod. ἕλκουσι, σταθμὸν ἔχοντες τριήκοντα τάλαντα, pondo talentorum triginta. Et in ianuis σταθμοί, limina. & ὑπέρθυρα, superiora limina, Herodoto ibidẽ. σταθμᾶσθαι, fabrile. ut νόμων α´. οἷον τέκτονα μετρεῖν ἢ σταθμᾶσθαι, de mensuris & põderibus. In Lyside μεταφορικῶς dixit, τοῦτον δὲ τί ἔφη σταθμᾶ, ὦ σώκρατες, ὃν ὀλίγα: An hæc quæ iste narrat, pondus habere sinis? στάθμη, amussis. Odyss. ε.

ξέσσε δ᾽ ἐπισταμένως καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνεν.

& Odyss. φ.

ξέσσεν ἐπισταμένως καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνεν,
ἐν δὲ σταθμοὺς ἄρσε. —

Et σταθερὰ ἡλικία, & σταθερὰ μεσημβρία, ætas media, & planè dies media. ἀνάστασις, salutaris Iesu Christi resurrectio de morte in uitam. Est igitur ἀνάστασις, surrectio, ut cum de somno aliquis excitatur. Soph. Philoctete,

— ποίαν ἀνάστασιν δοκεῖς;
αὐτῶν βιβώντων ἐξ ὑπνωσσάσας τίνι.

Et in

Et in Lachete Platonis est, ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, de morbo resurgere. Et ιλ. ά.

οὐδ' ἂν ἀναστήσειεν ὁ δ' ἀτρείδην ἐνάριξεν.

Et ιλ. ί.

τοῦτον δὲ πρόμον ἄλλον ἀναστήσουσιν ἀχαιοί.

alterum excitabant, qui propugnet. Et Odyss. ξ΄. χειρὸς ἀναστήσας, manu erigens. Sed de uerbo suprà dictum est. Dicitur & ἀγαλμάτων ἀνάστασις, simulacrorũ consecratio. Et Hippocrati, προγνωστικῷ ἐξ-αναστάσεις, surrectio ægrotantis. ἐπαναστάσεις θρόνων, insidias regni, Soph. Antigona. κατάστασις, constitutio, status. Phœn. δαιμόνων κατάστασις, fortuna diuina. Et Plato πολιτειῶν ἡ μὲν κατάστασις, ὡς ἔπος εἰπεῖν αὕτη: hæc constitutio, ut semel dicam, talis est. ἀποκατάστασις, Astronomis reuersio stellæ ad eum locũ, unde discesserat. ut solis ἀποκατάστασις, quo sol in eandem partem Signiferi per eosdẽ numeros redit, per quos cursus sui principium ceperat, ut ait Columella lib. 3. Et apud Iurisconsultos ἀποκατάστασις, restitutio. Et Terent. Restitue me in quem accepisti locum, ἀποκατάστησον. Soph. Aiace, κατάστασις γένοιτ' ἂν οὐδ' ἀρχὴ νόμων, nullæ leges possint consistere. Vsi sunt Græci & καταστήματος nomine, ut sæpe medicinæ autores. Est apud rhetores κατάστασις, exhibitio: ut in oratione πρὸς νικόστρατον. Et πρὸς κάλλιππον, ἀξιοῦν ἐμφανῆ καταστῆσαι τὰ χρήματα, postulasse ut pecunia demonstraretur. κατάστασις, stipendium equestre Athenis. Lysias, μανθιθέῳ δοκιμαζομένῳ, ἐμὲ οἶμαι οὐδεὶς ἂν ἀποδείξειεν, οὔτ' ἀπογραφέντα ὑπὸ τῶν φυλάρχων, οὔτε παραδοθέντα τοῖς συνδίκοις, οὔτε κατάστασιν παραλαβόντα, constitutum stipendiũ accepisse. Herod. autem διετέλει, ἐχρᾶτο ἡ καταστάσει πραγμάτων τοιῇδε, hoc rerum statu utebatur: id est, hæc erat ratio uitæ ipsius. Polyb. lib. 2. ποιῆσαι πᾶσιν ἐναργῆ καὶ γνώριμον τὴν ὑπάρχουσαν περὶ μακεδόνας τότε καὶ τοὺς ἕλληνας κατάστασιν, quo in statu fuerint res Macedonicę & Græcorũ. Idem, ἤλυσιοί τὴν κατάστασιν ἐλάμβανον, locum ceperunt. ἀκαταστασία est ordinis turbatio & turbulentia. παράστασις uehementiã significat, et pręmium iudiciarium. παραστατικῶς, uehemẽter. Polyb. lib. 2. ἀλλ' ἀποθηριοῦσθαι τὸ τελευταῖον καὶ παραστατικὴν λαμβάνειν τὴν διάθεσιν: efferari tandem, & induere animũ immanem. ἀντιπαράστασις ad translationes rhetorum seu commutationes pertinet. περίστασις, facies, accessio, occasio. Polyb. lib. 1. διὰ τὴν περίστασιν τῶν ξανθίππου λόγων διαδοθέντων, accedente fama sermonũ Xanthippi. Idem τὴν εὐκαιρότητα τῆς περιστάσεως, occasionem dixit opportunitatis. Idem, ἐπιγενομένου δὲ χειμῶνος, καὶ περιστάσεως προφαινομένης ἐκ πελάγους ὁλοσχερεστέρας: cumq́ iam hyems superuenisset, & significationes de mari manifestæ accederent. περιεστῶτες, qui circumsistuntur. ἀπερίστατον autem ζήτημα, nuda est quæstio, quæ causam non habet: ut, Negat Imperator militi cõmeatum, neq́ dicit quamobrem. Hæc enim sunt tyrannica, non iudicialia, in quibus ualet pro ratione uolũtas. Non autem solum περιΐστασθαι cauere & uitare significat, & περιϊστάναι, circundare, sed deuoluere etiam. Demosth. πρὸς βοιωτ. περιϊστάναι τὰς αὐτοῦ συμφορὰς εἰς ἐμέ. Rhetorum περίστασιν, circunstantiam Fabius interpretatus fuit. Sunt autem περιστατικὰ ea, de quibus argumenta ducuntur: & numerantur sex, τόπος, χρόνος, τρόπος, πρόσωπον, αἰτία, πρᾶγμα. nam ὕλην rhetores non addũt. ἀντιπερίστασις in philosophia subitò in contrarium adactus sensus, ut cutis horror in aqua calida. Et ἀντιπεριΐσταται, Plutarch. αἰτίαις φυσικαῖς, ex Theophrasto, τοῦ ψυχροῦ τὸ θερμὸν ὑποχωροῦν ἀντιπεριΐσταται: frigido cedens calidum, rursum contrario modo resistit. Et in Problem. Aristot. de uẽtis, περιΐσταται τὸ ψυχρὸν εἴσω μᾶλλον, ὅταν ᾖ ἔξω τὸ θερμὸν μᾶλλον. Gaza, circumobsistit. σύστασις, conspiratio, Demosth. κατὰ στεφάνου. In Platonis Symposio est ἡ τῶν ὡρῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ σύστασις, constitutio temporum anni. Thucyd. β΄. κατὰ ξυστάσεις γιγνόμενοι, singilatim coeuntes. Xenophon de equis agitatis descensionem fieri non uult, παρὰ σύστασιν ἀνθρώπων, in cœtu hominum. Plato πολιτειῶν ἡ οὐδὲ ἡ τοιαύτη σύστασις τὸν ἅπαντα μενεῖ χρόνον, neq́ talis constitutio sempiterna est futura. Et Timæo, τῶν δὲ δὴ τεττάρων ἓν ὅλον ἕκαστον εἴληφεν ἡ τοῦ κόσμου σύστασις, mundi coagmentatio. ἀσύστατα sunt apud Rhetores, quæ non ueniũt in disceptationem, uel ubi causa non potest explicari: ut si fur furem furti accuset. Apud Musicos συστήματα sunt cantuum: & χοροί, σύστημα. Hoc nomẽ cœtum significat. Polyb. lib. 2. τίς οὐκ ἂν ἐφυλάξατο τὴν αὐτοῦ τοῦ συστήματος

ἐκείνου προειρημένην de copijs Gallicis. Et lib. 1. τῶν γινομένων ὅλης τάξεως τὸ σύστημα διὰ τὸ βάρος τῶν ἐφεστώτων ἕως τινὸς ἀδιάσπαστον ἔμενε: Copiæ tamen uniuersę ordines aliquantisper seruabant, & suum quisque locum tenebat: quòd agmen densum esset, & præcedentes urgerentur à sequentibus. προστασία, respectus, cura. Polyb. lib. 5. ἀντίοχος δὲ προσδεξάμενος τὴν πόλιν μετὰ τῆς ἁρμοζούσης ἐπιμελείας καὶ προστασίας: excepit illam, & curã eius gessit, ut decuit. ἀποστάσιον uocarunt libellum repudij. μετάστασις, mutatio. Soph. Antig. ἀλλ' εἶκε θυμῷ, καὶ μετάστασιν δίδου: cōcedere illum iracundiæ, & mutare quasi statum cogitationum iubet. Aristot. περὶ ζώων γενέσ. 5. μικραὶ μεταστάσεις μεγάλων αἴτιαι γίνονται: paruæ commotiones, causæ magnarum esse solent. Polyb. lib. 2. διὰ τὸ μὴ λιπεῖν τὰ χώραν εἰς ἀναχώρησιν καὶ μετάστασιν αὐτοῖς, ad recedendum & recipiendum se. μετάστασις, remotio criminis apud Rhetores. & μεταστατικόν, quod ad hanc pertinet. ἐπίστασις significat attentionem, ut cum insistitur tractationi alicui. Polyb. lib. 2. ἃ πάρεργως, ἀλλὰ μετὰ ἐπιστασίας θεωρητέον: hæc non prætereunda, sed diligenter consideranda sunt. Soph. Antigona, πολλὰς γὰρ ἔσχον φροντίδων ἐπιστάσεις, obstacula curarum. ὑποστάσεις sunt in ecclesia personæ diuinæ, res quæ sub captum rationis non cadunt, sed religione tantum fidei comprehenduntur: unius æterni Dei naturam, id est φύσιν, seu οὐσίαν, esse τρισυπόστατον, id est, habere tres personas, re uera ut sit in hac, & per se consistat, pater & filius & spiritus sanctus, unus Deus. Hoc nomine disertè uti cœperunt, turbantibus in Ecclesia, & impium dogma prodentibus Arianis, cuius usus fuerunt autores in primis Basilius & Gregorius. Significat autem certè ὑπόστασις etiam ueteribus philosophis id quod singularem & propriam habet rationem, & re ipsa, non specie consideratur: ut nubis est ὑπόστασις, sed arcus in nubibus ἔμφασις. sic speculi est ὑπόστασις, sed imaginis in speculo ἔμφασις. Notarunt quidam, alicubi hoc nomen Sophocli insidias significare, Menandro feces, id est ὑποστάθμην. ὑπόστημα Aristoteli περὶ πορείας ζώων, notat fulcimentum, quod et dicit ὑφιστὸς τὸ βάρος, id quod pondus fulcit ac sustinet. Eidem Problematis, εἰς τὴν κοιλίαν αὐτοῖς ἡ τοιαύτη συνθλίβεται ὑπόστασις, de excremento urinę. Et mox, γεώδη ὑποστήματα, feces quædam terreæ. Sunt & medicis in ipsa urina feces quædam subsidentes, & in illa conspicuæ, ὑποστάσεις. ἀπόστασις & ἀποστασία, defectus. & ἀπόστασις, interuallũ: ut ἐξ ἀποστάσεως aliquid contueri. Polyb. lib. 3. ταύτης δὲ δυνάμεως προέστηκεν τὰς δυνάμεις ἐν ἀποστάσει. Est & medicis tumor, qui & ἀπόστημα, quem interpretãtur abscessum. ἀντίστασις apud Rhetores erit comparatio. Hermogenes ita, γίνεται ἀντίστασις, ὅταν ὁμολογῶν ὁ φεύγων πεποιηκέναι τι ὡς ἀδίκημα, αὐτὸ ἰσχυρίζηται τὸ εὐεργέτημα μεῖζον δι' αὐτοῦ τοῦ ἀδικήματος γεγενημένον. Vt si in causa M. Aquilij non tantum opponeretur auaritiæ criminib. boni Imperatoris nomen, sed pecuniæ socijs ereptæ, ad usum reip. esse conuersæ, docerentur. διάστασις, diuisio. ut διαστάσεις συλλαβῶν: ut αἰγανέην, αἶγα νέην: hastã, & capram tenerã. Item interuallum, ut magnitudinis. Et corpus dicitur τριχῇ διαστατόν, quod sit altum, latum, densum. ἔνστασις, obstaculum, id est quod obstat: sicut & ἐνστάτης, qui resistit, aut opponit se. & ἐνστατικός, aduersator. & ἐνστατικόν. Dialecticis est ἔνστασις, obiectio contra argumentum, mutata conclusione. Vt si de prædictis inferatur, Ergo eruditi philosophia, sunt uiri boni, erit ἔνστασις ἐξ ἀντιφάσεως. Quidam non sunt boni, ut Alcibiades, & Critia. Apud Rhetores ἐνστάσεις & ἀντιπαραστάσεις ad μεταλήψεις pertinent. & est ἔνστασις uehementior, quę refutat simpliciter factum: ut, Non decet honestos iuuenes ornatus uarius, & lenocinium formæ. παράστασις est mitior: ut, Concedantur sanè & uiris munditiæ, ac liceat illis uti exquisitiore ornatu, talis tamen est inhonestus. ut uerbi causa, bracteolæ, torquium, & pictæ ac distinctæ uestes. Significat autem ἔνστασις, aduersationem, sicut uerbum apud Isocr. περὶ εἰρήνης. τάχ' ἂν οὖν τις ἐνσταίη τοῖς εἰρημένοις τολμήσειε λέγειν, obijcere fortè aliquis ausit. ἔκστασις, alienatio mentis: ut cum aliquis non est apud se, & cum humana cogitatio non consistit intra suos fines. In historia Apostolica cap. 10. ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν πέτρον ἔκστασις, Petri mens capitur contemplatione quadam rerum cœlestium.

Corpus

Corpus rectum eſt ὀρθὸν σῶμα, & ἑστηκώς. στήκετε, inquit Paulus, conſiſtite. Et conſtans ac ſtabile, βέβαιος & στερεός. Et ſtat, qui ualet ac uiget. Ad Att. lib. 6. Stante modò Pompeio. Et de imperio Maro,

— Dum res ſtetit Ilia regno. &,

Stat caſus renouare omnes. — &,

Stat ſua cuiq; dies. —

ἐρείσεται, hoc πίπτει, id eſt cadit. ὕπτιον, ſupinum. πρηνὴς, pronũ. πλάγιον, obliquum. Verbi autem πίπτειν eſt uſus multiplex in lingua græca. & ſunt πτώσεις ac πτώματα, caſus, & in uocabulis uariatio finis. Inde Grammaticis ἄπτωτα et πολύπτωτα, & figura ἀντίπτωσις, & ὁμοιόπτωτα, ſimiliter cadentia. & παραπτώματα, lapſus, id eſt errata. In nono περὶ νόμων inquit Plato, ὡς γὰρ ἐπὶ τοῦ νῦν παραπεπτωκότι λέγειν: ut ita loquar, quemadmodum nunc quidem fortè mentio incidit. Et συμπτώματα, acceſsiones fortuitæ, uel etiam neceſſariæ, ut in morbis. μετάπτωσις, fortuita commutatio. Eſt & πέσημα, lapſus ac ruina. Et ὀλισθεῖν caſum notat. & ὀλίσθημα, lapſus. & ἐξολισθεῖν, excidere. Sed de priore uerbo plura dicamus. πίπτει igitur id quod euertitur. Soph. Ἀντιγόνῃ, τὰ σκλήρ' ἄγαν φρονήματα, πίπτει μάλιστα, præfracti animi ruunt maximè, id eſt euertuntur. Et εἰς κακὸν πεσών, ibidem. Eurip. Phœniſs. ἐς τε βακχεῖον πεσών, uino obrutus. & πίπτει χιὼν, ac χάλαζα. Et, τὰ μεγάλα βαίνοντα σώματα πίπτει βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις, corruunt graui caſuum infelicitate. Ruit in lingua latina, qui cadit. & ruit, qui incitatur, ὁ ὁρμῶν. ut Κύρου παιδ. 4. οἱ δὲ πλεῖστοι εἰς φυγὴν ὥρμων, in fugam ruebant. Virgil. In peius ruere, id eſt cadere, & ferri. Cicero lib. 7. ad Attic. Ipſe me Cæſar ad pacem hortatur, ſed antiquiores literæ quàm ruere cœpit. Loquitur autem de impetu & celeritate Cæſaris. Ibidem: Vt bos armẽta, ſic ego bonos uiros, aut eos quicunq; dicentur boni, ſequar, etiã ſi ruent, id eſt, euertentur ac cadent. Et, ἀεὶ καλῶς πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι, cadunt teſſeræ. Harum eſt enim ῥῖψις, id eſt iactus. Et Latinis aliquid cadit bene, opportunè, δὲ καὶ κατὰ καιρὸν συμβαίνει. Et caſus, qui eſt euentus, ἡ τύχη. & caſu, κατὰ τύχην. ἀναπίπτειν, reſultationis et reflexionis, ſeu inclinationis ſignificationem hãbet. In Matthæo & Marco & Ioanne eſt ἀναπεσεῖν, accumbere. In Luca autem dicit Ieſus diſcipulis, κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα, iubete ut accumbãt quinquageni, uel quinquaginta ordinibus. Nam ut corpus erectum ſtat, ita κάμπτεται ſedendo, id eſt flectitur: & ἀνακλίνεται ac κατακλίνεται cubando. Homero quidem κλισία tabernaculum eſt, ſed ad ædiũ ſimilitudinem extructum, cum σκηνὴ etiam tentorium ſit. Deſcriptio hoc demonſtrat tabernaculi Achillis, ιλ. ω. Hanc eſſe ἀπὸ τῆς κλίσεως puto, id eſt, ubi iam acquieſcere poſsit aliquis. Et κλισμὸς eſt ſolium. κλίσιον, caſam ruſticam, aut caulam interpretantur. Ὀδυσ. ω.

ἔνθα οἱ οἶκος ἔην, περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντῃ.

Pollux lib. 4. κλίσιον, inquit, in comœdia prope domum apponitur, indicante uelo. Hoc eſt ſtabulum iumentorum, & ianuæ huius maiores uidentur, quæ ſunt κλισιάδες, qua & plauſtra & onuſta iumenta agi poſsint. In quadã fabula Antiphanis, cui nomen ἀκέστριαι, quaſi ſutrices dicas, taberna quædam κλίσιον eſſe cœpit, cum antè fuiſſet boũ ruſticorum ſtabulum, & aſinorum. κλισιάδες tamen ſunt Herodoto tabernacula. Veteres quidem cibũ capiebant ſedentes, ut Homerici heroes ιλ. ι. ἕσσαν δ' ἐν κλισμοῖσιν. & mox,

αὐτὸς δ' ἀντίον ἷζεν Ὀδυσσῆος θείοιο.

Et in Athenæi epitoma libri primi legitur, quòd apud Macedones κατακλίνεσθαι ἐν δείπνῳ, id eſt, accũbere ad capiendum cibum, nemini conceſſum fuerit, εἰ μή τις ἔξω λίνων ὗν κεντήσειεν, id eſt, niſi aprum confixiſſet non irretitum: & Caſſandrum triginta annos natum, adhuc ſedentem cum patre cibũ cepiſſe, quòd legi illi nondum ſatisfacere potuiſſet. Ibidem docetur, ἀναπίπτειν uerbo autores Græcæ linguæ non eſſe uſos in ſignificatione accubitus ad menſam, ſed conſternationis & reclinationis: itemq; ἀνακεῖσθαι conſecrationem & collocationẽ notare, ut ſtatuæ. Et tamen mox utriuſque uerbi in hac etiã ſignificatione uſus, de Xenophonte & Comicis probat. Nam apud Eurip. Cyclope, ἀνέπεσε, φάρυγος αἰθέρ' ἐξανεὶς βαρύν. ſignificat uerbum, illum cibo refertũ ita procubuiſſe, & emiſiſſe grauem anhelitum. Pleriq; tamen

de accubitu, κατακεῖσθαι uerbo uſi fuerũt, & κατακλίνεσθαι, quod eſt in Veſpis Ariſtoph. Hinc κλίνη, ſponda, ſeu lectulus. Et οἶκος δίκλινος, biclinium, in Bachid. Plaut. Et τρίκλινος, triclinium, quæ erat uſitata inſtructio conuiuij. Sed & πεντάκλινος, & ἑπτάκλινος, & τριακοντάκλινος, reprehenſus in quinto Sympoſiacorum Plutarchi. Etiam medici ſunt κλινικοί, ἀπὸ τῶν κλινῶν, id eſt lectis, in quibus ægroti decumbunt: ij nimirum qui ueniunt ad hos, ut curẽt. Sed redeamus ad uerbum πίπτω. Xenoph. ἀναβάσεως δ'. ὡς δὲ αὐτοὶ συνεπεπτώκεσαν, cum ille ædes corruiſſent. Et Hippocrati ſunt κρόταφοι συμπεπτωκότες, depreſſa ſeu deiecta tempora. Herodot. τερψιχόρῃ, ἀγωνιζόμενος στάδιον ξυνέπεσε περὶ πρῶτον. συμπίπτειν ἐς μάχην, id eſt, συμπίπτοντας μάχεσθαι, prælium committere. & ξυμπίπτειν, τὸ συμβαίνειν. & σύμπτωμα, quod eſt commemoratum. Ariſtoph. θεσμοφορ. ἤν μοι τι περιπίπτῃ κακόν, ſi quid mali oblatum mihi fuerit. Thucyd. 8. περιέπιπτον αὐτοῖς, inciderũt in ipſos. Demoſth. κατὰ κόνωνος, περιπίπτοντι τοῖς ἀσελγαίνουσι, qui in petulantes inciderit. Demoſt. πρὸς καλλικλέα, διότι τὸ ἐκ τῆς ὁδοῦ ῥέον ὕδωρ εἰς τὸ τούτου χωρίον εἰσέπιπτε, in huius fundum delata fuit aqua. Thucyd. lib. 8. καὶ θρασύτατα προσπεσόντες τὸν μισθὸν ἀπῄτουν: audaciſsimè inferebãt ſe, & ſtipendium poſtulabant. Ariſt. ἐκκλησιαζούσαις, αἱ δὲ γυναῖκες κατὰ τὰς ὁδοὺς προσπίπτουσαι τοῖς ἀπὸ δείπνου, occurrẽtes per uias de cœna redeuntibus. Demoſth. κατὰ κόνωνος, τῷ φανοστράτῳ προσέπιπτε, irruit in Phanoſtratum. Xenophon κύρου παιδ. δ. ἱκέτης προσπίπτω, ſupplex proſternor. Ariſtophan. πλούτῳ, ὁ τιμόθεω δὲ πύργος ἐμπέσοι γέ σοι, irruat in te turris. ἑλλην. α'. Xenoph. ὁ ἐν περιέδῃ πρησῆρος ἐμπεσόντος, fulmine tacta conflagrauit ædes Mineruæ. Hippocrati, ἐμπίπτουσι et ἐκπίπτουσιν ἄρθρα, id eſt, luxantur artus, & reponuntur. ὑποπίπτειν, ſubmittere ſe. Canes ὑποπίπτουσιν εἰωθότας, notos & familiares: id eſt, his adulantur, apud Philoſtratũ. Sed Demoſth. κατὰ στεφάνου α'. τοῖς δὲ τοιούτοις ἐθέλοντὴς ὑποπίπτει, talibus ſe uolẽs ſubmittit. ἐκπίπτει χρησμός, id eſt, oraculum editur. μεταπίπτειν, relabi. Plato Theæteto, νῦν δ' αὖ τοὐναντίον ταχὺ μεταπέπτωκε, recurrit. Iſocrat. πρὸς Φίλιππ. τοσοῦτο μεταπεπτωκότων, adeò mutati fuerunt. διαπίπτειν, fruſtrari. διαπίπτειν, perrumpere. Placet quibuſdam, hinc etiã duci διοπετής, de cœlo lapſum. προπετὴς eſt petulans, & procliuis, apud Hippocratem quaſi prociduus, προγυναικῶν, εἰ δὲ καὶ προπετὴς γένοιτο, καὶ καταῤῥέοι ἀπὸ τῆς κλίνης: ſin & hoc accidat, ut procidat ac defluat de lecto. Et προπέτεια, petulantia. Xenoph. κύρου παιδ. 4. εὐπετῶς αὐτῶν κρατῆσαι ἄν, facilè abſq; negocio. & εὐπετής, facilis. & εὐπέτεια, facilitas. Herodoto copia, τερψιχόρῃ, τῶν δὲ γυναικῶν πολλὴ δέῃ ἐν ὑμῖν εὐπετείη: ut copia harum uobis fiat, omnino penes uos eſt. περιπέτεια, caſus. & περιπετὴς ἔγχος, Aiace, in quod ille incubuerat. Antigona,

τὸν δ' ἀμφὶ μέσσῃ περιπετῆ προσκείμενον.

Narrat Hæmona circumfuſum Antigonæ, & complexum illam, ita in tumulo repertum fuiſſe. κλινοπετής, affixus lecto, qui & κλινήρης. ἕρπειν eſt illud quidem, ſicut & ῥέπειν, propriè beſtiarum quæ pedibus carent. unde ἑρπετὰ Græcis, & Plauto proſerpens beſtia, & ſerpens ſimpliciter. Nam ἕρπω, mutato ſpiritu in literam ſ, factum fuit ſerpo. Serpit autem & ulcus, qui ſunt ἕρπητες. Et repunt homines. ut Horat.

—Et quos
Nunquam erepſemus, niſi nos uicina Triuici
Villa recepiſſet. —

Et Theocritus,

ὡς χρόνος αἰνικ' ἐγώ τε καὶ Εὔκριτος ἐς τὸν ἄλεντα
εἵρπομες ἐκ πόλιος. —

Ariſtoteli τὰ παιδία ἕρπουσι, repunt humi. Galeno ἕρπουσι γαλαῖ καὶ μύες, & ἰλυσπῶνται ὄφεις: repũt feles & mures, & ſerpunt angues. ἀναῤῥιχᾶσθαι, quo uerbo & Ariſtoph. uſus eſt ἐρπύειν, ſcandere ſurſum recta ſignificat, ut ſcalis. aut quemadmodum nautæ malum ſcandunt, prehenſantes manibus & pedibus adminicula. ἰλυσπᾶσθαι autem χωρεῖν Ariſtoteles dicit γῆς ἔντερα καὶ βδέλλας, ταῦτα μὲν γὰρ τῷ ἡγουμένῳ προέρχεται, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα ἐπάγει πρὸς αὐτὸ συνάγουσι: lumbrici & hirudines priore parte corporis procedunt, reliquam ponè attrahunt. τρίβος eſt & ipſa uia, callẽ interpretari poſſumus. Sic uocarunt loca trita à uiatoribus, τετριμμένα χωρία ὑπὸ τῶν ὁδοιπορούντων. Et Hippocrati, τρίβον λαβεῖν, aſſueſcere & inueteraſcere, περὶ ἀρθρῶν. τρίβος etiam ὁδὸν notat, hæc eſt ſe-

est semita Xenoph. Κύρου παιδ. 4. στίβον τινὰ ἐπιπλανῶντο, aberrabant semita quadam. Apud Plutarchum αἰτίαις φυσικαῖς quæritur, διὰ τί τὰ δρόσιμον γιγνόμενα διὰ τῆς ψύχους δυσίχνευτον, quare non facilè obseruari possint uestigia in gelidiusculo rore. Sicut autē ὀρθῶς ἵστανται, qui sunt membris integris, & ὀρθῶς βαδίζουσι, id est, consistunt & ingrediuntur recti: ita uitiati, id est διεστραμμένοι, sunt loripedes. Loripedi enim rectum Horatius opponit,

Loripedem rectus derideat. —

Sed de his mox: lubet enim prius percurrere præcipua uocabula ἐν τῷ περὶ πορείας ζώων Aristotelis. Ibi igitur docetur, διαστάσεις τῶν μεγεθῶν esse numero sex, sed comprehensione tres. Hæc sunt spacia quædam magnitudinis. Primùm ἄνω καὶ κάτω, suprà & infrà. Deinde ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν, antè & pòst, seu à fronte & à tergo. Tertiò τὸ δεξιὸν καὶ ἀριστερόν, dextrum & sinistrum, seu læuum. In secundo autem de Cœlo, τὸ ἄνω καὶ κάτω dicit esse μῆκος: δεξιὸν καὶ ἀριστερόν, πλάτος: ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν, βάθος. Est autē ingressio motus, quo animantis membra locum mutant. Nam si semel toto corpore hæc fiat mutatio, saltus hic erit, non gressus. Huius motus sunt causæ duæ: una impulsionis, hæc est ὦσις: attractionis altera, hæc ἕλξις est. Progressionis autē omnis ratio continetur illis spacijs magnitudinum, ad quæ accommodari necesse est interualla, seu διαστάσεις, ad cōsentaneum modum, tam opposita, quæ sunt ἀντίστοιχα partiū in corpore, ut dextra sinistris: quàm σύστοιχα, id est in una serie: ut dextra, & contra hæc sinistra. Itaque omnia quibus multi pedes sunt, ἀντιστοίχοις βαδίζουσι & ἐναλλὰξ, id est, oppositis uicissim pedibus in gradiēdo nitūtur: quod si non fiat, necesse est corpus καταπίπτειν ἐπὶ θάτερα μᾶλλον, id est, deprimi in alterum magis latus. id quod in ijs, quibus sunt ualde multi pedes, nō facilè animaduertitur, quæ etiam imparibus numero pedibus possunt procedere, etsi partem pede deficientē non procedere, sed trahi uerū est. γίνεται γὰρ τούτοις οἷον ἐφόλκιον τὸ πεπηρωμένον μόριον τοῖς ἄλλοις, ἀλλ᾽ οὐ βάδισις. Corporis autem est κάμψις, inflexio, seu incuruatio. & ἔκτασις, erectio, seu directio. ut qui ingreditur, necessariò inflectit se, incuruando id membrum, quod consistens sustinuerat molem corporis. Stantis igitur, καὶ ἐξαίροντος, id est attollentis sese, altior est facies. De ijs quæ repunt, est & ipsis subtilior Aristotelis distinctio. Nam κυμαίνοντα uocat ea, quæ uel deorsum, ut serpentes: uel sursum, ut καμπαὶ, id est erucæ, quasi fluctuando procedunt, & hanc ille uocat κύμανσιν. ἰλύσπασιν, id est reptationē, attribuit, ut dictum est, hirudini & lumbricis. Fiunt autem κάμψεις, id est flexus artuum, ἐπὶ τὸ κοῖλον καὶ ἐπὶ τὸ κυρτόν, cauam partem, et gibbum uersus: ut brachia flectūtur ἐπὶ τὸ κοῖλον, crura ἐπὶ τὸ κυρτόν. Sed redeat expositio, unde discessit. Βλαισοὶ dicūtur, & ῥαιβοί, distortis et prauis cruribus, et quibus genua ac tibiæ conuersæ sunt. Aristoteles nomine βλαισότητος, & uerbo βλαισοῦσθαι usus est. Eidem sunt ὑποβλαίσα, ea animalia, quibus exanguibus pedes sunt, subintorta. Et ita ingredi hæc ait, ut necesse sit βεβλαισῶσθαι, καὶ εἰς τὸ πλάγιον ἔχειν τὰς καμπάς, id est, contorta esse cruscula, & obliquari flexus. ἡ τε βλαισότης αὐτῶν, inquit, ἐστὶ, διὰ τὸ τρωγλοδυτικὰ εἶναι. Intorsio idonea est ad cauernulas subeundas, quod ait fieri à plerisque huius generis. Galenus in libris de Caussis morborum sic ait, καλῶ δὲ βλαισὸν μὲν τὸ ἐπὶ τὸ ἐκτὸς ῥέπον, ῥαιβὸν δὲ τὸ ἐπὶ τοὐναντία. detorta et intorta fortasse dicere possumus. Et Xenophōti sunt equi βλαισοί. quod uitium est tale, ut interius atterantur pedes, quando gradiuntur ac procurrunt. Claudicare est σκάζειν. & uersus σκάζων, qui numeris suis non perficitur, quales sunt χωλίαμβοι. ut Martialis,

Apollinarem conueni meum scazon.

Sed & κυλλὸν claudum esse uolunt: unde Vulcanus κυλλοποδίων, apud Homerū. Latinis loripes, ut diximus. Sed κυλλὸν de manu etiam dixere, ut χωλὸν de pede. Hippocrati etiā est οὖς κυλλὸν, περὶ ἀγμῶν, id est auris praua. & κυλλοῦμενον, id est detorta, eidem. Et κύλλωσις, contraria τῇ βλαισώσει, ut ait Galenus. ἀπὸ τοῦ χωλοῦ est ἐγκρόχωλος, succlaudicans. & uerbum χωλεύειν, claudicare, quod trāsfertur ad deficientia. Galenus συμπτωμάτων δ. τὸ χωλεῦον τοῦ αὐτοῦ τοῦ λόγου, qua parte claudicat disputatio. Et Plutarchus Cimone, μήτε τὴν Ἑλλάδα χωλήν, μήτε τὴν πόλιν

ἑτερό-

ἑτερόζυγα περὶ δὲ ἓν γεγενημένην: Ne paterentur, ut aut claudicaret Græcia, aut in alteram partem ciuitas deprimeretur. Verbo χωλαίνειν usus est Nazanzenus oratione εἰς τὴν κοινὴν λειτουργίαν, μέχρι τίνος ἐπ' ἀμφοτέραις χωλανεῖς ἰγνύαις, quousque claudicabis utroque poplite? Et Hippocrati est χώλωσμα, claudicatio. & χώλωμα, ἡ πήρωσις. πηρὸς & ἀνάπηρος, uitiosus. Et ἀνάπηρα θύειν ἑκάστοτε, in Alcibiade posteriore, uitiatas hostias. πηρῶσαι, lædere, seu truncare. Aristoph. βατράχοις,

— κἄν τι πηρώσω γέ σοι

τὸν παῖδα τύπτων, τἀργύριόν σοι κείσεται.

Ait se uelle precium serui persoluere, si uerberando aliquam partem corporis corruperit. Aristoteles ζώων γενέσεως β'. ὥσπερ γὰρ καὶ ἐκ πεπηρωμένων ὁτὲ μὲν γίνεται πεπηρωμένα, ὁτὲ δ' οὔ· οὕτως ἐκ θήλεος ὁτὲ μὲν θῆλυ, ὁτὲ δ' οὔ, ἀλλ' ἄῤῥεν. τὸ γὰρ θῆλυ ὥσπερ ἄῤῥεν ἐστὶ πεπηρωμένον: Quemadmodum ex uitiatis interdum uitiata nascuntur, interdum non nascuntur: sic ex fœmina interdum fœmina nascitur, interdum non nascitur fœmina, sed mas. nam fœmina perinde est ut mas uitiatus πήρωσις, corruptio. νόμων θ'. τραύματα δὲ καὶ πηρώσεις ἐκ τραυμάτων: uulnera, & ex uulneribus corruptio. Et iam quod in lege Romana est, ruperit, Iurisconsulti interpretati fuere, corruperit. Aristoteles etiam πηρώσεις & μεταβολὰς internarum partium esse ait, περὶ γενέσεως δ'. id est, cōmutationes & detrimenta, ut Gaza. In epigrammate de Epicteto Stoico, γενόμην δ' αὐτὲ σώματι πηρὸς, id est ἀνάπηρος, uitiatus. Et in alio, πηρὸς ὁ μὲν γυίοις, ὁ δ' ἄρ' ὄμμασιν: uitiatus alter pedibus, alter oculis. Et Hippocrati est, ἐμπηρόν τι τοῦ σώματος. In epigrāmate Laertij de Theophrasto, est ἄπηρος, illæsus: & πηρομελὴς, cui essent mēbra uitiata. Dixere has βλάβας & λώβας: etsi λώβην propriè aurium esse morbum aliqui uolunt. Dicitur & βλάβος, & σίνος, exterior alicuius in corpore partis læsio: sicut totius & interna, πάθος. διαστροφαὶ, peruersiones, siue distorsiones. ἄγματα & κατάγματα, fractiones. ἐκπτώσεις, luxationes, de quibus aliàs. κόλον & κολοβὸν, mutilum & truncatum. Et κόλον δόρυ, truncata hasta, ιλ. π'. Et Theocritus βουκολιασταῖς, de hirco, ut interpretati fuere, ἰδ' ὁ κόλε. Ibidem dixit, ἄγε τὰ κύλαν, id est, ut interpretibus placet, mutilam, seu ἄκερων. Ducunt hinc & βουκόλον, bubulcum. et κόλαφον, qui Atticis est κόνδυλος, ἀπὸ τοῦ κόλου τῆς ἀφῆς. & ἀκόλους Homericos, ὀδυσσ. ρ'. frustula cibaria. κεκολοβωμένα μορία, partes mutilatæ, Arist. περὶ ζώων γενέσεως δ'. Apud Athenæum ex Theopompo, σκευῶν κολοβῶν fit mentio, quæ erunt fracta & uitiata utensilia. Est & ἔντερον κόλον, cuius uermina κωλικῆς νόσου nomine indicantur. Et Athenæus lib. 6. κόλακα hinc ducit: & κοιλίαν, aluum: & δύσκολον, morosum. & ait κόλον significationem habere cibi. Et uerba κολᾶν, turbare. & δυσκολαίνειν, indignari. Aristophan. λυσιστράτῃ, δυσκολαίνει πρὸς ἐμὲ, καὶ βρενθύεται. Et κολῳός, tumultus. & κολοιὸς, monedula. & κόλουρα, pecora sine cauda, quæ τὴν οὐρὰν non habebāt. & κόλουροι, circuli in globo mundi, ut diximus. κολοβοὺς etiam pumiliones uocarunt. κυρτοὶ & κυφοὶ, gibberi sunt, seu gibbosi. unde κύφωσις, quæ & κύρτωσις, gibbus. Iidem ὑβοὶ, Hippocrati & Theocrito. Hi sunt, quibus spina incuruatur, ut dorsum quasi exaggeretur. Sed λορδοὶ, unde λόρδωσις, cum spina deprimitur ut in dorso repando quasi lacuna fiat. Et Hippocrates λορδὸν τράχηλον, reflexum collum dixit. Sic Galenus in tertio commentario περὶ ἄρθρων Hippocratis. Alij sic distinxere, λορδωσιν esse in corpore aduerso, ὕβωσιν ceruicis, dorsi κύρτωσιν. Theocriti uersus est ἐν ὁδοιπόροις,

μὴ βάλλειν κείνῳ πυγίσματος ὑβὸν παφάνας.

Aristot. περὶ ζώων πορείας, ὥσπερ γὰρ οἱ μακροὶ τῶν ἀνθρώπων λορδοὶ βαδίζουσι καὶ τοῦ δεξιοῦ ὤμου εἰς τὸ πρόσθεν ὑγρομένου τὸ ἀριστερὸν ἰσχίον εἰς τὸ ὄπισθεν μᾶλλον ἐγκλίνει, καὶ τὸ μέσον κοῖλον γίνεται καὶ λορδόν, οὕτω δεῖ νοεῖν καὶ τοὺς ὄφεις κινουμένους ἐπὶ τῆς γῆς λορδοῖς σημείοις. Hæc quomodo alij interpretati sint, de uersionibus ipsorū, qui uolet, requirat. Nostram autem etiam subijciemus: Vt homines proceræ staturæ ingrediendo fluctuant, & dum humerus dexter præmittitur, fit ut læua coxa magis retro flectatur, & medium cauum ac fluctuans reddatur: sic cogitandum est, & serpentes reptare humi fluctuando. Hęc enim sinuationis puncta, λορδὲ uocat. Galeni uerba sunt, τρία ταῦτα πάθη κατὰ τὴν ῥάχιν ἐν ταῖς τῶν σφονδύλων γίνεται μεταστάσεσι,

σιν, κύφωσις, λόρδωσις, καὶ σκολίωσις. ὀπίσω μὲν ἀναχωρούντων κύφωσις, εἰς τὰ πρόσω δὲ ἰόντων ἡ λόρδωσις, ἐπὶ δὲ τὸ πλάγιον ἐκτρεπομένων ἡ σκολίωσις. Apud Hippocratem ὁ κῦφος & κύφωμα legitur, cui erit simile κύρτωμα, itemq́ λόρδωμα. Et uerba sunt κυφοῦσθαι & κυρτοῦσθαι, incuruari. & λορδαίνειν ac λορδοῦν, inflectere se. & λορδούμενοι, repandi & inflexi. Et σκολιαίνεται ῥάχις, Hippocrati, id est διαστρέφεται, hoc est distorquetur. Et apud eundem est ὕβωμα, gibbus. κυρτοῦται etiã κῦμα, & dicitur hoc κυρτὸν: id est, attolluntur fluctus, & est undabundum mare. κύφων autem & collare, ut Plautus & Lucilius: & prouerbiali metaphora, sceleratus ac improbus, id est carcer: sicut λοιμὸς, pestis, id est pestilens. Illum etiam γυρὸν ἐν ὤμοισιν, Odysse. τ. non uitiatũ, καὶ κυφὸν, ut senecta ætate, sed humeris extantibus & teretibus insignem in modũ, quidam acceperunt. Sunt autem corporum μεγέθη, id est staturæ, alia μικρὰ, alia μακρὰ. & παμμεγέθη, ingentia. κολοσσαῖα, γιγαντώδη. Est autem propriè μῆκος, altitudo in corporib. humanis, à uertice ad calcem. & πλάτος, latitudo intra latera, dextrũ & sinistrum. & βάθος, densitas, antè & pòst. κίνησις est motus in parte nõ enecta. & κινητὸν, mobile. & κινητικὸν, motionis efficiens. & αὐτοκίνητος ψυχὴ, animus ipse sibi autor motionis, secundũ Platonem. & ἀκατάπαυστος οὐρανὸς, infinitæ motionis. πυκνοκίνητον, quod crebrò mouet. Hic dictus est κιγκλισμός. κινεῖσθαι etiam obscœnũ fuit uerbum apud Atticos. Et Aristoph. Thesmophor. δικινεῖσθαι ἰωνικῶς. ἀκίνητον, immobile. Est & ἐντελέχεια, seu ἐνδελέχεια, motio, id est perennis fluxus, quod & ἀέναον dixere. σχήματα sunt figuræ: ut Geometris τρίγωνον, τετράγωνον, ἰσόπλευρον, ὀρθογώνιον, & cætera. Est σχῆμα ὀρθὸν, figura recta. Et transfert nomen in utraq; lingua, ad uera & integra & honesta. Sophoc. Antig. ὀρθὸν ἡ ἀλήθεια ἀεί: Semper id rectum est, quod uerũ est. Et, τοῖς φίλοις ὀρθῶς φίλη, planè. Et Oedipo tyran. κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα, si rectè procedant, seu feliciter succedant. Et ὀρθοὶ, erecti, id est suspensi animis. Hæc est enim figura perculsorum, & attendentium, & obstupescentium. Et πόλις ὀρθή. Polyb. lib. 3. ὀρθὴ καὶ περίφοβος ἦν ἡ πόλις, ciuitas erat suspensa in metu. Et ὀρθὴ πόλις, stans. & νόμος ὄρθιος, modi fidicini incitati. & ὄρθια, altè, Ιλ. λ'. & ὀρθίη φλὲψ, Hippocrati. & ὀρθοῦν, erigere. Soph. Antig. ἡνίκ' Οἰδίπους ὤρθου πόλιν, cum Oedipus ciuitatem erexit, id est recreauit, oppressam scilicet uiolentia monstri. Et Oedipo Colonæo, γέροντα δ' ὀρθοῦν φλαῦρον ὃς νέος πέσῃ. Nihil ait esse, senem erigere, qui adolescentia collapsus sit. Et rursum Antig. τὸν σὸν δ' ἐξόρθου βίον, tuam uitã erige: id est, stabili & confirma. ἀνορθοῦν, instaurare. & ἐπανορθοῦσθαι, corrigere. ut Terentius: Quod peccatum à nobis ortum est, corrigo. Demosth. κατὰ Διονυσοδώρου, ἐπανορθούμενοι τὸ ἀκούσιον σύμπτωμα, νῦν δὲ οὐχ ὅπως ἐπηνωρθώσαντο: corrigẽtes casum fortuitum, nunc autem tantum abest ut correxerint. κατορθοῦν, perficere. & κατόρθωμα, Stoicorum perfectum officium, seu rectum. Et in historia Apostolica Lucæ, πολλῶν κατορθωμάτων γινομένων, cum multa preclarè administrentur, uel cum multa in meliorem formam redigantur. διορθοῦν, quo frequenter uerbo & in media uoce usi fuerũt, corrigere. & ἐπιδιορθοῦν, idem. Medicis est ὀρθοκύλλον, ut Galenus docet comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων, membrum ita deprauatum, ut flecti nequeat. quod in digitis sæpe accidit: & quomodo accidat, à Galeno demonstratur. Est & εὐθὺ & ἰθὺ, directum. & ἰθυτενὴς, ad amussim directũ. & ἰθὺ σχῆμα, est ὀρθὸν Hippocrati Et eiusdem est ἰθυωρίη, & ἶξις, & ἰθυωρίη, directio. eademq́ & ἴθυνσις. Et uerbum ἰθύνειν, id est εὐθύνειν, dirigere. Et Hippocrati, ἐξιθυντηρίων, extendi & dirigi. & ἀπευθῦναι, extendere & dirigere. Hinc illa cõposita de spina, ῥάχις ἰθυσκόλιος, in directione curua. & ἰθυλόρδη, in directione repanda, post præcordia. Et inde ad ceruicem ἰθυκύφη, id est, in directione gibbosa. Quod εὐθὺ & ὀρθὸν est, οὔτε τῇ οὔτε τῇ ῥέπει, id est, neq; huc uergit, neq; illuc. Vnde & ἄνθρωπος ὀρθὸς, erectus. & ὀρθότης, erectio, in primo ἀπομνημονευμάτων Xenophontis. Platoni autem est ὀρθότης ὀνομάτων, ueritas nominum. Et ὀρθὴ γωνία, est norma. ῥέπει autem τι, id est uergit, seu tendit, seu fertur aliquid. Et διαρρίπτουσιν ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις, Hippocrati, qui propter alterius pedis uitiũ, nunc in hanc, nunc in alteram partem

H corpus

corpus iactare coguntur ingrediendo: ut ij, quorum est incessus firmus, quiq́, secundum Plautum, gradus grandiunt, sunt eidem πηδοροβάται, id est, qui calces figunt in solo: uel etiam πηδορνοπάται. ut calceamenta quædam πηλοβατίδας, seu πηλοπατίδας, uel à transeundo, uel calcando luto. Sed quib. pedes uitiati sunt, ij nitendo, & digitis insistendo, ita claudicando pergunt. Etsi aliqui etiam malè ingrediuntur, propter planiciem plantæ, qui, ut dictum est, sunt Planci, & Græcis λειόποδες. Sed redeamus ad χήματα. ῥοπὴ significat inclinationem: ea est κλίσις, & momentum. Demosth. πρὸς ὑπὲρ σοῦ λῶ Φιλίππε, ῥοπὴν ἔχει τινὰ καὶ χρῆσιν: momenti habet aliquid, & usum quendam. Aristotel. β. περὶ ῥητορικῆς, μεγάλην αὖ ἔχοι ῥοπὴν εἰς πίστιν, multum momenti ad fidem faciendã habere posit. Idẽ νικομαχείων α. ἔχει τι βάρος καὶ ῥοπὴν πρὸς τὸν βίον, pondus quoddam & momẽtum habent ad uitã. Hinc sunt χημάτων uocabula, ἰσόῤῥοπον, quod æqualitatẽ, id est ἰσοβαρὲς, & ἰσοστάσιον, idem pondus significat, æquilibrium aliqui uocarũt. Et ἰσόῤῥοπον, quod in neutram partem deprimitur, seu tendit: ut ἰσόῤῥοπος ῥὶς, Hippocrati, nasus depressus, non detortus. ἀντίῤῥοπον significat interdum quasi ἰσόῤῥοπον: ut ἀντίστροφον, ἰσόστροφον: sed intelligitur tamẽ de ijs quæ contra se ponuntur. Itaq́ cum Aristoteles scripsit, ῥητορικὴν ἀντίστροφον εἶν τῇ διαλεκτικῇ: Cicero Oratore uertit, illam artem quasi ex altera parte respõdere Dialecticæ. Sed χῆμα ἀντίῤῥοπον est gestus seu situs cõtrarius. & ἀντιῤῥοπεῖ, atq́ ἀντιῤῥοπεῖν, Hippocrati. ἀντίῤῥοπον est, uerbi causa, si uena rupta sit in brachio, non demittere lacertum, sed erigere. ἑτερόῤῥοπον, quod in alteram partem uergit aut labitur. Idem est & ἑτεροκλινές. ἀνάῤῥοπον, sursum: κατάῤῥοπον, deorsum tendens. ἄναντα & κάταντα sunt Homero ιλ. ψ. ἀνωφορῆ & κατωφορῆ, id est, accliuia & decliuia. & πάραντα, obliqua & deuia. & δόχμια, transuersa. Est autem χῆμα κατὰ φύσιν, habitus & figura naturalis. παρὰ φύσιν, detorsionem & deprauationem notat. ὕπτιον, ut diximus, est supinum. πρηνὲς, pronum. πλάγιον, obliquum. ἐγκάρσιον, transuersum. λοξὸν, deflexum. σιμὸν, depressum & repandũ. De his autem Galenus ita ὑγιεινῶν β΄. καλῶ δὲ ἐγκάρσιον μὲν τὸ ἐναντίον τῷ ὀρθῷ. σιμὸν δὲ τὸ βραχὺ τοῦτο περιεγκλίνον ἐφ᾽ ἑκάτερα. καθάπερ γε καὶ τὸ τῷ εὐθυτενεῖ ἑκατέρωσε πρὸς ὀλίγον ἐκτρεπόμενον, ὀνομάζω πλάγιον. ὅσον δὲ ἀκριβῶς μέσον ἐστὶν εὐθείας τε καὶ ἐγκαρσίας φορᾶς λοξὸν προσαγορεύω: Voco autem transuersum quidem, id quod recto est contrarium: simum uerò, id quod paulum utrinq́ deflectitur. quemadmodum & rectum, in utramuis partem nõnihil abductum, nomino obliquum. Quod autẽ exactè mediũ est, rectæ & transuersæ progressionis, id appello deflexũ. Nominarunt tamen Astrologi, deflexionis solaris circulum λοξὸν, cum non sit exactè hic medius intra rectam conuersionẽ & transuersam, sed partibus paucioribus 42. tantum ab æquinoctiali deflectatur. Hanc Plato figuram esse scripsit in Timæo literæ X Cicero decussẽ fecit. Quę tamen proprie est λοξότης Galeni, id est quadrãtis dimidiatio. ut sit circulus α β γ δ, circũ centrum ε. & ὀρθὴ, quam εὐθεῖαν φορὰν Galenus nominat α γ designans æquinoctialẽ, & transuersa β δ finientem designans sphæræ rectæ. Erit deflexio signiferi, ut ζ η. Latus τετραγώνου ἐγγραφομένου inscripti in circulum α β γ δ. Hoc est enim interuallum ὡσίγγιος



ἀσύγγισα, intra uertices mundi & signiferi. Decussatio autẽ esset propriè θ κ. λ μ. Sed hæc attigisse hactenus satis fuerit. σκολιὸν est, quicquid non seruat æquabilitatem, neq; rectum est, sed tortum & sinuosum. Hinc σκολιὸς, uersutus dicitur, & malignus, ac fraudulentus, & ueterator. & σκολιαὶ ἀπάται Pindaro, uersuta malitia. & σκολιαὶ δίκαι, prauæ sententiæ in iudicijs. & σκολιὰ, carmina in conuiuijs. σχῆμα ἀνακαμπτόμενον, est flexum. ἐκτεταμένον, extensum. ἐγκεκλιμένον, inclinatũ. διεστραμμένον, distortum. Est & σχῆμα, ὀξὺ, quod fastigiatur. & ἀμβλὺ, obtusum, seu hebes. σφαιροειδὲς & κυκλοειδὲς, teres & rotundũ & globosum, ut circuli & orbis. γωνιῶδες & ἐγγώνιον, cum angulis, quale est quincuncis. Xenophon Oeconomico, ἐπεὶ δὲ ἐθαύμαζεν αὐτὸν ὁ Λύσανδρος ὡς καλὰ μὲν τὰ δένδρα εἴη, δι' ἴσου δὲ τὰ πεφυτευμένα, ὀρθοὶ δὲ οἱ στίχοι τῶν δένδρων, ἐγγώνια δὲ πάντα καλῶς εἴη. Cicero de Senectute: Cum autem miraretur Lysander & proceritatem arborum, & directos in quincuncem ordines. Est autem quincunx, dimidium decussis, is erit angulus normalis. Alicubi reperitur græcũ εὐγώνια, sed ἐγγώνια puto uerum esse. In orbe est κοῖλον, cauum, Virgilio etiam cõuexum: ut lib. 4.

— Tædet cœli conuexa tueri.

Et κυρτὸν, gibbus. καμπύλον, curuum. Et ῥοϐοειδὲς, seu ῥοπαλοειδὲς, nam Galenus de scriptura dubitat, leniter inflexum, sicut superior pars scipionum. Theocrito ῥοικὸν est, θαλυσίοις,

— ῥοικὰν δ' εἶχεν ἀγριελαίω
δεξιτερᾷ κορύναν. —

εὐσχήμων & εὔσχημος, honestus & grauis, qui & κόσμιος dicitur. Et aduerbia, εὐσχήμως & εὐσχημόνως. Paulus uult omnia fieri inter Christianos εὐσχημόνως, id est decenter & pulcrè. πρόσχημα, prætextus, seu quod prætenditur. Herod. θαλείη, πρόσχημα τοῦ στόλου, expeditionis prætextus. Et procemium. Plato Hippia maiore, πρόσχημα δέ μοι ἔστι καὶ ἀρχὴ τοῦ λόγου, in illa oratione procemium est & exordiũ. Et πολιτειῶν ϛ'. καλῶν ὀνομάτων καὶ προσχημάτων μεστὴν, refertam nominibus & argumentis speciosis. σχῆμα etiã πρόσχημα est, Thucydidi lib. 8. ἦν δὲ τοῦτο μὲν σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου αὐτοῖς, hac oratione ad speciem Reipub. constituendę utebantur. σχήματα, & deminutum σχημάτια, gestus sunt, & gesticulationes. Eurip. Cyclope,

— ἐν μέσῃ τῇ γαστέρι
πῶς ἂν τις ἀπόλοιτ' ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων.

— Ventris in medio mei
Edendo gestus perderetis me illico.

Herod. θαλείη, σχημάτια Λακωνικὰ καὶ ἀττικά. σχηματίζεσθαι & σχηματοποιεῖν, & σχηματοποιεῖσθαι, de equo, Xenophonti περὶ ἱππικῆς, gestũ fingere & edere. ἐσχηματισμένη, oratio est figurata apud Rhetores, id est callidæ & obliquæ sententiæ. Et apud eosdem pariter & Grãmaticos, tam uerbis quàm sententijs mutatis, quorũ hæc σχήματα sunt λέξεως, illa διανοίας. ἀσχημάτιστον, figuræ expers & simplex. σχήματα διαγράφονται à Geometris, id est, describuntur figuræ: ideoq; διαγράμματα hæc nominantur. Plato πολιτειῶν ζ'. διαπεπονημένοις διαγράμμασι, quæ elaborata sint figuris. Fingit & animus corpus. unde σχῆμα σεμνὸν, honesta facies. σχῆμα ταπεινὸν, persona humilis. σχῆμα ὀγκῶδες, elata & tumida, &c. θέσις autem est positus atque situs, cùm corporis ipsius, tum singularum partiũ in hoc. Corpora quiete indigent, ut durare possint. Hæc est pręcipue soporis, id est ὕπνου: cuius numen quoddã poetæ εἰδωλοποιοῦντες fecerunt ὄνειρον. Et ὄνειροι sunt uisa, quæ per quietem offeruntur dormientibus: quæ & ἐνύπνια, somnia. ὄναρ enim, id est κατ' ὄναρ, uidere sibi aliquid uidẽtur dormientes: crediturq; & bestijs hoc usu uenire. Vnde & Theocritus,

— καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις
πᾶσα κύων ἄρτους μαντεύεται ἰχθύας ἠγόρ.

ὕπαρ autem res ipsa, non φάντασμα, seu φάσμα, id est uisum, seu ut Catius, spectrum notat. Animãtes κοιμῶνται: unde Christianorũ sepulcra κοιμητήρια dicta, in quibus corpora quiescant, dum resuscitentur in uitam. Et κοιμίζειν ac κατακοιμίζειν, sopire, id est, componere aliquos ad somnum capiendum: quod & κοιμῆσαι est ὀδυσ. γ. Hi iam ἀναπαύονται, & cubant. unde cubiculum, ὁ κοιτών. & cubile, ἡ κοίτη. His uestes insternuntur, stragulæ, id est στρώματα & στρώμναι. Et sunt iam hæc δέμνια apud Homerum. ἀπὸ τοῦ λέξαι autem & λέχος est, lectus: qui & στόρνυνται, id est sternũtur. ιλ. ώ. αἶψα δ' ἄρ

ἐστόρεσαν δοίω λέχεα. Et mox, ἐκτὸς μὲν δὴ λέξαι γέρον φίλε. Et Odyss. δ. λέξεται ἐν μέσσοισι. Et mox, ἐν δ' ἡμᾶς πρώτους λέγε κήτεσι. Eadem & εὐνή. & Odyss. Α. εὔνησε. Idem & εὐνάζειν. unde εὐνάζεσθαι, accumbere, seu decũbere. Significat poetis & ἰαύειν, quietem nocturnam capere. Odyss. ω. ἐν τῷ δ' σιτέσκοντο καὶ ἵζανον ἠδ' ἴαυον. ἀγρυπνεῖν autē & γρηγορεῖν, uigilare. Sed & de his satis nunc quidem. Totum corpus bene se habens, & rectè ualens, dicitur ὑγιὲς & ἄρτιον, sanum & integrum. & ὑγίεια, sanitas. ἀρτιότης, integritas. & ἀσινεῖς, illæsi. Hoc est corpus εὔρωστον, robustum. & ἰσχυρόν, ualidum. Et ἰσχὺς ac δύναμις, sunt uires. νοσῶδες autem & νοσερόν, est morbidum. & βεβλαμμένον & σεσινωμένον, læsum. idemq́ ἄῤῥωστον, infirmum. & νοσοῦντες & ἄῤῥωστοι, ægroti & infirmi. Sed de his alio loco plura dicturos nos esse constituimus. Nunc huius hac in parte libri hic finis esto.

IOACHIMI CAMERARII VTRIVSQVE LINGVAE
Commentariorum Finis.

ἙΛΛΗΝΙΚΩ͂Ν ΛΈΞΕΩΝ ΚΑῚ ΤΩ͂Ν ἌΛΛΩΝ

ἀξιομνημονεύτων ἔλεγχος.

ἀναζῆ

Ε ἄρχειν

βατράχια

γραῖος.

δρόμ

ἐκδιδόμενα

ἱππ

κίσσα

Λ

M

πατρωνο

πλάτυς

συμπα-

ὕβρις

χρὸς

Τ Ε Λ Ο Σ.

EXEMPLVM PRIVIlegij Regij.

FERDINANDVS *diuina fauente clementia* Romanorum Rex *semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c.* Rex, *Infans Hispaniarum, archidux Austriæ.* Dux *Burgundiæ, &c. Marchio Morauiæ, &c.* Comes *Tirolis, &c.* Honorabili *nostro & sacri Romani imperij fideli, dilecto* IOACHIMO *Camerario Pabergensi, Gratiam nostram regiam & omne bonum. Cum optima studia pro eo atq; illa merentur, regia benignitate subleuata, ornata auctaq; esse cupiamus: quòd intelligamus et quantum ad uitæ cultum momenti afferant, & quã nunc bonorum temporumq; iniquitate premantur: Posteaquã nobis ostensum fuit, qua fide, cura, diligentia, studio tu Ioachime, in ueterum Græcæ Latinæq; linguæ autorum scriptis partim neglectis incuria proferendis, partim corruptis inscitia priorum ad exempla antiqua emendandis, & uersatus sis, & deinceps uersaturus esse spereris. Quo facilius ea, quæ ipse aut de ueterum monumentis nunc primum retulisses, aut prius prolata correxisses, qui edere suaq; opera publicare uellent, inuenirentur, metu remoto, ne in ipsorũ labores alieni occasionem nacti inuaderent, & quasi deprædarentur diligentes & aßiduos negotiatores, implorantibus nostrã opem & succursionem amicis tuis, non grauatim annuimus: atq; etiam cum intellexißemus te studiosè in ueterum autorum artium & humanitatis explicatione uersari, & non inutiles neq; cognitu spernẽdas quæstiones explicare disputationibus tuis, cumulatè Regiam beneficentiam impertiri tibi statuimus, ac Priuilegium conferre, ut cuicunque librario, siue impressori librorum, quicquam tu tradidisses atq; commisisses in lucem emittendum atque elaborandum, siue ueterum, siue tua opera & diligentia compositorum, Græca Latinaue lingua scriptorum, in hoc duntaxat genere studiorum, quæ bonarum artium atq; disciplinarum & humanitatis appellantur, siue, ut planius dicamus, Grammaticæ, Rhetoricæ ac Poeticæ: horum igitur ne quid alteri, nisi te permittente, intra quinquennium ab eo tempore, quo liber exijsset, recudere licitũ fasq; esset. Quod priuilegium in præsentia tibi* IOACHIMO *Camerario Pabergensi, quem optimarum artium atq; disciplinarum cupidißimum, & quietis atq; ocij amantem, ut cognouimus, Regiæ nostræ uoluntatis præcipuo fauore complexi sumus, autoritate tam inuicti Imperatoris Romanorum Caroli Quinti, confirmamus: atq; edicimus, Ne quis impressor contra sententiam nostram intra tempus præscriptum annorum, nisi te concedente, ullum abs te emendatum compositum ue librum quo in genere suprà dictum est, nominatim uerò tuas Plautinas emẽdationes, Imperatorum Romanorum pannetrum, Nomina Græca & Latina partium humani corporis, morborum, coniunctionũ, agriculturæ, per te congesta. itẽ Platonis Epinomidem, siue de Astrologia, Progymnasmata utriusq; linguæ, Quæstionũ nuptialiũ libros duos, Commentarios in Homerum, Commentarios in Sophoclem, Quæstiones Homericas, libros problematum, typis describere ausit: aut multam soluat Florinorum quingentorum, qui ad fiscum nostrum numerentur: totidemq;, qui Chalcographo, qui sibi damnum datum aliena operis sui editione queretur, persoluantur. Quam multam nunc etiam uiolatoribus edicti nostri irrogatam uolumus, atq; in præsentia irrogamus. Ac mandamus procuratoribus fisci nostri, ut commissam illã à quocunq; seuerè exigant, & magistratibus ubiq; locorum, ut illos Chalcographos, qui suam partem multaticiæ pecuniæ petere cœperint, omni ratione ad obtinendam illam adiuuent atq; defendant: sciantq;, nisi fecerint, nos siue remißionem seu negligentiam illorum grauiter molesteq; laturos esse. Cùm enim omnia nostra edicta, firma & illabefactata esse oportet: tum uerò in hoc etiam posteritatis à nobis fama quædam expetitur, quæ non solum Maiestatem regni nostri, sed erga bonas artes & studia humanitatis promptitudinem etiam animi nostri comprobet celebratione sua. Neq; enim minoris hanc laudem, quàm Regnorum & potentiæ, exemplo max. Regum, ducimus atq; æstimamus. Perscriptum & datum sub sigilli nostri impreßione, in ciuitate nostra Vienna, die 26. Mensis Nouemb. Anno*

Dom. 1538. *Regnorum nostrorum, Roman* 8. *Hungariæ* 12.

Bohemiæ uerò 13.

Ferdinandus
Bernard. Card. Trid.

Ad mandatum sacræ Regiæ
Maiest. proprium.
Ad. Carolus.

